IN hoc §. proponitur ius adcrefcendi verſari inter bonorum poſſeſſores, ut ſi plures ſint bonor. poſſeſſores, & unus omiſerit bon. poſſeſſionem, ejus pars ceteris adcrefcit. Itaque non tantum inter heredes, ſed etiam inter bon. poſſeſſores jus adcrefcendi locum habet. Hoc etiam oſtenditur in §. *rem igitur, l. ſcilic. l. t. C. Communia ſervi pet.* Et notandum eſt eam *l.* eſſe intelligendam de liberis emancipatis, id quod Accurſius etiam notavit. Qui igitur non habent jus legitimum, id eſt, non adcrefcendi jus habent, in eis eſt ſit legitima poſſeſſio, eis tamen defertur bon. poſſeſſio. Nunc ait lex illa: ſi fint plures liberi emancipati, uno non petente bon. poſſeſſionem, petentibus ceteris. Notandum eſt; adcrefcere portionem non petentis, id eſt, deficientem, live vacantem petenti, tacito iure, quoniam non eſt neceſſe agnoſcere, vel petere bon. poſſeſſionem deficientis portionis, ſed adcrefcit ipſo jure ſine ulla nova agnitione, *l. 2. §. ſi duo, de bon. poſſeſſ. inf.* Idem ſervatur in hereditate, ut non eſt neceſſe petere ut denuo adeant. Nam repudiante uno, ceteris non eſt opus nova aditione adquirendæ portionis deficientis cauſa. Quod quæritur, ſi plures ſint, & unus petat, an ſolus? Non dubium eſt quod ait, ei qui admiſit, quia non adcrefcit, nifi ei qui adquiſivit fuam portionem.

Ad L. VI. Sed cum patrono quidem *contra tabulas, contra partis bonor. poſſeſſionem Prætor pollicetur: ſcripto autem heredi ſecundum tabulas, alteris partis, contentis non eſſe jus accrefcendi. Igitur non petente ſcripto ſecundum tabulas, alteranti quoque partis nominatim patrono bonorum poſſeſſionem pollicetur: cum autem, quibus accrefcendi jus eſt, femel ſibimet agnoverint bonorum poſſeſſionem.*

Ad §. Bonorum poſſeſſionis beneficium *multiplex eſt: nam quædam bonorum poſſeſſiones competunt contra tabulariam, quædam secundum tabulariam defunctorum: nec non ab inteſtato hiſcemilibus jus legitimum, vel non habentibus, propter capitis deminutionem. Quam vis enim jure civili deſ-*

9 In Tit. I. De bon. poſſ. Lib. XXXVII. Digeſt. 10

ficiant liberi, qui propter capitis deminutionem de A firmant ſibi bonorum poſſeſſ. propter aquitatem tamen re. ſcindit eorum capitis deminutionem Prætor.

IN hac lege ollenditur, non ſemper eſſe jus adcrefcendi bonorum poſſeſſionis, nam in hereditate invenitur, inter eos eſſe jus adcrefcendi: ſed & omnibus non competitur eiuſdem generis bonorum poſſeſſio, non verſtur inter eos jus adcrefcendi. Ubi ſi duo deſeruar fecundum tabulas, alteri contra tabulas. Idque certum eſt. Ad hanc autem ſpeciem ſcindum eſt: ſi liberius nominatur filius, dubium eſt, an ſit: ſimo, itaque dabitur interim decretalis cauſa cognita ex decreto, donec pubeſcat, ut fame percat, & quæſtio ſtatus differatur in pubertatem. Itaque hic bonor. poſſeſſio finitur tempore. Ex quo apparet decretalem eſſe duplicem: una eſt, quæ datur cauſa cognita, id eſt, utrum ex parte petentis ſit temporaria diuturnitas interdicti, *l. 3. de acceſſ.* Et ideo datur pro tribunali, quoniam quod fit utrique parte præſente, debet fieri pro tribunali: itaque dicitur, ſi hoc per tabellas, nec de hoc pronuntiat quod ſit. Alia cauſa: hic ſupponitur de certa cauſa, quæ tamen pronuntiatur edictio a Prætore, altera decretalis, quæ datur cauſa probata apud acta, & interpoſito decreto ſine ullo adverſario, ut quæ datur furioſo, nam furioſo ſine curatore ex edicto, de qua in *l. inſt. C. de curat. fur.* Eſt aliud exemplum decretalis in *l. emancipato, inf. de cognitor. cum emancip. lib. in fi. & ex duobus* 14. §. *ſtilico, de bon. poſſ. cont. tab. l. 3. infanti*, §. *ult. C. de pet. edictis* expliscatus eſt §. *ſi cauſa*: hic §. loquitur de decretali.

Ad §. In bonorum poſſeſſione *feiendum eſt jus effe adventicium. Proinde, ſi plures ſint, quibus bonorum poſſeſſio competit non omnes unus admiſſe bonorum poſſeſſionem, ceteri non admittent.*

IN hoc §. proponitur ius adcrefcendi verſari inter bonorum poſſeſſores, ut ſi plures ſint bonor. poſſeſſores, & unus omiſerit bon. poſſeſſionem, ejus pars ceteris adcrefcit. Itaque non tantum inter heredes, ſed etiam inter bon. poſſeſſores jus adcrefcendi locum habet. Hoc etiam oſtenditur in §. *rem igitur, l. ſcilic. l. t. C. Communia ſervi pet.* Et notandum eſt eam *l.* eſſe intelligendam de liberis emancipatis, id quod Accurſius etiam notavit. Qui igitur non habent jus legitimum, id eſt, non adcrefcendi jus habent, in eis eſt ſit legitima poſſeſſio, eis tamen defertur bon. poſſeſſio. Nunc ait lex illa: ſi fint plures liberi emancipati, uno non petente bon. poſſeſſionem, petentibus ceteris. Notandum eſt; adcrefcere portionem non petentis, id eſt, deficientem, live vacantem petenti, tacito iure, quoniam non eſt neceſſe agnoſcere, vel petere bon. poſſeſſionem deficientis portionis, ſed adcrefcit ipſo jure ſine ulla nova agnitione, *l. 2. §. ſi duo, de bon. poſſeſſ. inf.* Idem ſervatur in hereditate, ut non eſt neceſſe petere ut denuo adeant. Nam repudiante uno, ceteris non eſt opus nova aditione adquirendæ portionis deficientis cauſa. Quod quæritur, ſi plures ſint, & unus petat, an ſolus? Non dubium eſt quod ait, ei qui admiſit, quia non adcrefcit, nifi ei qui adquiſivit fuam portionem.

Ad L. VI. Sed cum patrono quidem *contra tabulas, contra partis bonor. poſſeſſionem Prætor pollicetur: ſcripto autem heredi ſecundum tabulas, alteris partis, contentis non eſſe jus accrefcendi. Igitur non petente ſcripto ſecundum tabulas, alteranti quoque partis nominatim patrono bonorum poſſeſſionem pollicetur: cum autem, quibus accrefcendi jus eſt, femel ſibimet agnoverint bonorum poſſeſſionem.*

Ad §. Bonorum poſſeſſionis beneficium *multiplex eſt: nam quædam bonorum poſſeſſiones competunt contra tabulariam, quædam secundum tabulariam defunctorum: nec non ab inteſtato hiſcemilibus jus legitimum, vel non habentibus, propter capitis deminutionem. Quam vis enim jure civili deſ-*

re: Nam ſcripus vocatur ex teſtamento, patronus ex beneficio Prætoris. Itaque neceſſe eſt, ut patronus reliſta prore poſſeſſione ranquam inani, agnoſcat eorum bonorum poſſeſſionem unde legitimi: nam omnia bona deferuntur patrono, poſſunt omiſi ſcripti. Hanc bonorum poſſeſſionem in hac ſpecie Prætor pollicetur patrono: itaque patronus admittitur jure poſſeſſionis eorum, non unde adcrefcendi, quod ſi fuerint ipſi ire adcreſceret ei, ſed nova ei opus eſt petitione & poſſeſſione. Tribonian. *addidit verba* Nam Paulus ſcripſit ſine his verbis. Dubitat ſcripſit, an Prætor ſcripto heredi præterito pars patrono præterito: & propterea Paulus hanc poſitu mentionem adjecit, *alteris autem partis, id eſt, omnium bonorum.* Deinde lex offendit, bonorum poſſeſſionem quidem eſſe ex B beneficio Prætoris, non iuris. Ex beneficio dat ſunt: *Contra tab & ſecundum tab.* Illa eſt prima in edicto. Sic intelligitur *Liberique ſcripti, & Cæſon. edict.* Ergo, bonorum poſſeſſio eſt ex beneficio Prætoris. Ait Cuiſis, id eſt, explanare, quod notis eſt concurrere. Ait. 2. *De bon. poſſeſſ. cont. tabul. Lab. C. de edictiſ.* Alia eſt poteſtio. Ex ſideicommiſſis etiam datur actio in perſonam ex teſtamento. Quid ſi non ſit teſtamentum, ſed ſideicommiſſum relictum ſit codicillis ab inteſtato conſtitutis, vel nuru, vel epiſtola? Non dubitur cuic actio ex teſtamento in perſonam? ſed actio in perſonam ex codi-

dicillis ab intestato confectis, vel nutu, vel epistola semper dabitur in personam. Sic bonorum possessio semper datur secundum defuncti voluntatem, modo est secundum voluntatem, modo contra voluntatem.

Ad L. VII. Servus bonorum possessionem *recte admittere potest, si Prætor de conditione ejus certus sit. Nam & absenti dari bonorum possessio potest, si hoc ipsum Prætor non ignoret. Ergo & femina poterit alii bonorum possessionem petere.*

JUngenda hæc l. cum *l. 2. inf. de reg. jur.* Nam sunt ex eodem libro & ejusdem auctoris. In illa l. 2. hoc continetur: Feminæ non possunt pro alio postulare, nec pro alio procuratoriam operam suscipere: pro se autem non prohibentur postulare, aut in rem suam procuratoriam operam suscipere, *l. 1. §. sexum, de postul.* Caja Aphrania dedit huic edicto causam postulando pro se. Valerius lib. 8. Illa mulier in *d. §. sexum*, appellatur *Calphurnia*, vel ut est Florent. *Carfania*. Recte Alciatus animadvertit *lib. 2.* parergon, *Caja Aphrania* legendum esse. Error ortus est ex notis, C. Aphrania: nam ex litera CA. Aphrania, nisi interpungantur fiet Caphrania. Item pro alio feminæ non possunt agere: sed possunt pro alio bonorum possessionem petere, ut ait hæc *l. 7.* Id vero sic colligitur in hac l. argumentatur a servo ad feminam. Servus non potest pro alio postulare, *l. 2. C. si per vim, vel alio modo.* Item nec pro se potest postulare, quod est extra omnem controversiam. Potest autem servus sibi petere bonorum possessionem, sic enim legendum, ut & Flor. Itaque exigitur, ut Prætor sciat conditionem servi, id est, ut sciens det servo bonorum possessionem, id est, sciat, eum servum esse: alioquin recte non datur servo. Et sic etiam Prætor recte dat pupillo bonorum possessionem petenti sine tutore, si sciat, eum pupillum esse, *l. bonorum, C. qui admit.* Quid ergo si ignorans servum aut pupillum esse dederit? Tunc nec servus nec pupillus erit bonorum possessor. Et sic etiam, quem servum populus ignorans Prætorem creavit, dicimus non esse verum Prætorem, quia nec sit liber, *l. Barbarius, de off. præt. l. 2. C. si lib. vel ser. ad decur.* Sequitur *nam & absenti &c.* Prætor sciens recte dat bonorum possessionem servo. Nam sciens dat recte etiam non petenti & absenti, nimirum si sciat certo eum esse absentem. Ex iis sic colligitur. Ergo & femina poterit alii bonor. possessionem petere. Quæ collectio sic formanda est: Servus qui non potest pro se postulare, potest sibi petere bonorum possessionem. Ergo & femina, quæ non potest pro alio postulare, poterit pro alio bonorum possessionem petere. Idem indicat *l. pen. hoc tit.*

Ad §. Impubes nec bonorum *possessionem admittere, nec judicium sine tutoris auctoritate accipere potest: quia tutor pupillo, & pater infanti filio bonorum possessionem petere possunt.*

Ad §. Dies, quibus tutor *aut pater scit, cedere placet* (†).

REcensentur personæ in *h. §.* quæ possunt petere bonorum poss. Igitur pupillus non recte petet sine tutoris auctoritate, nisi Prætor sciens det. Item non potest adquirere hereditatem sine tutoris auctoritate, item nec suscipit judicium. Ad hæc non potest repudiare sine tutore: Postremo non potest fideicommissariam hereditatem restituere vel suscipere sine tutore, *§. neque, de auct. tut. l. bon. C. qui adm. l. si infanti, §. ult. C. de jur. delib. l. pupillorum, C. de repud. hered. l. restituta, §. ult. ad Trebell.* Ergo hæc potest tutore auctore. Hic quæritur de infante, an possit hæc exequi tutore auctore? Primum non potest bonorum possessionem petere tutore auctore. Item nec adquirere hereditatem, quia verba petitionis vel aditionis loqui non potest, quæ sunt necessaria, vel si loqui potest, satis non intelligit, quid loquatur. Infans est minor septennio, qui loqui quidem potest, sed non intelligit, quid loquatur. Ceteri pupilli intelligunt quidem quid loquantur, sed non intelligunt quid agant. Infans ergo hæc exequi non potest, *l. pup. de adq. hered. l. 1. C. ad Treb.* Ergo non potest etiam postulare tutore auctore sibi restitui hereditatem fideicommissariam, *l. servo, §. si pup. ad Treb.* Sed quæritur, an possit pro herede gerere infans tutore auctore (hereditas adquiritur jure civili aditione, pro herede, gestione, & mixtione in suis) nam hac in re non exiguntur verba, hæ adquisitiones sunt facti, *l. mutum, l. 20. pro herede, de adq. l. si is qui mihi, §. sed quasi, eod. tit.* Placet autem tutore auctore non adire, non postulare, *d. l. servo, §. si pupillo*, sed pro herede gerere, *l. potuit, C. de jur. delib.* quæ ait: *Pupillum posse gerere pro herede tutore auctore*, addendum est, *etiam infantem*, ut recte Acc. notat. Hic particula, *quia*, abundat. Nam hæc ratio non est idonea: tutor petere potest, ergo pupillus non potest. Præterea huic rationi frustra admixtum est, patrem posse petere infanti, cum hæc ratio applicetur pupillo, qui patrem non habet. Itaque delendum est, *quia*, ut sit alter §. In hac autem lege recensentur personæ, quæ possunt petere bonorum possessionem. Itaque licebit tutori pupillo petere bonorum possessionem, *l. bonorum, C. qui admit.* Ergo non tantum infanti, sed etiam pupillo. At videtur tantum fuisse hoc permissum tutori infantis nomine, in *l. si infanti, C. de jur. delib.* Imo magis dubitatur, an possit petere infanti, quam pupillo, de quo constabat posse: certius est ei posse petere qui excessit infantiam: quoniam infanti non videtur deferri bonorum possessio: Nam & furiosi locum pene obtinet: Itaque non potest agnosci, *l. 2. §. sed si infanti, ad Tertyll.* At hic dubitari potest, cur non possit tutor fideicommissariam hereditatem nomine pupilli suscipere ex SC. Trebelliano, *l. sed nec ipsi, ad Treb. l. pen. C. eod.* Tutor non potest suscipere pro pupillo fideicommissariam hereditatem, quoniam ex judicio & voluntate defuncti omnino est restituenda hereditas ei, cui testator jussit restitui, alii non recte restituitur. Excipitur pater & dominus, quoniam per fideicommissarium omnino ad eum hereditas est perventura. At tutori non recte restituitur, *l. quamvis, §. ult. & l. prox. D. ad Treb. l. servo, eod. t.* Poterit tamen petere bonorum possessionem pupillo. Verum an & hereditatem poterit adquirere? & hoc a me demonstratum est non posse: Nam exigitur opera & actus pupilli, nisi sit infans, *d. l. servo, §. si pupillo.* Quæritur: An tutor possit repudiare bonorum possessionem pupillo delatam. Verum & an hereditatem poterit pupillo delatam? Hac in re similis est bonorum possessio hereditati. Nam tutor repudiare non potest, *l. 1. §. tutor, de success. ed.* & in *l. 8. h. t.* Opponitur *l. penul. sup. de auct. tut.* Ex qua colligitur, tutorem posse declarare abstinere pupillum hereditate paterna, quod simile est repudiationi. Sed id accipiendum sic est: Abstinere pupillum præsentem: nam non potest pupillum absentem abstinere, & sane si præsens sit pupillus, videtur ipse pupillus se abstinuisse tutoris auctoritate, *arg. l. Lucius, de manum. test.* Præterea opponit Acc. *l. si ad pupillum, D. de auct. tut.* Sed non video, cur eam opposuerit. Nam lex ait, pupillum ex tutoris voluntate, id est, auctoritate repudiasse. Præterea dicitur in hoc §. patrem infanti filiofamilias petere posse bonorum possessionem. Quod etiam indicat *l. si infanti, §. ult. C. de jure delib. & l. 1. C. Theod. de cretione, & l. 1. §. de bon. poss. fur. compet.* Ipse filius debet petere, non pater, & deinde adquiret patri. Ceterum si infans sit, petet pater: sed requiritur consensus filii, & ex consensu poterit pater petere, *l. 13. is qui heres, §. ult. de adquir. hered.* (†) At ex quo tempore cedent centum dies petitionis patri vel tutori? Cedent ex eo tempore, quo scierit pater vel tutor, præteritis centum diebus non petent. Cedent autem patri vel tutori, non filio, non pupillo. Nam scientia patris non nocet ignoranti filio, *l. 3. quis ordo in bon. possess. l. 1. §. 1. tit. seq. inf.* Sic est finis hujus legis accipiendus, cedere patri videlicet vel tutori, non filio, non impuberi.

Ad

(†) *Vide Merillium variant. ex Cujac. lib. 1. cap. 42.*

(†) *Vide Merillium variant. ex Cujac. lib. 1. cap. 42.*

Ad L. IX. Si plures gradus sint possessionis *admittendæ: quamdiu incertum sit, petierit, nec ne: posteriori diem non procedere, constat.*

SCiendum est, successorio edicto iis, quibus bonorum possessio defertur, præstitutum esse tempus petendæ bonorum possessionis. Præstituti autem sunt dies centum, in quibus petenda est bonorum possessio, *l. 1. §. si intra, de success. edic. §. cum igitur, de bon. poss.* id est introductum exemplo hereditatis, quæ erat adeunda intra dies centum, ut apparet ex formula cretionis apud Ulp. *in fragmentis, tit. qui hered. inst. & l. 2. de jure delib.* & quod dicimus adire, dicebant cernere hereditatem. Petenti heredi præter tempus datum, prætor dat nonnunquam tempus ad deliberandum, utrum debeat adire, vel non. At ait non esse dandos pauciores dies quam centum, *l. si quis instituebat, §. 1. de hered. inst.* Ideo in *l. Pannonius, de adq. hered.* verbum *aditionis* potest accipi proprie. Ergo est petenda bonorum possessio intra centesimum diem, exemplo juris civilis. Excipiuntur liberi, & parentes, quibus datur annus. Quod factum est in honorem sanguinis: Nam pene hi ad propria bona veniunt: itaque non sunt temporis brevitati adstringendi, *l. 1. §. Largius, de success. edic.* Præterea sciendum, bonorum possessionem deferri per gradus: Et ideo primo gradu deficiente, vocatur sequens gradus. Quæritur, quid hic sit *gradus?* Unaquæque species bonorum possessionis, ut possessio unde cognati, varios habet gradus: Nam extenditur usque ad sextum gradum: itaque numerantur tantum sex cognationum gradus. In quarto gradu cognationis est avunculus magnus. In quinto est propior sobrinus sobrinave. Nunc sic dicamus: deficiente avunculo magno admittitur propior sobrinus. Hæc est species *l. 2. C. de success. edic.* Et hæc est una graduum significatio. Est & altera. Nam ipsæ etiam species bonorum possessionis appellantur gradus, ut in *l. 1. D. quis ordo in bonor.* Et in iis etiam sic dici potest, deficiente uno gradu, sequenti locum fieri, ut deficiente parte Unde legitimi, id est, agnati, sequens admittitur, id est, Unde cognati, *l. 1. C. de success. ed.* ergo in utraque significatione ex successorio edicto deficiente priori gradu posterior admittitur, & posteriori cedunt tempora, videlicet 100. dies. Sed videamus, quando posteriori tempora cedant. Lex ait, sequenti non procedere, quandiu incertum est prior petierit, nec ne. In hac lege ratio hæc. Nam quandiu id incertum est, *incertum*, hoc est, an posteriori sit delata bonorum possessio? Non cedunt autem tempora, antequam certus quis sit, sibi delatam bonorum possessionem. Igitur post tempora prioris, id est, post dies centum præfinitos priori, posteriori non cedunt tempora, nisi certo sciat, eum non periisse intra suos centum dies. Præterea intra dies prioris, sequenti etiam non cedunt tempora, nisi prior repudiarit bonor. possessionem intra tempora: nam statim, atque repudiavit, posteriori cedunt tempora, *§. pen. Instit. de bon. poss. l. 1. §. si qui semel, §. si intra, de success. edic.* Hinc potest dubitari, quid juris sit, si quis sequens petierit bonorum possessionem intra tempora prioris, & priusquam prior repudiasset, eo videlicet deliberante eam adeptus est: deinde prior repudiavit, vel tempore exclusus est, vel etiam morbo. Quæritur, an posterior videatur agnovisse bonorum possessionem? & dicendum est, non videri agnitam bonor. possessionem, quia præmature agnovit, videlicet intra tempora prioris, idque videtur olim obtinuisse. Sed a Constantino definitum est, eam bonorum possessionem pro agnita haberi, ac si eam suo tempore petiisset in *l. ult. C. qui admit.* Cujus hæc est subscriptio, *Data Cal. Februariis, Laodicea, Constantino Aug. & Constante Cæsare Coss.*

Ad L. X. In bonor. possessionibus *juris ignorantia non prodest, quominus dies cedat, & ideo heredi instituto, & ante apertas tabulas dies cedit. Satis enim est scire, mortuum esse, seque primum cognatum fuisse, copiamque eorum, quos consuleret, habuisse. Scientiam enim non hanc accipi, quæ juris prudentibus sit: sed eam quam quis aut per se habeat, aut consulendo prudentiores adsequi potest.*

HÆC lex pertinet etiam ad tempora bonorum possessionis. Quæstio est hæc. An ea tempora cedant ignoranti? Sed duplex est ignorantia, facti & juris: Ignoranti factum non procedunt: Itaque hæc ignorantia facti prodest, ut, si quis ignoret eum decessisse, cujus bonorum possessio defertur: itaque huic tempora non cedunt, *l. pen. C. qui admit.* Ignoranti autem jus, & scienti factum, tempora cedunt statim. Ignorat jus is, qui est heres scriptus ex asse, si nescit, se posse petere bonorum possessionem etiam ante apertas tabulas: Nam qui ex asse heres scriptus est, non potest adire ante apertas tabul. Potest tamen bonorum possessionem secundum tabulas agnoscere, antequam aperiantur tabulæ, *l. 1. §. ult. de jur. & facti ignor. l. 3. C. de jure delib. & l. 1. §. sufficit, de bonor. poss. sec. tabul.* Aliud est in eo, qui est scriptus heres ex parte. Nam ante apertas tabulas nec potest adire, nec apertis tabulis bonorum possessionem petere. Et hoc jus est ex lege Papia, cujus vestigia extant in *l. 3. §. ult. & l. qui solvendo, sup. de hered. instit. & l. ult. de mort. caus. donat. & hac l. 10.* Ex jure autem antiquo secus est, quod quidem jus est a Justiniano renovatum abolita Papia lege. Itaque potest adiri hereditas a morte testatoris, etiam clausis tabulis. Nec interest, utrum quis ex asse scriptus est, an ex parte, *l. un. §. in novissimo, C. de cad. toll.* Præterea jus ignorat, qui scit se esse proximum cognatum, nescit autem, proximo deferri bonorum possessionem. Itaque ei tempora nihilominus cedunt, *l. 1. in prin. de jur. & fact. ignorant.* Ergo exigitur scientia juris ab eo, cui bonorum possessio defertur. Sed qualis scientia? Nam duplex est scientia juris. Una est Jurisconsulti: altera diligentioris patrisfamilias. Scientiam jurisconsulti non exigimus ab eo, cui defertur bonorum possessio: hanc scientiam non præstat, nisi is qui profitetur se esse jurisconsultum. Scientia autem hæc est, scire leges omnes, consuetudines, mores, quibus privati in civitate utuntur, ad respondendum, agendum, cavendum, docendum, Cic. 1. de oratore. At exigimus scientiam diligentioris patrisfamilias, qui jus aliqua ex parte callet, & mores suæ civitatis: hanc scientiam assequi potest per se, vel consulendo jurisperitos. Nam cui facile est consulere peritiores, ei est detrimento juris ignorantia, quia est negligens, *l. 2. §. ult. quis ordo in bon. possess. serv. l. regula, §. sed juris, de jur. & fac. ignor.* Diligentiores patresfamilias adhibebant olim jurisperitos, & maxime in testamentis, *l. Lucius, §. 1. de leg. 2.* Adhibebant etiam eos in litibus (Nec enim litigabant sine jurisperito) qui patronis hastam ministrabant, in *Novel. Valentiniani.* Consulebant etiam eos in collocanda filia. Ait, *In bonorum possessionibus*, tam ex testamento, quam ex intestato. *Hujusmodi*, instit[illegible] ex asse videlicet. *Seque proximum cognatum fuisse.* Hæc verba sunt referenda ad bonorum possessionem ab intestato.

Ad L. XI. Si pupillo tutor bonorum *possessionem petierit, & plus incommodi, quam commodi hæc bonorum possessio habeat, tutor tutelæ judicio tenetur.*

TUtor potest pupillo petere bonorum possessionem, *l. servus, §. tutor, hoc t.* Itaque si habeat commodum, non tenetur, quia utiliter gessit: Quod si incommodum, tenetur hac lege. Idem est, si tutor pupillo ad petendam damnosam bonorum possessionem auctor fuerit, *l. si ad pupillum, de auct. tut.* in qua pupillus petiit, non tutor.

Ad L. XII. Non est ambigendum, *quod plerumque, & contra fiscum, & contra Rempublicam admitti debeant quidam, utputa venter: item furiosus: item is, qui captivi bonorum possessionem petit.*

Ad §.

Ad §. Ubicunque lex, vel senatus, *vel constitutio supe-* *re hæreditatem prohibet, bonorum possessio cessat.*

HUius legis elegans est quæstio, quæ ut intelligatur, sciendum est, fiscum admitti ad bonorum possessionem ex lege caducaria, si nemo est, ad quem hereditas pervenit ex edicto. Ubi igitur tamen in fragmentis *tit. de possess. dand. sit.* Pervenire ad populum, *§. quidam*, §. *quæsitor*, *de leg. I. reg.* & *de bonis libert. filor.* Olim enim administrabat populus five Respublica: Hodie fiscus, qui est proprius Principis, non Respublica, nihil ex privilegio excluso fisco. Ita §. 1. *de bonis damnat.* Nicenibus. Nunc in hac l. offenditur, quosdam admitti contra fiscum, populum, vel Rempublicam, etiamsi ipso jure nemo vocetur ad successionem ex edicto, quamvis ceffet edictum: ait itaque lex, ventrem admitti contra fiscum. Finge. Quidam decessit intestatus, nullo relicto hærede legitimo, ex quibus tamen possit vel jure striti, vel jure liberi vel agnatis, vel cognatis: habet tamen uxorem prægnantem, vel quendam cognatum in utero fue matris. Ventri, id eft, ei qui fuit in utero non defertur bonorum fuccefsio, fed jam natis. Bona ergo eius vacant. Sed præter fuccurrit ventri, excluso fisco, nifi ventre in poffeffionem: Mittit autem ventrem vice cujuslibet bonorum poffefforis, ut vice curatu tab. fecundum tab. Unde libert. Unde cognati: denique ex omni parte edicti mittitur: deinde nato datur bonorum poffeffio, *l. ult. D. de ventre in poff. mitt.* Ergo excludit fiscum. Idem eft in nato impubere, cui fiscus movet ftatum controverfum: Nam præter eo etiam fuccurrit, data Carboniana bonorum poffeffione ex decreto, excluso interim fisco. Finge: quidam decessit inteftatus, & reliquit tantum liberos emancipatos, vel ocerorem, vel cognatum, qui fit pupillus. Fiscus negat eum effe cognatum: Itaque ait fiscus, bona vacare & ad fe pertinere: Et non potest defferri bonorum poffeffio ex edicto quoniam incertum eft, an fit cognatus. Nihilominus tamen excludit fiscum, & datur ei ex decreto bonorum poffeffio, *l. 2. §. quod tibi fiscus, de Carbon. edict.* Deinde lex noftra ait, *Idem eft in furioso*, cui ex edicto non defertur bonorum poffeffio propter amini vitium, quia pro nullo habetur, *l. 1. §. furioso, de fuccefs. edic.* Finge ergo: quidam decessit inteftatus, intus tantum ei fupereft cognatus, is eft furiofus, ipfo jure tunc bona vacant, quia furiofo non defertur bonorum poffeffio ipfo jure, ex edicto. Itaque dicit ipfo jure vocatur. Quid fet? Dabitur bonorum poffeffio decretalis D curatori furiofi nomine, *l. 2. §. fi quod, ref. ad Tertyll. l. ult. C. de curat. fur.* Atque ita fiscus excludatur. Sed quid opus eft, furiofo decretalem bonorum poffeffionem dari? Ut nempe, fi moriatur in ipfo furore, transmittat beneficium bonor. poffeffionis in heredem: nam decretalis bonorum poffeffio æque tranfmittitur ad heredem, ut edictalis. Quod fit etiam in aliis cafibus, *l. 1. §. 1. ad Tertyll.* Poftremo lex ait, *idem effe in eo, qui captivis bon. poffeffion. petit.* Sciendum eft, captivi apud hoftes mortui bonor. poffeffionem E decreti edicto, ob ftitionem l. Cornelie. *l. 3. §. item, h. t.* Captivi autem nondum mortui bonorum poffeffio non defertur, quia ut viventis non eft hereditas, ita nec bonor. poffeffio: quia tamen plerumque diu ignoratur mors captivi: Prætor medio tempore, data decretali bonorum poffeffione, fuccurrit E ei qui legitimus futurus eft hæres. Igitur captivo fuperftite datur bonorum poffeffio decretalis, ne interim fiscus bona occupet quafi vacantia. Item, hoc fcit prætor, ut fi ille, qui legitimus fuccefsor futurus eft, decefferit, priufquam certum nuntium acciperet de morte captivi, & ideo, priufquam peteret bonorum poffeffionem ex edicto, tranfmittat ad heredem comodum bonor. poffeffionis. Hæc autem bonor. poffeffio decretalis ftatur tempore, tum videlicet, cum certo conftat, defunctum effe captivum. Et tum defertur edictalis, quo eft ordinaria, extinfta decretali, *l. 1. §. decretalis, de fuccef. edic.* Eodem modo decretalis, quæ datur furiofo, finitur finitate recepta, & tunc petitur

edictalis, *l. 2. §. igitur ceff, ad Tertyll. l. ult. C. de curat. fur.* Item Carboniana, cum eft decretalis, finitur peritate. Pubes enim petit fibi duri edictalem, *d. l. 2. §. fed eft, ad Tertyll. l. 3. §. pubere, de Carbon. edit.* Caput, nondum videlicet mortui. Nam qui petit bon. poffeffion. captivi mortui, non admittitur contra fiscum, cum nondum fit fiscus locus, fed jure ordinario, quia demum contra fiscum admittitur, qui fit mortuus: ipfo jure ipfum excludit. Itaque, fumma legis hæc eft: Deficientibus iis, ad quos lege hereditas pertinet, vel ex edicto bonor. poffeffio, & ipfo ipfo ipfi jure invitato ad jura vacantia, adhuc quidam obftant fifco, qui non accipiunt quidem, mittuntur tamen in bonorum poffeffionem, ut pura verba: Item noftum fifco, quibus pretor folet dare decretalem poffeffionem bonor. ut furiofus, & is, qui captivi bonor. poffeffionem petit. Deinde hæc ait, *qui non potest capere hereditatem, non potest etiam bon. poffeffionem*, id eft, bonorum poffeffio non datur contra legem, id eft, in iis qui nominatim lege prohibentur capere hereditatem, id eft, iis, qui omnino funt incapaces. Huic fententiæ obtemperant cognati naturales, qui non vocantur ad hereditatem, (agnati fibi vocantur) eos tamen datur bonor. poffeffio. Objiciuntur etiam emancipati, qui non vocantur ad hereditatem; quia ius agnationis amittitur. Datur tamen eis bonorum poffeffio contra tabulas. Item obiicitur poftumus alienus. Sunt varia poftumorum genera: Quidam funt fui, quidam Aquiliani, quidam Velleiani, quidam Juliani, *l. Gallus, de liber. & poftum.* hi utiliter inftituuntur. Alii funt alieni five extranei, ut nepos concipitur ex filio emancipato, poft emancipationem eft natus poftumus alienus: hic autem inutiliter inftituitur, quia non eft fuus, neque agnatus, fed eft alienus, & non rede inftitutitur heres. Ergo poftumus alienus non habebitur pro nato, *l. qui in utero, fup. de ftatu homin.* At poftumo alieno inftituto datur bonor. poffeffio fecundum tabulas. Sed obiicitur ei exheredatio *l. 2. §. de bon. poff. l. poftumus, de inoff. teft. §. poftumus, de leg.* qui ait, natu poftumum inftitui potuiffe, jure prætorio exheredari, jure civili. Hæc contra ius civile. Confir. Sed hæc fententia pertinet ad eos, qui nominatim prohibentur capere, ut pura leg. Julia & Papia, quæ vetat conjungentes, ob id ipfum, quia non eft. Itaque eum admittendo prætor, non impugnat, fed fupplet. Finge: Quidam eft rei capitalis damnatus, & non reftituta beneficio Principis. Is dicitur rei capitalis damnatus, qui paffus eft capitis deminutionem maximam, vel mediam, id eft, qui amifit libertatem vel civitatem, ut puta qui damnatus eft in metallum, vel deportatus. Qui reletatur, non damnatur rei capitalis, nam nihil amittit, ne familiam quidem: Rei autem capitalis damnatus prohibetur capere hereditatem, quamvis alii peregrinus, non civis; foli cives Romani admittuntur ad hereditatem, *l. 1. C. de bonor. inflit.* Ergo non potest etiam petere bon. poffeffionem. Hoc ait *l. edict. §. 1.* Opponitur *lex 1. §. qui operas, ad Tertyll.* ubi filius qui locaverit operas, ut cum beftiis depugnaret, item qui rei capitalis damnatus eft, non fuccedit matri ex Orfitiano, fed humanitate fuccedit. Itaque id quod dicitur in *d. §. qui operas*, eum humana interpretatione admitti, pertinet tantum ad eum qui operas fuas locavit ut cum beftiis pugnaret, manet enim civis, non ad deportatum, ut accepit rede Accurf. Orbat etiam *l. idem eft §. 1. de milit. teft.* Item alit: Deportatus rede heredes inftituit ex teftamento militis. Sed hoc eft fingulare in milite. In teftamentis militum non tam fpectatur ius civile, quam gentium. Atque hæc gentium deportati capiunt hereditatem, legatum, fideicommiffum. Quid eft ergo, quod ait *lex de deportato*, *l. 1. §. deog.*, militem deportato fideicommiffum non capere? Ita *§. fed verbum illud miles*, eft Tribonian. Nam militibus deportato & latino Junio poterit fideicommiffum relinquere, non legatum, non hereditates, ut dic. in fragm. *tit. de fideicommiff.* Sed hodie non potest paganus, qui fideicommiffa funt juris civilis. Itaque folus miles hodie pagano fideicommiffum relinquere potest.

Ad L. XIV. Dum quidam propinquus *falfum accusationem* *commisit*, *ne ipfi longum spatium temporis pereat. Sed* *dies ei non perit*, *quamdiu falsa crimina accusationis* *pendent*, *& ipse in carcere detinetur*, *quia non potest* *accusator inspici*, *ut bonorum possessionem petat.*

SPecies hæc eft. Quidam propinquus falfum accusationem commisit, ne ipfi longum fpatium temporis pereat. Sed dies ei non perit, quamdiu falfa crimina accusationis pendent, & ipse in carcere detinetur, quia non potest accusator inspici, ut bonorum possessionem petat. Sed ab intellato, fed vocato ad hereditatem, non perit dies, falfum effe, quod reft inftitutus heres. Ergo poftumus ita longo tempore non admittitur ad bonorum poffeffionem, ei effluxit tempus, quo petere poterat. Sed quæ ita, ab accusatore inspici non potest

quisitam, quia petita est ejus mandato. Quod si ante petitionem furere cœpit is, cujus mandato petitur, non adquiritur ei bonor. possess. nisi ratum habuerit sanitate recepta: nam re integra ante petitionem furere cœpit. Mandatum autem finitur furore, qui est privatio voluntatis; nam est mentis ad omnia cœcitas, *l. qui servum* 47. *& l. prox. de adquir. hered.* Quod si sine mandato, sic distingue: aut furere cœpit post, aut ante petitionem: si ante, non adquiretur, nisi compos mentis factus ratum habeat. Quod si post, hoc casu magis est, ut tacita voluntas modici intervalli, quo viguit ejus voluntas, habeatur pro ratihabitione: atque ita videbitur ei adquisita bonorum possessio, id enim æquum est. Itaque interpretatio juris supplet judicium furiosi, efficitque, ut qui furere cœpit, & ratum non habuit, fingatur ratum habuisse. *Rati enim habitio*: hoc sic accipiendum est: ideo dicimus ratum habuisse, quia exigitur in proposito ratihabitio, quæ confirmat prius *postulatum*, id est, postulationem seu petitionem.

AD TITULUM II.

Si Tabulæ testamenti extabunt.

Ad L. I. Heredi, cujus nomen *inconsulto ita deletum sit, ut penitus* [illegible] *sit, dari bonorum possessio minime potest, quia ex con*[illegible] *non* [illegible] *scriptus videretur: quamvis si post prolatas tabulas deletum sit testamentum, bonorum possessio competat. Nam & si mortis tempore tabulæ fuerint, licet postea interierint, competit bonorum* [illegible] *quia verum fuit, tabulas exstare.*

EDicti de bonorum possessione, prima verba hæc sunt: *Si tabulæ testamenti extabunt.* Nam edicta plerumque incipiebant ab hac particula, *si*; ut edictum *si quadrupes*. Item *si appareat*: in *l. si di*[illegible] *§. ait prætor, de constit. pecun.* ut etiam edictum; [illegible] *certum petatur*. Ergo priore loco exponenda est bonorum possessio ex testamento, quæ quidem duplex est; Contra, & secundum tabulas. Illa autem prior est ordine edicti, hæc posterior. Et ideo bonorum possessio, quæ dicitur dari ex prima parte edicti, vel clausula, quæ est contra tabulas, *l. ideoque, & l. scriptus, de Carbon. edict.* Ergo hoc erat edictum: *Si tabulæ testamenti extabunt, liberis præteritis contra tabulas testamenti bonorum possessionem dabo.* Prima omnium est bonorum possessio contra tabulas; deinde promittit secundum tabulas, tum promittit bonor. possessiones ab intestato, & sunt qu[illegible] huc pertinet tit. *si tabulæ testamenti* [illegible] incipit tractare de bonor. possessionibus ab intestato, [illegible] hæc verba, *Si tabulæ*, pertinent ad bonorum [illegible] testamento: nam ab his verbis incipit prætor [illegible] se contra tabulas bonor. possessionem, quam [illegible] tabulas. Idque Accurs. recte no[illegible], hæc [illegible] ad omnes possessiones ex testamento. Ego [illegible] accurate Accursium, quam ipsum auctorem, [illegible] hujus consilii pœnitet: hic igitur recte ait, hunc [illegible] pertinere ad possessiones ex testamento. At sciendum est [illegible] hoc titulo non pertinere, nisi ad [illegible] tabulas. Itaque [illegible] posita, ut a[illegible] autem speciem [illegible] Nomen [illegible] scripti [illegible] & inductum, quæritur, a[illegible] post [illegible] tabulas? Sic distinguitur: [illegible] deletum [illegible] inconsulto: si consulto, [illegible] non [illegible] poss. secundum tabulas [illegible] voluntas. Idque verum [illegible] nomen [illegible] adhuc [illegible] *§. si* [illegible] *§. is* [illegible] Quod si inconsulto & [illegible] testatore vel alio; distingue:

A aut ita deletum est, ut legi tamen possit, aut non. Si legi potest, datur bon. poss. secundum tabulas, quoniam non deficit voluntas defuncti: Quod si legi non possit, nec appareat nomen heredis, non dabitur bonor. poss. secundum tabulas, quoniam hæc possessio datur tantum scriptis heredibus: Scriptus autem quis dicitur ex scripturæ literarum, non ex conjecturis; Ergo ei non datur bonorum possessio secundum tab. Hoc proponitur initio hujus l. Hoc ita procedit, si ante mortem testatoris deletum sit nomen heredis inconsulto, & ita, ut non appareat. Nam aliud est, si post mortem testatoris casu aliquo, non consulto deletum sit, ut si post prolatas tabulas mortuo testatore deletum sit nomen, ut non appareat, ei datur bonorum possessio secundum tabulas, quoniam verum est mortis tempore **B** extitisse tabulas, item tabulæ prolatæ sunt integræ. *Post prolatas.* Proferuntur tabulæ mortuo testatore ad prætorem. Cum autem proferuntur, etiam aperiuntur & recitantur, *l. 1. §. sufficit, de bon. poss. secun. l. tab.* August. in Psal. 21. *Cum testamentum fuerit prolatum, tacent omnes.* Addendum est, si deletum sit nomen post mortem, nondum prolatis tabulis, dari bonorum possessionem secundum tab. quoniam satis est extitisse tabulas mortis tempore: datur hæc bonor. possessio, si tabulæ extabunt mortis tempore: Ait, *interierint*, nec prolatæ fuerint. At olim necesse fuit tabulas proferri, ut agnosceretur bonorum possessio secundum tab. Itaque ita edictum erat conceptum: *Si tabulæ testamenti ad me perferentur*, Cicer. in 3. Verrina. Hodie ita solent edicere: *Si tabulæ testamenti extabunt*, quoniam satis est extare **C** tabulas mortis tempore, nec necesse est proferri, maxime ab herede ex asse scripto, *d. l. 1. §. sufficit.* At necesse est, tabulas semel extare mortis tempore, id est, aliquo tempore post mortem testatoris: neque quidquam mutat, si postea interciderunt: ergo si ante interierint, non datur bonorum possessio secundum tabulas, nec contra tabulas: nec enim dabitur, nisi extiterint tabulæ post mortem, *l. 1. §. semel, de bonor. possess. secund. tab. l. quod vulgo, de* [illegible] *cont tab.* Ergo merito dicemus, hæc verba: *Si* [illegible] *testamenti extabunt*, recte pertinere ad utramque possessionem. Obstat *l. 1. §. sed si legi, & §. sed consulto, de his,* [illegible] *delent. l. ult. sup. de ini. rupt. & l. pen. C. de testam.* quarum ll. sententia est: Valent ea, quæ scripta sunt in testamento, id est, fideicommissa, legata & reliqua, etiamsi testamentum interierit ante mortem **D** testatoris, vel si pars testamenti perierit ante mortem, etiamsi aliquid deletum sit inconsulto ante mortem, sive legi possit, sive non, dummodo tamen id acciderit post consummationem testamenti, id est, perfecto testamento. Nam si id acciderit in ipsa actione testamenti faciendi, ut sæpe accidit, & non possit legi, non valet. Ergo cur etiam non datur heredi bonorum possessio secundum tabulas, cujus nomen deletum est ante mortem testatoris post consummationem testamenti? Nam hereditas ei debetur, etiam hoc casu, ut dictum est; cur exigitur ut mortis tempore exstet nomen? Respondeo, ut ait Accurs. & statuo differentiam inter jus civile, & prætorium. Nam jure prætorio, si tabulæ testamenti non [illegible] mortis tempore, ex edicto non competit bonorum possessio, quia tabulæ non [illegible], quia pe**E**rierunt [illegible] ante mortem, si non extat nomen heredis, ei [illegible] non competit bonorum possessio secundum tabulas, quia tabulæ non extant, quia decessit sine tabulis: jure tamen civili adquiri hereditas poterit si non [illegible] tempore [illegible] non petetur bonorum possessio, [illegible] jure civili adquirentur etiam legata & fideicommissa, [illegible] deleta sint ante mortem testatoris. Nam adquiritur etiam hereditas [illegible] civili sine tabulis, ut puta, si testamentum non [illegible] scriptum [illegible], §. *ult. de* [illegible] Non dabitur [illegible] hoc casu bonorum possessio secundum tabulas, quæ tantum scriptis datur: [illegible] autem scriptus non est. At notandum est, utilem ei dari bonorum possessionem, quæ est secundum nuncupationem, quæ est non edictalis,

ctalis, sed decretalis; nam decernenda est, *l. 2. C. de bonor. poss. secundum tab. l. ult. C. de codic.* Omnes bonorum possessiones utiles, sunt decretales; ut & omnes actiones utiles, quæ dantur cum edictum deficit. In specie proposita, heredi, cujus nomen est deletum inconsulto ante mortem testatoris, post consummationem testamenti, datur ex decreto bonorum possessio secundum voluntatem, non secundum tabulas, non secundum nuncupationem. Ita explicatur *l. ult. C. de codicill.* quæ numerat bonorum possessiones quæ dantur heredibus. *Ceterasque similes*, ut pura secundum voluntatem: nam multæ sunt bonorum possessiones utiles, una tantum est directa sive edictalis. Directa est secundum tabulas: utiles secundum voluntatem, secundum nuncupationem, & multæ aliæ si quæ sunt.

AD TITULUM III.

De bonorum possessione furioso, infanti, muto, surdo, cœco competente.

Ad L. I. Furioso Titius substitutus est. *Bonorum possessionis tempus, quamdiu furiosus in eadem conditione est, neque instituto, neque substituto cedit. Nec si curator furiosi nomine possessionem accipere potest, idcirco spatium temporis, quod scientibus præfinitum est, videbitur cedere. Nam & pater infanti filio possessionem accipit: quo tamen cessante infans non excluditur. Quid ergo, si curator accipere nolit? Nonne justius atque utilius erit, ad eundem modum proximo cuique possessionem dari, ne bona jaceant? quo admisso, substitutus cautionem præstare cogitur omnibus his, quibus bona restitui debent: si forte institutus, in eodem furore decesserit, aut compos mentis effectus, ante mortem obierit, quam hereditatem agnosceret. Nam & fieri potest, ut vivo furioso substitutus decedat: nec tamen furiosus obstat ceteris, si prius & ipse decesserit, quam hereditatem adquireret.*

Ad L. II. Mutus, surdus, cœcus *bonorum possessionem admittere possunt, si quod agitur, intelligant.*

PRiusquam dicatur de bonorum possessione contra tabulas, dicendum est nonnihil de personis, quæ petunt bonorum possessiones, ut & in privatis litibus, prius discuti solent personæ petitorum, quam agatur de principali, *l. quidam de jur. cod.* Personæ autem petentium bonor. possessiones, eæ sunt, furiosus, infans, mutus, surdus, cœcus. Primum dubitatur de muto & surdo: Nam non possunt jure antiquo adire & cernere hereditatem, quia verba aditionis nec loqui, nec audire possunt. Itaque Ulpian. in Fragm. *tit. de testam.* ait, *olim nec mutum nec surdum familiam emere posse.* Possunt tamen pro herede gerere, *l. mutum, de adquiren. heredit.* Possunt etiam petere bonorum possessionem, & agnoscere, dummodo non sint rerum ignari, id est, intelligant quid agant: Nam mutus potest nutu & signis significare velle sibi quæri bonorum possess. *l. nec servo, §. si pupillo ad Trebell.* Dubitatur etiam de cœco, an possit petere, cum sit utrisque luminibus orbatus, quia non cernit quid agat: Itaque vix potest testamentum facere, *l. hac consultissima, C. qui testam. fac. poss.* Denique non potest in jure quidquam pro alio petere, *l. 1. §. casum, de postul.* Poterit tamen sibi recte petere bon. possess. dummodo rerum non sit ignarus, & juris sit particeps, *l. 2. hoc tit.* hoc demonstratur. Qui petit, admittit, is cui petitur, nondum admittit, nisi petatur ex mandato. Itaque iis personis tempora cedunt, quoniam possunt petere; ideoque si non petant, tempore excluduntur. Diversum est in infante & furioso, quibus tempora non procedunt, quoniam ipsi per se petere non possunt. Infans autem per se non potest petere bonorum possessionem, nec adire hereditatem, etiamsi tutor vel pater auctor sit: quia non intelligit quid loquatur, nec quid agat, *l. servo, §. si pupillo, ad Treb.*

A Huc referantur quæ diximus in *l. 2. sup. de bon. poss.* Tutor tamen potest petere infanti & pupillo, eique adquirit, nec ulla ratihabitio exigitur, quia est vice domini, *l. bonor. l. infantis, C. qui admitti, l. si infanti, C. de jur. delib.* Petit autem tutor infanti bonor. possessionem edictalem: Nam infanti ex edicto defertur bonorum possessio. Itaque supervacua est decretalis, si petatur, quia non exigitur, *l. 2. §. si infanti, ad Tertyll.* Itaque melior est causa infantis, quam furiosi, cui non defertur edictalis: itaque ei est petenda decretalis. Nam furioso mens adempta omnino est; In infante non viget quidem mens, ea tamen non caret. Eadem ratione melior est causa spadonis, quam castrati; nam illi omnino generandi vis adempta non est. Præterea pater etiam recte petet infanti bonorum possessionem, *d. l. si infanti, & l. 1. C. Theod.* **B** *de cretio.* An petet pater filio majori infante. Loquimur autem de filiosfamilas & de eo qui est in potestate patris. Sed tum non potest, nisi ex consensu filii petere, *l. filiosfam. C. de j. r. delib. l. is qui heres, §. ult. de acquir. hered.* Interpretes ajunt, hoc locum habere in bonis maternis, quæ patri non adquiruntur: eorum ergo bonorum possessionem non petet pater, nisi ex consensu filii. Sed verius est hoc jure ff. bona materna adquiri patri: denique omnia adventitia, exceptis castrensibus, & quasi, *l. 3. §. verbum, de donat. inter vir. & uxor. & l. 1. §. qui operas, ad Tertyll. & l. qui aliena, vers. sed etsi, de adquir. hered.* Ex constitutione autem Constantini non adquiruntur patri bona materna, nisi quod ad usumfructum attinet, *l. 1. C. de bon. matern.* Ergo pater non potest petere filiosfam. bonorum possessionem, etiam eorum quæ **C** patri adquiruntur sine consensu filii, quia filiusfamil. quandoque sui juris effectus ea agnoscere potest, & sibi habere. Itaque pater interim ea bona in fraudem filii repudiare vel admittere non potest sine ejus consensu. Diversum est in servo & domino: nam dominus potest repudiare vel agnoscere servo delatam hereditatem, sine consensu servi, *l. 1. §. per servum, de success. edic.* quia servus pro nullo habetur. At secus est in filiofamilias; & ideo in servo non spectantur res futuræ, non spectatur quod manumitti aliquando possit. Itaque etiam prætor præstituit diem ad deliberandum domino, non servo, *l. 1. inf. de jur. deliber.* Ceterum furiosus an potest petere? Ipse sane petere non potest. Itaque ipsi tempora non cedunt. Furioso non defertur bonorum possessio, neque hereditas, quamdiu videlicet est in furore; sed **D** post resipiscentiam potest. Itaque non potest per curatorem ei etiam edictalis bonorum possessio peti; quia non est delata, *l. 1. §. furiosi, de success. edic.* Duo tamen sunt casus, in quibus furiosus acquirit hereditatem: Unus est, si sit suus heres & necessarius: nam lex ipsum facit heredem: nam & ignorans suus fit & necessarius heres, & transmittit hereditatem, si interim decedat in furore. Quæ ignoranti adquiruntur, & furioso adquiruntur. Itaque tenetur statim creditoribus ipso jure, *l. Antistius, §. ult. de adquir. hered. §. sui autem, de hered. quæ ab intest. l. ult. §. si vere, C. de curat. fur.* Alter casus est, si per eum, quem habet in potestate, furioso obveniat hereditas: sed curator debet adire. Atque ita furiosus adquirit hereditatem per curatorem, *d. l. Antistius, §. ult.* Itaque exceptis his duobus casibus, furiosus nec **E** per se, nec per curatorem, hereditatem, vel bonorum possessionem edictalem adquirere potest: Datur tamen decretalis curatori furiosi. Id ostensum est in *l. non est, sup. de bonor. possess.* Cur datur decretalis? ea datur ut transmittat aliquid ad heredem suum, videlicet si sanus effectus decedat, non petita edictali bonorum possessione. Atque ita accipitur *l. Licinius, §. ult. de legat. 2.* Hæc Lex ait, curatorem dementis petisse bonorum possessionem secundum tabulas furiosi nomine, & hoc casu curator debet præstare legata. Sed qualem petiit bonorum possessionem? Illa lex est intelligenda de decretali bonorum possessione: idque satis ostendit *l. heres, de petit. hered.* ita olim petita bonorum possessione interponebantur cautiones de restituenda hereditate, *l. ult. §.*

A ſtor, item meſſi. Conſtituto autem curatore, hæc ab hereditibus non ſiunt: nam ea pertinent ad officium curatoris. Conſtituto etiam curatore conſcribunt hereditas, §. *pen. h. l.* Item & ſubſtituti, & creditores, ut *dicam*. rodte notat. Conſcribere autem debent vendenti ea, quæ urgent, vel tempore peritura ſunt. Et in inventarium rerum facient debent ſubſcribere, quod ſumme notandum. Inventarium, repertorium, rationarium, *ut dicam*. Inventarium, idem ſunt. Hic curator debet inventarium rerum omnium, in *l. venit*, *qui ter-peretarium*, *de adminiſtr. tut. l. ult. de hac. aſſeſ. fol. poſſ.* in magis, *de reb. eor. qui ſub tut.* Item curator bonorum creditorum cauſa maxime conſtituitur, ut videlicet bona conſerveat, itemque ut vendat res tempore peritura: nam hæc ſunt, quæ plenam adminiſtrationem bonorum non habet, *d. l. inter bonorum*. Hic autem datur ex inquiſitione a magiſtratu, vel ſuſtidat, ſi non ſtatim fuerit inquiſita, *l. deſcriptum*, *ſup. de curat. fur.* Et in eo loco appellatur curator bonorum ventris nomine. Hoc curatore dato, ſecuri ſunt creditores, quoniam ab eo rem ſuam petent, *l. 8. ſi velint* mittentur in poſſeſſionem, non tamen bona diſtrahent. Expectant enim editionem partus, *l. 8.* Curatorum qui bonis dantur varia ſunt exempla. Nam aliquando datur bonis ſolis & bonis ſi ventri, in *l. hoc autem ſane*, *h. l.* quod valde notandum. Quæ tribuantur curatori ventris, videntur potius res. Curatori bonorum ventris. Curator autem bonis dari ſolet, cum pender adito hereditatis, ut qui delibe-rant hæredes, vel qui ſcripti ſunt ſub conditione caſuli. Hoc caſu non hæredes poſſeſſionem mittuntur in poſſeſſionem, curatore bonis dato, qui diſtrahet res tempore perituras, *l. 1. de curat. bon. l. 3. quia inſtruxator*, *l. pen. de tutel. l. ult. de curat. fur.* Item & curator bonorum, qui datur curator bonis cuſtodiendis, ſi petita ſit Carbonianæ, ut diſtrahat res peritura, & puero prabeat alimenta, ſi neque unde alantur, neque unde res peritura ſuſtentetur, *l. 3. fol. 1. quotie*, *de Carbon. edic. d. l. 1. §. ult. de minorib.* Præterea curator bonis datur, cum pupillus heres curatorem ſibi petat, *l. 1. §. ult.* & ſic inducitur, ut & creditores interim mittuntur in poſſeſſionem, quod ei curator conſtituatur, bona vero non diſtrahant: itaque ſi pupillus heres conſtituatur, quod ei curator adjiciatur aliquis pupillo, *l. 2. & ſi quis*, *ex eod. in poſſ.* Item in Præfo & proſpo, *l. Publicius*, *§. 1. de 1. ſol. tit. Prætorium*, *de bonor. poſſeſſ. cont. tab.* Item curator bonis datur, ſi res caduca petatur a fiſco, D vel ſi quis captus ſit ab hoſtibus abitor, interdictores exſiſtebat redirum, ſed mittuntur in poſſeſſionem curatore dato, *l. in poſſeſſionem*, *§. ult. quib. ex cauſ. in poſſeſſ. cat.* Aliud eſt, ſi quis reus latuerit fraudationis cauſa; hoc enim caſu non datur curator bonis, ſed creditores mittuntur poſſeſſione & diſtrahunt, quod ſit, in odium fraudatoris: quandoque tamen etiam curator datur hoc caſu. Sciendum eſt, eum, cujus bona venundantur a creditoribus, infamem eſſe & turpem, *§. ſed autem*, *de hered. quæſtor. & diffam. §. 1. qui & ex quib. caſ. manum. l. paterfamilias*, *de penalg. credit.* Plinius in 2. Epiſtol. Ad Caninium. Hæc autem infamia adimitur

debet de posseßione dicedere: ſumptus autem factí bona
fide, non reperuntur, l. 1. §. fatiat, hoc tit. l. finemus, 1. pen.
eod. Nam hæ deminutiones deducuntur, velut ea alie-
nasti, id eſt, reparantur ití, ad quas res pertinet, & eo
numero, id eſt, reparantur ití, ad quas res pertinet, & eo
numero res ad eos tranſit. Sumptus autem mala fide factí
repentur, & damnatur ut calumniatrix. Finitur etiam
hæc miſſio, ſi edictus partus repudiſſe ſit, ut quia exheredá-
tio efficáciam habuit. Finge: ſi mihi filius meus genitus erit,
& is edictus habuit. Finge: ſi mihi filius meus genitus erit,
extores eſto, & quia poteſt uxóri ſilia, ſub incerto ventre in
poſſeſſionem mittitur, l. 1. §. poſt. hoc tit. l. ſi ventr. 3. tit. Ad
ſuſtinétur enim filius, invenies hæc eſſe exhorédatum,
ſiaque repellétur. Hoc caſu datur interdictum in mulie-
rem, ut diſcedat de poſſeßione, l. 5. §. ult. uſ. ubi-
ne caſ. in poſſ. acqu.

Ad l. VII. Extraneo poſtumo herede inſtituto, non aliter
venire in poſſeßionem mittitur, niſi mater aliénata de alie-
non poſſit, ne forte ei, qui natus fuerunt poſſeßor futu-
rus eſt, detegaſſe alienata videantur.

POſtumus extraneus vel alienus eſt is, qui natus ſuus
futurus non eſt, §. poſtumi, Inſt. de legatis. Ergo po-
ſtumus ingenuus, id eſt, agnatus alienus eſt, ut ex fi-
tre, quia ſuus non eſt, item poſtumus matri eſt alienus:
Legitimus tamen eſt ex Senatuſconſulto Tertulliano,
ut ſi quis cavto utero extrahatur, l. poſtumus, de inofficiſ.
teſt. Item poſtumus conjunctus alienis eſt, ut ex filio
emancipato poſt emancipationem conceptus, avo eſt
alienus. Quarto, an horum curam habeat prætor hoc
edicto? Excerte habet, non enim ſuorum heredum, ſed
vice poſſeßionis unde legitimi vel unde cognati, l. 7.
h. tit. item vice poſſeßionis cognatorum, d. l. poſtumi,
non tamen vice unde liberi, ut ſuorum heredum, ſi
quis ex tantum duntaxat liberis. Illum autem, qui ſuus
futurus eſt, ex omnibus edicti partibus mittit, ut vice
ſecundum, contra tabul. aut bonor. poſſeſſ. agnati, l.
gnati, l. de bonis, §. 1. in tit. prax. Quid dicemus de eo
poſtumo, qui omnino extraneus eſt? Hic in poſſeßio-
nem non mittitur, ſi inſtitutus heres ſecundum ta-
bulas, non alterius vice, quo ab inteſtato non admit-
titur. Et ſic poſtumus extraneus in h. l. 6. tantum pro
omnino extraneo. Dices, quomodo ergo inſtitui extraneus
poſtumus? Semper jure prætorio potuit, non autem ju-
re civili, modo ex aſſe ſit, quæ noſtra uxor eſſe poteſt. Et
hodie poteſt inſtitui quilibet poſtumus jure civili &
vili, id eſt, ex Conſtitutione Juſtin. §. 1. de bonor. poſſeſſ.
Ita demum autem mittitur extraneus omnino poſtu-
mus inſtitutus, ſi mater fe alienáre dicere non poſſit, ne
ſume prætat cum partu. Oppónitur l. 5. §. 1. quæ ait,
ventrem miti, etiámſi mulier alienáre ſe poſſit ſuften-
tare & exhibere. Sed l. 5. loquitur de ventre, qui ſuum
eſt patrimus, ad quem hoc edictum potiſſimum perti-
net. At l. 6. loquitur de ventre extraneo: itaque plus
datur ſuis, qui jure natura nocitur ad bona quæ pro-
pria, l. 11. §. 1. large, de liberali. edict. §. 1. Inſtit. plus tribu-
tur quam agnatis aut cognatis, l. 7. h. tit. tamen cujus initio
offenditur, ventrem miti in poſſeß. ex omnibus partibus
edicti ab inteſtato, & poſtitutis ex teſtamento. Sed hoc
pertinet & ad alias partes edicti, l. ult. hoc t. & l. 3. §. fed
ſi mater, 2. ad Tertull. l. fed ſi ita, de Carbon. edic. & l. cum
quidam, §. quod dicitur, de inquir. hered.

Ad l. VII. Interdum non paſſim, ſed cum cauſa cognitionis, mittis ventre in poſſeß. dicto, & prius cum contradictore refertur. Sed hoc tantum ad eum ventrem erit referendum, qui cum liberis admittitur. Ceterum ſi mittatur unde legiti-mi, vel qui alia ex parte: dicendum eſt, non eſſe cauſe co-gnitionem necſſariam. Nec enim æquum eſt, in tempus pu-bertatis ventrem vaſti de alieno, in tempus pubertatis dilata cognitionis. Sed enim plerumque omnes conveniuntur, quæ poſſi-ſtatus contrarietatem continent, in tempus pubertatis differri. Sed non ut in poſſeſſione ſit, ſtatus controverſia dilata.

Ad l. VII. Si ventris nomine mulier uſufructum poſtulet: D. Hadrianus Calpurnio Flacco diſſerendam acceſſatio-nem adulteri reſcripſit, ne quod præjudicium ferret non.

MUlier miſſa eſt in poſſeßionem ventris nomine,
deinde rea adulteri poſtulata eſt, neque in ar-
guitur partus ex adulterio eſſe concepitus: Quæſtio
hic differtur, ne fiat prejudicium partui. Sed oppo-
nit l. Titia, inſt. tit. pro. Ord. l. 11. §. ult. Cod. l. 11.
Si quis propter, ad l. Juliam de adult. Cod. l. 9. Cod. de
C. de ſpol. ubi pronúntiat, non differri querélarum adulteri
ob partum, & ſi mulier ſuppoſiti partus accuſetur, vel
ſi vocetur in judicium libertatis nomine, ut ſit liber
eſſe incipit. Sed non eſt mulier miſſa in poſſeßionem
ventris nomine, aut non: Si miſſa ſit, hæ quæſtiones dif-
ferantur, quas judicium, quod de matre ſuſcipitur, ſa-
ſpiatur utrum ex ventre, qui de ſuo fuit, judicium fale-
ſi. §. ſi ex hoc edicto ſup. de liber. agnoſcen. Idem eſt, ſi
principaliter quæritur de bonis paternis, & incidant
hæ quæſtiones; differuntur in tempus pubertatis. Aliud
eſt ſi mulier non nomine non ſit in poſſeßione. Nam
judicium, quod principaliter ſuſcipitur de matre, non
ſuſcipitur de ventre, vel ex qua jure natus eſt. Itaque
ſi controverſia fiat hæc quæſtionem movetur matri, non
differtur, quoniam ea majore fide & cauſſionis inter
actura eſt, eo quod ipſe capitis & fame judicium ſubi-
pit principaliter: Itaque filius non intereſt, an capitis
principalis, an incidens. Cauſa matrimonii hoc diffe-
rentur apud Eccleſiaſticos judices. Finge autem, filium
eſſe incidentem hereditatis adiri: ſuſcipi poſſeßionem bonorum
paternorum, & vindicare apud judicem laicum: poſſi-
for autem hereditatis contendit, eam juſtum filium
non eſſe: Hic ſit deferendum ex illicito judicio, ut
ideoque eum bona non rede vindicare: Itaque revocat
forum judicis regii. Contra, filius contendit, hoc quo-
que poſſe deferri a judice regio: non incidit quæſtio, an
autem principaliter moveatur, atque ita definitum fuit.
Judex igitur Eccleſiaſticus cognoſcit de matrimonio, &
principaliter ex quæſtione movetur, ſponſus, Cede ſpolia-
tis, l. 1. §. 1. Cod. de C. de ſpol. In caſu ſtatus judex non poteſt dari, ſed
ipſe præſes cognoſcere debet, poteſt tamen judicem dare,
qui cognoſcat de hereditate, ut ſupra. Cognoſcit etiam
de cauſa filiationis & incidat. Idem eſt in judice civili,
l. pen. C. de ord. jud.

AD TITULUM X.

De Carbonano edicto.

Ad l. I. Si cui controverſia ſtet, ex incerto liberos ſit, & in-pubes ſit: cauſa cognita partibus poſſeßio datur, ac ſi nulla de ea controverſia eſſet: & judicium ita tempus pubertati cauſa cognita differtur.

A ſis an ſit ex liberis, non mittitur in poſſeßionem vice Carbonianæ ex hoc edicto, quod tantum pertinet ad
B edictales bonorum poſſeßiones, ſed ex epiſtola D. Adria-
ni mittitur, l. 1. §. ſi ex, qui habet. Mittitur autem cauſa
cognita, cum hæc miſſio ſit decretoria: Quæſtio autem
cognita, cum hæc miſſio ſit interloria. Quod ſi veniat
fiat controverſia, eum non eſſe ex ignatis aut cogna-
tis, hoc cafu in poſſeßionem non mittitur. Nam expoſi-
tio edicti: Si cui non ſuus liberis proximis, l. pen. §. ult. inf. ut
ſuis fiat ei. Item quia nato non datur Carbonianæ, quo
datur ſolis liberis. Sed an filiem diſſentiat ſuus ſibi
ſuus in tempus pubertatis? Et edicto Carbonino non
differtur, ſed ſtatim deficiendi eſt. Nam cum bonum
differtur ex illo edicto, cum queritur de bonis paternis,
l. 1. §. ſi ex, 2. l. Titia, 7. l. 11. ſupra hoc t. l. de bonis, 8. l. cum
hic bene ſolo, inf. tit. pro. Sed ex Conſtitutione poſteri-
ori principum differtur, l. 3. §. 1. §. 8. quamvis, eod. &
D. Pius, de liber. cauſ. Itaque hoc quoque differtur ſine
miſſione in poſſeßionem.

Ad l. VIII. Si ventris nomine mulier uſufructum poſtulet:
D. Hadrianus Calpurnio Flacco diſſerendam acceſſatio-nem adulteri reſcripſit, ne quod præjudicium ferret non.

Ad l. I. Si cui controverſia ſtet, ex incerto liberos ſit, & in-pubes ſit: cauſa cognita partibus poſſeßio datur, ac ſi nulla de ea controverſia eſſet: & judicium ita tempus pubertati cauſa cognita differtur.

Ad

A Ad l. Eum, qui controverſiam facit, ſi ſua pupilla ſatis ei non dotur, ſimul & poſſeß. eorum locus. eſſe potuit, ne cauſa
B Ad l. Non tantum maſculi, ſed & fœminæ ex virili ſexu de-ſcendentes, Carbonianæ contentum habebunt.
Ad l. Et generaliter dicimus, his demum Carbonianum com-petere, qui bona cognatis tabulas bonorum poſſeßionem petit. Hic vero non competere, qui repellantur a contra tabulas bono-rum poſſeßione.
Ad l. Si qui non ab aliquo hanc contraſcriptam patiatur, quod inter liberos non ſit, ſed ab ipſo patre; ne pœna nepoti, qui ſe recusarit in poſſeßio-nem dari ab eo emancipato a pre, cui pro-ſe decidere non poſſit. Et emancipati ad ſui defendendum. Parvi enim reſpect, quia ei contraſcriptam facit. Cum, & ſi reſtatus eum negaverit ex liberis, non tantum obtentum ſeri-bit, Carbonianæ poſſeßio eſſe locus.
C Ad l. Sed & ſi quis non tantum ex liberis negotur eſſe, ſu-non ſervus etiam eſſe dicatur, ſive ex aucilla edictus: Julia-nus ſcripſit, Carbonianum locum eſſe. Quod & D. Pius reſcripſit: Nam vel magis confabulatum eſſe his, quibus major patrimonium intenditur. Non & ſi ille abſtinuerit, impetrari eſt nobis, quemadmodum adulterum poſſimus ac-pere inquiſita impunitorum adſtitit, quod & plena & generosa ſit ea accuſatio.
Ad l. Sed & ſi ipſe defunctus ſervus eſſe dicatur, idem erit dicendum.
Ad l. Sed & ſi filius facit impuberi controverſiam, Carbonia-num edictum prodeſt locum habere.

CArboniana poſſeßio eſt decretalis, quia decre-
to datur a prætore, non edicto denunciatione.
Tribuit autem jus uſque ad pubertatem. Ver-
ba edicti proponuntur in prior. l. 1. hoc
edicto duo proponuntur: Triples eſt pars, ſi vi-
controverſiæ ſtatus: utrumque concedit decreto cu-
falcognita: Itaque duæ interveniunt cauſæ cognitiones,
l. 3. §. 1. hoc. Itaque an ex liberis non ſit, l. 3. §. ult. h. t.
ſionem dari: videamus quibus detur Carbonianis poſſi-
ſio, & quibus illa diſtinio. Carbonianis datur ſolis li-
beris ex edicto, quorum ex ſequentis non datur hoc
D ditatio, ſed ex conſtitutionibus, l. 7. ſup. tit. pro. Er-
go ex hoc edicto illa duo ſolis liberis dantur: adem-
tum eſt enim, quod datur ſuis impuberibus datur:
jutur hæc poſſeßio oft pupillaris, fruitur pupillares:
l. 3. §. ſcribo, 7. l. de his, §. ult. l. hoc t. l. 3. §. ſed ſi quis eum
ſtatus, 4. Tertull. Datur autem principaliter parentis
liberis impuberibus, qui vocantur ad eam. Sed dicen-
que datur tantum liberis, qui deſcendunt ex virili ſe-
xu, negatur. Sed dicitur contra, §. 1. h. t. Porrigitur
tamen hoc edictum etiam ad alios bonor. poſſeßiones,
ut edictum de collatione, quod pertinet potiſſimum ad
bonor. poſſeßiones contra tabulas, ſed & ad bonorum ven-
ad unde liberi, & edictum etiam de coniung. & edi-
ctum de ventre. Itaque porrigitur hoc edictum Carbo-
nianum ſolis ſui & liberis ex virili ſexu, l. 1. §. ſed
& ſi, inf. §. tab. teſt. null. eſſab. l. 2. de inoffic. teſtam. l. 3.
in prine. h. t. l. 3. §. impubes, §. interdum, & l. de bonis,
§. qui pupillo, eod. Porrigitur etiam interdum ad ſeun-
dum tabulas poſſeßionem, in §. Pomponius, h. l. 1. Da-
tur etiam interdum exheredatis liberis, §. idem ait,
Carbonianum bonorum poſſeßio datur liberis impuberibus
præteritis, vel ab inteſtato venientibus, ſed neceſſe
eſt etiam, ut eis moveatur duplex controverſia, ſtatus
& bonorum poſſeßionis. Contra Carbonianum, ſi
ſe alteruter tantum queratur, ut de bonis, nec ul-
la dilatio datur, ſed ſtatim res expedienda eſt, §. ſi
quis filium, h. l. 1. Præterea cum queritur tantum de
ſtatu, non datur Carbonianæ, ſed an datur dilatio? Mi-
nime ex hoc edicto, ſed ex conſtitutionibus, l. 3. §.
quæſtio, 4. l. Sed quid eſt ſtatus quæſtio? Nempe ſi
queratur, an ſit ex liberis. Sed ſi ſit ei controverſia, an
ſit liber, quonian pater eius ſervus eſſe dicatur, vel ma-
ter, ut non poſſit habere ſucceſſorem, quid fiet? Tunc
ex hoc edicto non videtur dari bonorum poſſeßio,
quoniam in edicto ſit tantum mentio de hac quæſtio-

A ne, an ſit ex liberis, fed a D. Pio introductum eſt, ut
etiam hoc cafu ſit edicto locus: nam in hoc cafu minus
periculum interdimus: ſpectat D. ſi quis, 2. l. Contra quem
detur hæc bonor. poſſeßio videndum eſt, id eſt, quo
controverſiam faciente datur. Ceterum hæc Carbonia-
na datur in eos, qui quæſtionem ſtatus faciunt. Nihil
autem intereſt, quis controverſiam movet liberis im-
puberibus: num dentur etiam illa duo contra filium, §.
ſed reſt ſcripſit, l. 3. §. ult. Non eſt autem dubium de bonor.
poſſeßione: datur enim contra patrem, fratres & cohe-
redes. Finge: pater emancipatus eſt ab avo, nepos ea es
ſit viventibus patre & avo, poſtea avus decedit, pater
emancipato. Quod ſi hic pater filio facit controver-
ſiam, eo quod dicat eum non eſſe ex peculio, dabitur etiam
Carbonianæ poſſeßio contra eum. Item dicimus filio
B negaverit eum eſſe: aliud eſt, ſi pater in ſuo teſta-
mento filium exheredaverit nominatim: Nam exhere-
datus non videtur ad bonor. poſſeß. ſi exheredatus fuerit com-
gio, §. ſi pater, non ab aliquo, h. l. Hæc duo addenda ſunt,
dari liberis impuberibus, & contra eum, qui non poſſi-
det bona paterna. Sed an dentur poſſeßiones liberis
contra non poſſidentem? placet etiam poſſidenti dari,
& ideo differtur iudicium in tempus pubertatis, l. 3.
pares, §. ult. h. t. Sed & interim tutor poſſeß. retinet. Non
Carbonianæ datur etiam ei, qui agnovit ordinarium ſtre
edictiem bono. poſſeß. l. ſubagius, 8. tit. Porro his, quos
diximus, locus eſt, ſi filius velit ſuperſtitem bonor. poſſeß.
id eſt, ſi ventat jure bonor. poſſeß. Num locus eſt, ſi agat
jure civili, id eſt, fiuntur petitione hereditatis. Non
hoc eſt: Si neglexerit eſt ex liberis, cedat Carbonian
C edictum: nam ſtatim cauſa agitur, l. 3. §. miſtum, h. t. &
l. 1. C. de ord. jud. & l. liber, C. de petit. hered. Ceterum, quæ
eſt ratio Carbonianæ? Triples eſt pars, ſi vi-
delicet is, cui data eſt, ſalus poſſideat, requiſo tantiper
ſi poſſideat, nihil is etiam ſit ex liberis: nam & ille erit in
poſſeßione. Sed & ſi ſit ex liberis non erit. Sed quid, ſi ex li-
Alter eſt effectus, ut interim alatur pupillus ex eis bo-
nis. Tertius eſt, ut ſolus exerceat actiones hereditarias:
itaque plenum ius habet. Quod ex ſequentibus facilius
deprehendi, cui data eſt Carbonianæ, ſe redditurum bona, ſi
apparent poſt pubertatem eum non eſſe ex liberis. Quod
D non ſaveri adverſarium, & data fuerit Carbonianæ, ſo-
lus non poſſidebit, ſed adverſarius cum eo. Itaque non
altius, nihil cauſa cognita, nec exercet actiones hereditá-
rias, l. 3. §. ult. h. t. Sed ſi ſolus poſſ. & ſed & ſi, cum autem, 3. l. Pom-
de inofficioſo, de inoffic. teſt. Et hoc nominatim hoc edicto
comprehenſum eſt. Porro hoc edicto derogatur per
aliud edictum, nempe de inſpiciendo ventre & cuſtiendo-
do partu: hoc explicat hoc edictum, ſup. de cons. inſp. l. 1. C. de
Carbo. Finge mortuus eſt maritus, relicta uxore pregnante
mortuo non nato, ſed in utero. Hoc edicto eſt proviſum, ne
ſuo ſit denuntiare ití, quorum intereſſ, ne quid noverit, de
debet eos monere ut nuntiant, qui ventrem inſpiciant & cu-
ſtodiant. Sed quæritur, an hoc edictum ſit ex liberis, an non? Et ſane Car-
bonianæ: quod ita verum eſt, ſi militia mulieris id accide-
rit, non autem ſi infeſtia.

Ad §. Pomponius libro 29. ad edictum Scripſit, cum filius la-
ves vel exheres ſcripſerit eſt, Carbonianum edictum offert, ſi
ſcripſerit eſt ſuus heres: quia vel ſuus heres ſcripſerit eſt, ſed ſubſtitutus
bor. poſſeß. etiamſi filius non eſt, vel repellitur quaſi exhe-
redatus, eſt filius eſt videtur. Nihil ſane poſſumus, ut non,
ſi ſui heres filius ſcripſerit eſt, ſed ſubſtitutus
eſſe dicetur. Quæ cauſa ejus partis tantum datur eſt ei bonorum
poſſeßio, ea ejus inſtitutus eſt.

LIberis inſtitutis non competit Carbonianæ, nam nec
ei ex inſtigner, quamvis dicatur non eſſe liberi: ſi
quis non veniant ad bonis ut liberi, ſed ut ſcripti &
inſtituti: Hoc autem generaliter verum eſt, liberis inſtitu-
tis non dari Carbonianam, ſed ſpectaliter interdum dan-
tur, ut ait hic §. & l. 3. §. 1. & 2. Finge: poſtumus inſti-
tutus, teſtator ita dixit: ſi quis poſtumus natus vocatur, he-
res eſto, is negatur eſſe poſtumus defuncti, ſed ſuppoſi-
titius

titius dicitur. Hoc casu debitor ei interim Carbonianæ, ut tantisper habeatur pro posthumo defuncti, & quæsito differatur in tempus puberratis. Sed cur hic rantum posthumum excipit? non eadem ratione poterit filium extipere, quia facilius accidit in posthumo, & frequentius, licet in filio interdum idem fingi possit, ut hic recte Bart. monet. Finge: quidam instituit quendam suum quali filium, Carbonianus edictus, filii nomen non inftituratus? Hoc casu filio, si probetur non esse filium, non valet inftitutio, l. 4. C. de hered. inftit. l. 40. §. 1. de jur. fisc. Ita Carbonianus edictus, si sit impubes. Ceterum videndum est de legatis aut fideicommissis relictis filio, aut posthumo, si quali posthumi, & ideo heres non illum filium quali filium, & quali posthumum. Hoc casu non debitur ei Carbonianæ, quia non quæritur de bonis & successione. Sed an datur dilatio, & differtur ex rescripto D. Pii, l. 3. §. 1. hoc tit. & instituitur in possessionem, & eis non cavetur legatorum nomine ex edicto ut legatorum nomine cavetur.

A

Ad §. Idem ait, cum quidam *exheredem scripsisset filium, quod decesset, quum ex adultera conceptum, quæ fuerat ei hac conventione, an inter liberos sit, ex hac parte edicti evidenter possit. competere: cum, si filius alegio exheres scriptus esset, non haberet bonorum possessionem. Sed si ita scriptum*, quibus quali est, qui filium mecum se elle dicit, exheres ello: quia non est filius exheredatus.

B

EXheredatis non datur Carbonian, quia non venit nunt ad bona, maxime ù sint exheredati hoc edicto vel ventris: convitium enim videtur hoc edicto adferibi-tur, *ille latro filius meus exheres esto*. Nam ille fieri potest exheredatio, l. 3. in princ. de lib. & posthum. Sed quid si exheredatus dicat alogio, id est, exheredatus sum adulterii, ut quia unus indidatus sit, ut hodie addendum est elogium, quod probari debet ab hærede, Novellæ 115. Ejnge: pater ita dixit, *ille exheres sit, quia natus ex adulterio est*, hoc casu elogium probat heres, l. si posthumus, 5. ult. de lib. & posthum. Interim vero hic filius si fit impubes, accipiet Carbonianum, quia nondum videtur iste heres, accipiet Carbonianum, quia nondum videtur iste adulterii nec adultus, si probatum fuerit eum esse ex adulterio natum. Idem dicendum est, si pater simpliciter negaverit eum esse filium suum: possit enim quali fieri ei exheredatio, bonorum possessionem accipere, §. si quis non ab elogio, h. lege. Ergo his casibus exheredatis datur Carbonian. Idem dicendum est, si fit ex exheredatione, quod filius negaverit, vel fi exheredatus dixerit: *Quisquis est, qui filium meum se fibi dicit, exheres esto*. Hoc casu filius non exheredatur, fed ei, qui se pro filio gerit. Itaque si is mortuus fit, ante filium, datur ei Carbonian, quali non rite exheredato. Quod obtendatur in hoc §. Sic concludamus, impuberi non rite exheredato competere bonorum possessio Carbonian, si negetur filius esse. Et generaliter datur Carbonian, fi exheredato effectum non habet, *si impubes*, §. interdum, hoc tit. Finge: filius eft exheredatus; exheredatio non datur contra tabul. fed tantum præterito. Sed si non fit rite exheredatus, ei datur, quia videtur præteritus, l. 8. §. non quavis, fup. de bon. poss. contra. tab. Sed id in verum eft, fi tales fint tabulæ teftamenti, ut ex eis potuerint adiri hereditas, vel bonor. poff. fecundum tabul. peti, l. quod vulgo, de bonor. poffeff. cont. tabul. Finge: tabul. non eße obfignatæ, vel teftimonium fignis. Itaque ex eis juvare civili non potefi adiri hereditas, hec ex eis peti fecundum tab. l. 1. inf. de bonor. poffeff. fec. tab. Itaque hoc casu fi ille filius fit exheredatus, non petet contra tab. quoniam ideo contendit, *fe non effe rite exheredatum*, quod deficiant feptem teftium fignis, fed habebit poffeffionem unde liberi, & hic, si negetur eße filius, petet Carbonianam.

C

Ad §. Si quis filium fuum heredem *inftituerit ex minima parte fic*, ille, qui ex illa natuerit, heres eßo, non quafi *filium fuum*: *deinde hic contendat, patrem inteßatum de-*

ceßiße, ſoque ei fuum hæredem eße: interrogo, habeatdas ejus utrum negent eum filium, an non contendant teßamentum nullum: ſi teßamentum videre contendunt, controverſia non eſt differenda, & Carbonianum reſtat. Quod ſi filium eum negant, & ad ipſos prima quæſtio ad conſanguinitatem hæreditatis pertinere dicunt: data licentia poſſeßionem impubeni, controverſia in tempus pubertatis differtur.

D

FIlius eſt inſtitutus ex minima parte, id eſt, ex uncia vel ſemuncia, d. l. 8. §. non. & ult. de bonor. poſſeſſ. contra. tab. vel ex ſextula, id eſt, ſexta parte uncia. Item non eſt inſtitutus filius, quorum ita dicitur teſtator, *ille ex Sejo natus, &c.* Præterea adjecit illi alios coheredes. Nunc filius eſt, hoc teſtimentum nullum eſſe, & vindicat rem ab hæredibus, nec utitur querela inofficioſi teſtamenti, quia non fuit præteritus, quia non fuit inſtitutus ut filius. Addit, ſi ſcißet pater, nec filium eße, nec ex minima parte inſtituiſſe. Et hoc, ſi pater ſcißet, nec præteriri eße erit. Verum id ambiguum eſt, hæc eſt inſtitutio filii. At coheredes, cum contendunt, teſtamentum valere, an locus eſt huic edicto? Quamvis valere, an non contendant filium ſimiendi eße, qui non quærit de jure filii vel ſtatus, fed de jure teſtamenti, l. ſi filium exheredare, §. 1. h. tit. Quod ſi coheredes negaverint, non eße patrem, §. 1. h. tit. Quod ſi coheredes negaverint, non eße filium, itaque non poſſit cum tenere ab inteſtato, hoc locus eſt huic edicto, quia de bonis & de jure filii eſt controverſia: itaque cedunt literæ, & ceßat edictum, ait, *ad conſanguineos*, id eſt, fratres defuncti.

E

Ad §. Si mater fubiecti partus *exponatur: an differenda ſit controverſia? Finge: filium ejus exponi. Et ſi quidem poſſit ſtatus in dubium revocatur, differri quæſtio in tempus pubertatis debet: cum metus poteſt eße, ne inimici liberos ſubjiciant. Cum vero mater res poſtulet, utrum negotium ſit & ne? utrum conſtantia cauſam defendere recenti tempore dubium non eſt, cognitionem ſtatus aperire: & poſt exitum non cognoſci. Finge filium partus ejus ſuum heredem, hereditatem patri eam quandoque ſuæ: nonnunquam patrimonia bonorum, atque ſi haeres ſcriptus non ſuiſſet.*

F

Ad l. 11. Si mulier, cum *filium ſuum ſubjiciße illiteris, deßeriret, tacuit, & partuerit maleficii ſui, in preſentis negotii ſpecie eſt. Si autem venia ſit, qui ponit poſſe, quia mores parentum ſæpe liberorum ſunt: & ideo ſi filium Carbonianæ nomine edictum in tempus pubertatis differendum cognitio eſt.*

G

HIC agitur de quæſtione ſuppoſiti partus, & hæc accuſatio ſubjiciendi partus non eſt publica, l. 10. §. ult. Cognit. de ſtatu. ſed competit tantum iis, quorum intereſt, l. 10. C. ed. it. Nunc finge: mater negatur de ſuppoſito partu. Poſſumus autem inſtituere tuit, ut in §. Proponitur, *verſ. nisi ſunt*: editu partu mulier arguitur ſuppoſiti partus: quæritur, an hæc quæſtio ſit differenda in tempus pubertatis? Et definitur hac lege ſpecie in *l. ſi pater, de donat. in poſſeſſ. mit.* aut partus principaliter moretur controverſia, & dicitur eße fabulitrius, quo caſu controverſia differetur, quia verendum eſt, ne manus dicere deſtruendi. nam hoc mater negliget, quia, cum ea res non ſit, hic metus poteſt notari. Aut principaliter accuſatur mater ſuppoſiti partus. Hoc caſu ſtatim quæſtio agenda eſt, & ſi apparet, eam fubiecße, publicus reiicietur. Hæc accuſatio ſuppoſiti partus non finitur morte mulieris, l. 2. hoc tit. Nam & defunctum mulier ſua fama interpres ſolaris accuſat, ut & liquido apparet, ad quem bona pertinent. Sed quamvis ſuperſtes eſt mulier, vel ſuperſtites ſunt, non differtur accuſ. quia ipſi principaliter accuſantur. At ſi nullus ſuperſtes ex eis, differtur quæſtio, quia tunc res tota videtur verſa eße in puerum, l. 1. hoc tit.

H

Ad l. III. Quamvis ſcripto hereditis non *promittet heredem poſſeßionem ex edicto Carbonianæ centum ſi tamen quæſtio eorum ſtatus in tempus pubertatis differri, potest dubio eſt. Ergo ſi quidem de patentis bonis ſtirpi & de ſtatu controverſia fiat, hoc edictum locum habebit. Sin vero tantum ſta-*

125 In Tit.X. De Carbon. edicto Lib.XXXVII. Digeſt. 126

ſtatus, differetur quæſtio in tempus pubertatis: ſed non A ex Carbonian, ſed ex conſtitutionibus.

SCripto hereditis non datur Carbonian, quamvis negetur eße filius, quia licet dicatur non eße filius, tamen non negatur eße ſcriptus, & ſcripto non datur Carbonian, ſine, hic tit. At ſi negetur ſcriptus, & filius, tunc proprie locus eſt Carbonian. At quæritur, cum tantum filius eße negetur, an filiusve? deinde dilatio? Et ex hoc edicto non datur, cum de ſtatu tantum quæritur, ſed ex conſtitutione. Opponitur *l. ſi pupillus, §. ſi pupillus, hoc tit.* quo ait, judicium ſtatus expectandum eße, ſi de ſtatu tantum quæratur. Sed ille §. loquitur de edicto, ex quo non datur dilatio, ſed ex conſtitutionibus datur.

Ad §. Puberi quamvis minori *virginti quinque annis Carbonianum non competit. Sed* (§) *item eßet pubes, quæ impubes obrepſit, in tantum ne poſſeßionem Carbonianæ petat, ſed ut ſtatus controverſia, ſimul quoque defuncti filium ejus, idcirco que patrem ſimulatum fraudulenter filium ſibi vindicet ex bonis paternis, non eſt judicium in tempus pubertatis differendum: Non enim de paternis, ſed de fraternis bonis impuberi ſit controverſia.* B

MAter accuſata eſt ſuppoſiti partus, & abſoluta eſt, vel vicit. Ipſa quidem mulier non poteſt denuo accuſari ex eadem cauſa, nec ab eodem, nec ab alio, niſi arguatur prævaricatio, & perfidia prioris accuſatoris, l. ſi prætorio. l. quod & lex, §. ſi tamen, de lib. hom. exhib. Ait tamen hic §. patrem moveri adhuc poße quæſtionem ſtatus: quia licet non ſit fubiecßus, poteſt tamen eße ſuus, & eo caſu dabitur pacto Carbonian. C

MAter accuſata eſt ſuppoſiti partus, & abſoluta eſt, vel vicit. Ipſa quidem mulier non poteſt denuo accuſari ex eadem cauſa, nec ab eodem, nec ab alio, niſi arguatur prævaricatio, & perfidia prioris accuſatoris, l. ſi prætorio. l. quod & lex, §. ſi tamen, de lib. hom. exhib. Ait tamen hic §. patrem moveri adhuc poße quæſtionem ſtatus: quia licet non ſit fubiecßus, poteſt tamen eße ſuus, & eo caſu dabitur pacto Carbonian. D

Ad §. Si is, qui ſtatus controverſiam *filii faciebat, & filium ſe fingebat, ſine ſuis heredibus deceſſerit, de ſtatu controverſia: ſi quidem eßdem controverſiam impuberi mater facit, qui ſe ex alia matre affirmavit, quem filius ejus facturus, deßerit, in tempus pubertatis differtur, ſolum ad hereditatem ex perſona filii fui defuncti pertinere debere: in tempus pubertatis differri Julianus ait: quia nihil intereſt fua, an fratribus ejus omnia controverſiam faciat. Plane si mater concedat, ſuum quoque defuncti filium ejus, idcirco que patrem ſimulatum fraudulenter filium ſibi vindicet ex bonis paternis, non eſt judicium in tempus pubertatis differendum: Non enim de paternis, ſed de fraternis bonis impuberi ſit controverſia.* E

MAter fuccedit filio ex Tertylliano quaſi legitimo, & dicatur ei bonor. poſſeßio unde legitimi: frater tamen preferetur matri, conſanguineus, ut ſolebat, ſi ſe germanus, etiamſi non ſit ex utroque parente, *ſi. pro ſorore, de Senatuſcons. Tertyll.* Finge: eſt filius quidam impubes, *Titius*, & mater ejus, qui ex cognatione facit, hic dicit, fe folum filium eße, impuberem filium eße neque. Contra impubes non dicit ſe folum eße filium, ſed di it ſe filium eße, ex alia matre natum. Deinde moritur *pubes*, mater autem ei ſuccedit, aut ejus fucceſſionem amplectitur, & facit controverſiam impuberi ex perſona filii, & vindicat ibi totam hereditatem; igitur hoc caſu inter novercam & filium incipit eſſe controverſia de bonis & de ſtatu impuberis. Quæritur, an locus ſit Carbonianæ? Si tantum eßet quæſtio de bonis paternis eßet locus Carbonian edicto. Sed ſi tantum eßet quæſtio de bonis fraternis, non eſt locus edicto, l. de bonis, hoc tit. At in ſpecie propoſita, cum de utriuſque bonis eſt quæſtio, locus eſt d. l. de bonis, l. 3. hoc tit. Ex eo enim, de quæſtio de bonis fraternis, Lex ait, hoc casu non eſt locum Carbonian. Hoc pertinet *l. cum ſoror, hoc tit. ibi, cetera propter fratris*, &c. Notandum eſt ex his verbis, quem fecit filium defuncti impubertatis ex hoc edicto, fed ex conſtitutionibus datur dilatio: & generaliter quoties impuberi fit controverſia ſtatus, dantur ei dilatio, l. ridiculoque, §. tractatum, de vent. in poſſ. mitt. E

Ad §. Si duo impuberes *invicem faciunt ſtatus controverſiam: interrogo utrum quisque ſe ſolum filium dicat, an & ſe. Nam, ſi ſe ſolum dicat, ſine dilatione eſt, ubere controverſiam ad virilem pubertatem differre, ſive patrem poſſeßoris ſit. Si vero alter ſe ſolum, alter & ſe dicat, ſi pupillum ille adulterarit, qui ſe ſolum dicit, adhuc differtur controverſia propter opportunitatem ejus, qui ſe & dicit: ſi dei de parte, non de ſua. De parte enim utique nec videtur. Quod ſi ille adulterarit, qui & ſe dicit, ille impubes ſit, qui ſe ſolum dicit: non differtur controverſia: Nec enim patitur impubes ſtatus controverſiam, ſed facit: cum hic pubes & ſe dicat, ſolum non negat filium.* F

Finge: duo sunt impuberes, qui sibi invicem faciunt controversiam status. Quæritur, an impuberi in impuberem detur dilatio? Lex ait, videndum quid uterque dicat. Nam aut uterque dicit, se solum esse filium; tunc datur dilatio, & utriusque pubertas expectatur: nam qui dicit se solum filium esse, alterum filium esse negat: sic igitur unusquisque & facit vicissim, & patitur controversiam status. Quod si unus dicat se solum filium esse, alter non neget, sed dicat se quoque filium esse, ille qui dicit, se solum filium esse, facit controversiam status, non tamen patitur. At qui dicit, se quoque filium esse, patitur controversiam. In hac quoque specie non expectatur utriusque pubertas. Nam si prior adoleverit, is qui dicit, se filium solum esse, exspectatur alterius pubertas, quoniam status controversiam patitur. Diversum est, si posterior pubuerit. Itaque ei tantum impuberi dilatio datur, qui patitur status controversiam, sive sit petitor, sive possessor, *§. parvi, hac lege.*

Ad §. Si quis liber, & heres esse jussus, *status controversiam impuberi faciat, qui filius esse, & testamentum patris rupisse dicitur, Julianus ait, utraque judicia, & hereditatis & libertatis in tempus pubertatis differenda. Neutrum enim eorum ita explicari potest, ut non conditioni ejus, qui se filium esse contendat, præjudicetur. Ceteræ quoque libertatis quæstiones ex testamento pendentes in tempus pubertatis differuntur.*

Quidam servum suum liberum & heredem scripsit, postumum autem præteriit, cujus agnatione testamentum ruptum est, & dicit natus se testamentum rupisse. Scriptus autem ait, testamentum valere: Nam negat illum esse filium defuncti. Itaque hoc casu est locus Carboniano. Interim vero, id est, pubertate pendente, scriptus non habebit libertatem, nec hereditatem: nam est exspectanda pubertas impuberis, ut tunc de eo cognoscatur, an sit filius. Deinde libertates in testamento aliis, qui non faciunt controversiam differuntur, quoad pupillus pubuerit, ne præjudicetur cognitioni de testamento rupto. *Ex testamento.* Nam aliud est, si quæstio libertatis ex testamento non pendeat; ut si quis inter vivos sit manumissus, nec libertas data sit ex testamento, non differtur liberale judicium, *l. si quis libertatem, §. ult. de petit. hered.* Hæc autem dicta sunt in testamento rupto. Idem quoque obtinet in quæstione inofficiosi testamenti, in omni testamenti quæstione, *d. l. si quis.* D Ex Senatusconsulto enim differuntur liberalia judicia ex testamento pendentia, quoties judicium de inofficioso testamento moveri, aut suscipi speratur, ne fiat præjudicium quæstioni de testamento, & petitioni hereditatis, *l. 5. in fine, de petit. hered.* Et hoc judicium erat centumvirale, *l. ult. Cod. eod.* Et ideo comparata est hæc vulgaris exceptio: *Quod præjudicium petitioni hereditatis non fiat*, cui exceptioni locus est, quoties judicium de testamento moveri speratur: & ei etiam locus est post litem contestatam de inofficioso testamento. Ait autem *d. l. si quis, libertates differri, quoad judicium de testamento inducatur, vel finem accipiat.* Inducitur enim judicium, id est, circumducitur & circumscribitur absente uno ex litigatoribus, nulla prolata sententia, id est, [illegible]. E Judicium autem finem accepit sententia prolata. Diximus superius differri libertates, quoties judicium de inofficioso speratur moveri. Quod si in contestando judicio longior mora trahatur, non differuntur liberalia judicia, *d. l. si quis.* Finge: quidam Licinianus in testamento liber, & heres esse jussus est: hic est possessor hereditatis, sed petitur in servitutem, & in ea vindicatur a filio exheredato, cui datur etiam querela de inofficioso. Hic Licinianus recusat judicium libertatis: nam vult prius cognosci de testamento, & hoc judicium ait se libenter suscepturum. Itaque filium provocat ad judicium de testamento? Et lex ait, Licinianum dicere se susceptu-rum judicium de inofficioso, & petiturum hereditatem, quod est obscurum. Nam qui possidet, non vindicat, &

A non petit hereditatem. Itaque legendum est, ut Accursius admonet, *& petitionem hereditatis*, quæ semper adhæret quæstioni de inofficioso, *l. si quis filium, Cod. de inoffic. testam. l. pen. §. sed quemadmodum, de bonor. possess. contra tabul.* Ergo hic Licinianus ait, se suscepturum actionem de inofficioso. Sed quæritur, an differatur judicium liberale? Lex ait differri. Nam id est in arbitrio exheredati experiri de inofficioso. Sed an hoc judicium liberale est differendum in quinquennium: nam querela inofficiosi quinquennio finitur, *l. contra, Cod. de inoffic. testam.* lex ait, non differri, sed modicum tempus esse præstituendum a judice, intra quod contestetur actio de inofficioso testamento, ut nisi intra id tempus contestetur, agatur liberale judicium; addendum est his, novissime Justinianum tractasse hanc quæstionem in *l. ult. §. ult. Cod. de* B *petit. hered.* quæ est ex quinquaginta decisionibus. Justinianus enim voluit anno liberalia judicia sustineri, si intra annum petitio hereditatis finem accipit. At post annum libertates competunt, etiamsi petitio hereditatis nondum finem acceperit, quod constitutum est favore libertatis. Diximus autem liberalia judicia differri post litem de testamento contestatam. Sed obstat *l. si post litem, de exceptionibus, & l. 13. de recept.* Sed duo sunt quæstionum genera, quædam enim pendent ex testamento, quædam non pendent ex eo. Quæstiones pendentes ex testamento sunt, libertates relictæ in testamento, item legatorum & fideicommissorum. Quid dicendum est de quæstione legatorum & fideicommissorum, an differuntur hæ quæstiones? Justinianus ait in *d. l. ult.* invito legatario non differri, etiamsi mota sit de C testamento quæstio. Itaque exiguntur legata ab herede scripto statim sub cautione, *victa hereditate legata reddi*: & tunc debet reddere pecuniam, si eam acceperit cum usuris quadrantibus. Si domum, cum pensionibus perceptis, deductis impensis, vel compensatis. Huc pertinet *l. 3. si legatarius, & l. pen. si cui plusq. [illegible] leg. Falcid.* Verum hic dices, legata repræsentari, non autem libertates, quæ sustinentur anno: sed hoc fit, quia legata facile revocantur. At libertates datæ non revocantur facile, & ideo ægre repræsentantur. Aliæ autem sunt quæstiones, quæ non pendent ex testamento, ut actiones ex contractibus defuncti, & rei vindicationes, illæ an differuntur? Et certe actiones creditoribus competentes non differuntur, sed ipsi statim agent, vel in petitorem, vel in possessorem hereditatis, & quod eis solutum est victus victori reputabit officio judicis, vel si hoc fuerit omissum, D actione negotiorum gestorum, vel condictione ex lege Justiniani, *d. l. ult. §. sin autem ex contractibus.* Sed opponitur *l. 35. de jure fisci*, ubi, cum fiscus vindicat hereditatem, quæritur an inhibeantur eo casu actiones creditorum? Lex ait, sustineri interim, sed id extorsit favor fisci, ut recte Accursius ait, ne publicæ causæ præjudicetur. Præterea opponitur *l. 2. de except. rei jud.* quæ ait, creditores si agant cum scripto, qui timet præteritum ne rescindat tabulas, repelli hac exceptione, *Si sint in ea causa, &c.* Vide *l. si præteritus, sup. de bonor. possess. contra tabul.* Verum in illa lege non opponitur exceptio, *quod præjudicium hereditati non fiat*, quæ creditoribus non opponitur, sed ea, *si non in ea causa sint tabulæ testamenti, ut contra eas non possit peti bono. possessio contra tab.* Ceterum in debi- E toribus, quid dicemus, an possunt conveniri a possessore, vel petitore hereditatis cum movetur petitio hereditatis? Quis vindicabit res singulas a possessoribus, & quis aget personali actione? tunc ante litem contestatam non agitur, alias debitores habent hanc exceptionem *ne præjudicium, &c.* At post litem contestatam id plenumque permittendum est, & possessori & petitori, citra impedimentum illius exceptionis, *l. 49. de pet. her. l. si post litem, inf. de except.*

Ad §. Cum exstaret impubes, *qui se filium defuncti diceret, debitoresque negent eum filium esse defuncti, & intestati hereditatem ad agnatum, qui forte trans mare abierit, pertinere, necessarium erit puero Carbonianum edictum. Sed & absenti*

absenti erit prospiciendum, ut cautio præstetur.

Impubes conveniebat debitores hereditarios: debitores ut actionem eluderent, negabant eum esse heredem, quasi filium, & dicebant bona pertinere ad alium quendam agnatum, qui peregre erat: hoc casu, ut impubes ab eis invitis pecuniam exigat, debet admittere Carbonianum, & satisdare de bonis paternis illi agnato, qui peregre est, quem ei debitores opponunt, alioqui non potest debita exigere, *l. sed si is qui §. 1. hoc tit.* At quomodo poterit satisdare agnato, cum sit peregre? Ipsi quidem non potest, sed servo ejus, vel servo publico satisdari nomine absentis. *Cautio*, id est, satisdatio secundum edictum.

Ad §. Missum autem ex Carboniano *in possessionem, student prætores possessorem constituere. Quod si cœperit aut hereditatem petere, quasi bonorum possessor Carbonianus, aut singulas res: rectissime Julianus libro 24. ff. scribit, exceptione eum summovendum. Contentus enim esse debet hac prærogativa, quod possessorem eum prætor tantisper constituit. Si igitur vult hereditatem, aut singulas res petere: petat* (inquit) *directa actione quasi heres, ut ea petitione judicari possit, an quasi ex liberis heres sit: ne præsumptio Carbonianæ bonorum possessionis injuriam adversariis afferat. Quæ sententia habet rationem & æquitatem.*

Is cui data est Carboniana, statim possessor constituitur, & transferenda est in eum possessio rerum universarum, *l. pen. hoc tit. l. qui de inoffic. testament.* Item is solus possidet si satisdat, item alitur, & exigit debita, & ei confertur ab emancipatis, *l. 3. . . t. tit. de collat. bon.* Ideoque Carboniana dicitur semper bonorum possessio, quia tribuit jus bonorum possessori. Itaque non dicetur tantum missio in possessionem. Hic quæritur, an is etiam cui data est Carboniana, possit petere hereditatem quasi poss. bon. id est possit agere possessoria hereditatis petitione, quæ datur bonorum possessori, vel an dabitur ei singularum rerum vindicatio: nam ea sese comitantur, *l. si bonæ fidei, de pet. hered.* Lex ait, non dari, & si ea experiatur, repelletur exceptione in factum, vel exceptione doli: ratio hæc est, quia hoc debet esse contentus, quod tantisper possessor constituitur, & filius interim existimetur. Et ideo hoc beneficium hic appellatur præsumptio Carbonianæ, quia tantisper præsumitur filius, ut in *l. pen. §. ult. inf. ne vis fiat ei, qui in possess.* Non est æquum, inquit lex, ut hæc præsumptio non noceat adversariis; injuria fieret adversariis, si ab eis posset peti hereditatis possessio. Itaque non petetur hereditas. Quare Carboniano possessori non datur possessoria hereditatis petitio, aut vindicatio singularis. Sed opponitur *l. pen. hoc tit.* quæ ait, Carbonianam prodesse ad bonorum possessionem adipiscendam, & ad res persequendas, quod hic negamus. Sed lex ait, prodesse ad persequendam possessionem, quod fit interdicto Quorum bonorum, quod est adipiscendæ possessionis, & eodem interdicto persequitur res singulas, *l. 1. inf. quorum bon.* Præterea opponitur *§. parvi, hac l. 3.* quia ait, petitori hereditatis dari Carbonianam: igitur fieri potest, ut quis sit & Carbonianus & petitor hereditatis, quod tamen negatur in §. nostro. Hoc ita explicari potest: petitori hereditatis ea intermissa petitione, si ei fiat controversia status, dabitur Carboniana. At nego ei, qui factus sit Carbonianus possessor dari petitionem hereditatis possessoriam. Carboniano tamen datur civilis petitio hereditatis, quasi heredi, sed nulla ei tunc datur dilatio: nam statim disceptabitur illud, an sit ex liberis: sic accipienda est *l. 1. Cod. de ord. judic. l. liber, Cod. de petit. hered.*

Ad l. IV. Ideo, si ex prima parte *edicti bonorum possessionem non petierit: alias poterit ex sequenti parte edicti ad exemplum Carboniani accipere bonorum possessionem: alias non poterit: Nam si confestim post patris mortem controversia ei facta fuerit, an inter liberos bonorum possessionem accipere*

A *possit, simul ad utriusque edicti causam annus cessisse videbitur. Si vero interposito tempore fuerit controversiam sibi moveri: poterit etiam finito tempore, intra quod ex prima parte bonorum possessionem acceperat, ex sequenti bonorum possessionem petere. Quam cum acceperit, perpetuo possessoriis actionibus utetur. Sed si post pubertatem contra eum judicatum fuerit, denegabuntur ei actiones.*

Ad §. Currunt autem tempora *ad utramque bonorum possessionem separatim. Ordinarie quidem, ex quo patrem suum decessisse scit, & facultatem bonorum possessionis petendæ habuit. Carbonianæ vero ex eo tempore, ex quo controversiam sibi fieri cognovit.*

Carboniana datur solis liberis: est autem decretalis, non ordinaria & edictalis: nam decretum exigit, *l. fi-* B *lium, §. si quis contra, sup. de leg. præst.* In petenda autem bonorum possessione edictali liberis datur annus, intra quem admittuntur: post annum non admittuntur. Ceteris autem, id est, agnatis & cognatis dantur centum dies, *§. cum igitur, de bonor. possess.* Sed an eis in petenda Carboniana datur annus? Lex ait dari etiam annum liberis. Carboniana non est ordinaria. Nunc notandum est, ei, qui petiit edictalem, necessariam esse Carbonianam, si ei fiat status controversia: nam & possidenti hereditatem, necessaria est Carboniana, si ei fiat status controversia, *§. parvi, hac l. 3.* Sic etiam ei, qui primum petiit Carbonianam, necessaria est edictalis, *l. 1. §. sed etsi ex Carboniano, si tab. testam. null. extab.* Sed cur necessaria est edictalis? quoniam, si eam non agnoverit, nil juris habebit post pubertatem. Nam Carboniana finitur puber- C tate, *l. 2. §. sed si quis eum statum, ad Tertyll.* Verum si utramque admiserit, finita Carboniana jus suum persequitur ex edictali. Est etiam ei necessaria edictalis alia ratione: nam si non admittat etiam edictalem, simul dabitur & scripto heredi secundum tabul. bonor. possess. vel etiam simul dabitur ab intestato legitimis bonorum possessio unde legitimi, quia non agnovit edictalem, *l. si imoduis, §. ult. l. scriptus, hoc tit.* in quo §. ult. sic loquitur Jurisconsultus: *Respondi, si filius non esset, aut.* Sed delendum hoc est, *non esset aut*: Hinc apparet ei, qui agnovit edictalem, dari Carbonianam, & contra. Nunc quæro, an utriusque possessionis annus simul cedat & currat? Minime: sed separatim currit. Nam edictalis currit annus, ex quo cognoverit defunctum esse parentem, & potuerit petere bonorum possessionem edictalem. Carbonianæ D autem annus cedit, ex quo sciverit sibi controversiam status fieri, in fine hujus l. 3. hoc ostenditur. Hujus rei exemplum ponitur in *l. 4. hoc tit.* Finge: quidam petiit ex prima parte edicti bonorum possessionem, ab intestato autem prima pars edicti est, unde liberi, *l. 1. §. sed videnď. de success. edict.* At si quæras de bonorum possessione ex testamento, prima pars edicti est unde contra tabulas. Deinde sequitur pars edicti de legatis præstandis: bonorum possessio contra tab. dicitur dari ex primo edicto, *l. scriptus, hoc tit. l. 2. & l. si filius, §. filius, de bonis libert. l. 2. inf. tit. prox.* Nonnunquam autem præpostere in ll. nostris secundum tab. nominatur ante bonorum possessionem contra tab. ut Græci notant in *l. 1. §. ita autem, si tab. testam. nullæ exst. & l. 1. §. 1. inf. quis ordo.* Hinc apparet primam partem esse unde liberi, vel contra tab. Re- E deamus ad speciem: verum aliter legitur in hac l. nam legitur *non petierit*: in margine quorundam voluminum scribitur, negationem esse tollendam. Fingamus igitur quendam petiisse bonorum possessionem ex prima parte edicti, quæritur, an postea possit petere Carbonianam: Lex ait: alias posse, alias non posse. Nam, inquit, non poterit petere Carbonianam, si simul cesserint tempora utriusque, ut si post mortem parentis statim ei sit facta status controversia, & uno eodemque tempore id resciverit, finito tempore edictalis, finitur etiam tempus Carbonianæ: At alias finito etiam tempore edictalis, quam accepit, petere poterit Carbonianam, ut puta si multo tempore post mortem parentis resciverit sibi fieri status controversiam, *perpetuo*, id est, etiam post puberta-

bertatem : videlicet ſi obtinent in lite, quoniam etiam A rent eum fe aliter ſuſtentante non poſſe, §. an autem, h. l. adhuc adjuvantur. Poſteriorre actionis ſunt, quæ bonorum poſſeſſori datur, ut poſſeſſoria hereditatis petitio, l. pen. infr. de bon. libert. Quod ſi non obtinuerint, denegabuntur eis actiones.

Ad. L. V. Sed ſi is, qui controverſiam *impoſuerit* fecit, *illorum fit*: *eamque*, ut, *ſive coram ſe*, *ſive coram illo res verſetur*, *ſua vice coram*, *utrumque ſimul ſit in poſſeſſionem*.

Ad §. Si impubes non defenditur, *quæ actiones bonorum poſſeſſionem etiam adverſarios ejus*, *actiones hereditarias quia exercebit*? Et ait Julianus lib. 34. ff. *coram contradictore*, *quia omnia erant*, *adhiberi haverunt*: *Denique ſi debet*, *qui omnia erant*, *quæ cum impubere miſſus eſt in poſſeſſionem*, *actiones poſſe adversarios eorum exercere*, *vel ejus poſſeſſionis*: *nullum enim non fere ex his actionibus ſeria*: *Et Marcellus refert ipſum pupillum*, *ſi fatisfaciebat*, *ceſſe experturum*.

Ad §. Quotiens impubes ſuis *non dat*, *minime in poſſeſſionem adverſarios ejus*, *ſive fatisfaret*, *ſive non fec*: *Si velit adverſarios ejus contendere ſibi adjudicatum*, *fatisfacere debet pupillo*. *Ceterum ſi facis non det*, *debet curatore conſtituere*, *per quem bona adminiſtrentur*. *Adjudicatus autem ſi fatisfecerit*: *res, quæ tempore petitionis*, *aut deteriores fuerunt*, *diſtrahere debet*. *Item a debitoribus*, *quæ non ſolvendorum*, *exigere debet*, *interim pupillo poſſeſſoris*.

Ad §. In actum vefcendi cauſa *dominorum poſſe*, *ſi qui ex Carbonianæ miſſus eſt*, *ſolemnes*. *Et ſi quidem ſatisfecerit debiti*, *ſive heredem præſtet*, *ſive non*, *nominem vefcendi cauſa*, & *hoc minus reſtituat hereditatis petitori*. *Quod ſi ſatisfacere non potuit*, & *alteri alere ſe videretur non poſſe*: *de nomine vefcendi cauſa ſolvere ad id*, *quod ultimum fuerit*, *interrogatum eſt*, *mittendus eſt*: *aut mirum debet videri*, *hereditatem propter alimenta mulieri ejus*, *quem fatisfacere judicialiter ſibi non poſſe ſe*: *cum omnium conſtitit*, *quæ in poſſeſſionem mittatur*, & *alimenta mulieri præſtentur*, *propter eam*, *qui poteſt non intelligi*, *majorque cura debeat adhiberi*, *ne fame pereat filius*, *quem ne minor hereditas ad petitorem perveniat*, *ſi apparuit filium non eſſe*.

Ad §. Maxime autem puto, *ſi miſſus fuerit in poſſeſſionem adverſarios*, *defideratorios*, *ne inſtrumentis in poſſeſſionem ſuam redigat*. *Ceterum decipietur pupillus*, *dum vel teſtantur adverſarius ejus*, *vel etiam interrogare eſt poteſt*.

Ad §. Cum autem in ſatisdatione & *pupillus* & *adverſarius ejus cæſarem*, *curator conſtituendus eſt*, *qui bona adminiſtret*, & *contradicat ei*, *qui in poſſeſſionem mittitur*. *Quid tamen*, *ſi tutores pupilli velint adminiſtrare*? *Non erunt audiendi*, *nifi ſatisfaciendent nomine pupilli*, *aut exteriores quoque idem ipſi ſint conſtituti*.

SI adverſarius impuberis ſit etiam ex liberis, ſimul cum impubere erit in poſſeſſione, & impubes impubem ſatisfiet, & caveat adverſario de bonis paternis reſtituendis. Item alterar adverſarius, quoniam eſt ex liberis, qui utique ſemper ſunt defendi. Diverſum eſt, ſi adverſarius non ſit ex liberis, ſed extraneus. Nam ſi pupillus eis ſatisfaciendi, ſolus poſſidet impubes. Item pupillus alitur, & jam ſi id petatur non decernat, & denuntiatur vefcendi cauſa. Deinde pupillus fumet ex eis bonis, quod impendat in ſtudia & res neceſſarias, l. 1. §. *non ſolum*. Et etiam cafu tutores pupilli bona adminiſtrabunt, videlicet ſi fatisfecerint, *juſt. hoc ſeque*. De etiam cafu pupillus exercet actiones hereditarias, id eſt, exiget debita, & ea maxime, quorum exactio tempore finitur, & ab eo etiam exigentur: maxime ſi ea alienum urgeat, ita ut adverſarius impuberis poſſit contra impuberem agere, ſi habeant aliquas actiones cum defuncto: id eſt, ſi ei fuerit obligatus, & ſi pericolum fuerit inter moras ea interdere actiones, & ex ea re nullum præjudicium fit heredi. Quod & pupillus non ſatisfecerit adverſario, utroque eis in poſſeſſione, five ſatisfiet adverſarius, five non. Itaque pupillus ſolus non poſſidet, nec exercet actiones, nec alitur, nifi cognita cauſa; id eſt, nifi appa-

Comment. Jacobi Cujacii 132

ret eum fe aliter ſuſtentante non poſſe, §. *an autem*, h. l. Ipſe autem adverſarius non alitur, quamvis ſit in poſſeſſione. Ita ea enim eſt vi cautionis, quam non præſtitit impubes; *l. pen. qui pupillo*. Sic ejam creditores qui miſſi ſunt in poſſeſſionem, non aluntur, *l. Voluminis*, in *pene*. *inf. quibus ex cauſa in poſſeſſ.* Excipitur cafus 1. *non in poſſeſſ. legatar.* ut puta, ſi ſit filia, nepris vel uxor, & *l. pen. §. pen. de diverſ. & tempor. præſcript.* Multum autem intereſt, utrum tunc adverſarius fatisfecerit, an non, Nam pupillus non fatisfidante, ſi adverſarius ejus caveat de bonis conſervandis & reſtituendis, omnia adminiſtret, & exercet actiones adverſarii contra eos: & res impubes ſuas diſtrahit, & ſibi *ea uſurpa*. Quod ſi adverſarius non fatisfet, & ita neuter bona fatisfiet, neuter bona adminiſtret, fed conſtituetur curator bonis cuſtodiendis, l. 1. §. *de minor.* Quo omnia curet, & exercet actiones tempore petitionis, & patitur exſtiſem, etiam ab adverſario impuberis, §. *quatuor*, h. l. §. *Et ſi quis bona*, *litt.* reſtituendi ea, qui vicerit in judicio, §. ult. hujus leg. & ita ea viſtoria conſervat veluti ſequeſter quidam; nam omnia ei committuntur, & fructus interim conſervat. Neque hoc mirum eſt, ut curitor bonis, dicitur ſequeſter. Nam idem fepe dicitur & curator bonorum & ſequeſter. Finge: emancipatus debet caveri de bonis conſervandis, quod is non caverit per impedimentum, transferrur poſſeſſio in ſum, videlicet ſi ſuus caveat emancipato de reſtituendis ea poſſeſſionis portione. Ac ſi ſuus non caveat, & ita neuter, conſtituetur curator portionis emancipati, eam ſalvam faſturus, l. 1. §. *ſi frater*, & l. 2. §. *pen. fap. de tabul.* §. *ſi. Imperator*, ut ſequeſter, ſe *ſervet*, & ſuum quoque hic curator, ea quæ hic agimus, eſt veluti ſequeſter. Poſtremo h. l. §. ult. cum uterque eſt in poſſeſſione, quod ſit, ſi non fatisfaciat pupillus, inſtrumenta non eſſe committenda adverſario; id eſt, tabulas & rationes, ne eas interpretet pupillo; nec ex eis inſtruatur ad ſiſtum fabricandum, §. *pen. hoc tit. Ceterum*, id eſt, alioqui.

Ad LVI. De bonis mariti an deceretur *interpretandum ſit*, *quatenus*? *De decretum quidem non eſt interpretandum*: *latis enim verbis interpretatio deeſſe poſſe*, *quæ in tempus bonis tutis extenderet regulam*.

CArboniano locus eſt; ſi quæſtio ſit de paternis, vel parentum bonis: ſi de maternis, vel fraternis & aliis, cefſat, & ideo non datur poſſeſſorium adverſario, nec dilatio ex hoc edicto, ſed datur ex conſtitutionibus, l. *adiicimus*, §. pen. *fap. de tutore in pupi.* Quod ſi ſimul quæritur & de paternis, & de maternis, five fraternis, five liberis: hoc edicto ſola edicto locus eſt, licet Accurſius dicat id fieri ex conſtitutionibus, l. 3. §. *ſi in cui ſtatus*, hoc tit.

Ad §. Hinc autem edicto *locus eſt*, *etiamſi ab inteſtato ad bonorum poſſeſſionem perveniant liberi*, *tamenſi ex viſceribus patrilios patrem*, *qui legitimi veniuntur*, *quoniam ſui ſunt*: *vel ex illa*, *qua cognatio datur*.

HOc edictum pertinet ad contra tab. id eſt, hoc edicto ſubveniuntur liberis teſtatoris, non autem etiam ad bonor. poſſ. ab inteſtato, que datur liberis. Liberis ab inteſtato datur bonorum poſſeſſio unde liberi. Item eis datur bonor. poſſeſſio unde legitimi, id eſt, agnati legitimi ſunt agnati. Item eis datur unde cognati. Nam liberi in petenda bonorum poſſeſſione, ipſi ſibi ſuccedunt, ſunt regulariter liberis ſuccedunt legitimi, ſunt agnati ex edicto ſuccefforio, & alii alius ſuccedat. Ut ſi liberi ſint repuſti & excluſi ab unde liberi, quod fit repudiatione vel tempore, ultus poſſunt venire. ad unde legitimi, & hos parte neglecta, ſuperveli etiam eis unde cognati, l. 1. §. *ſed videndum*, de *ſtatuliberis*. Verum quæcunque ex parte veniant, ſimul locus eſt, & fiat controverſia ſtatus, ſi ſint liberi. Ceterum ii tantum liberi veniunt ex parte unde legitimi, qui fuit ex ſuis. Nam qui non fuit ſui, non fuit legiti-

mi, quales funt emancipati, *l. ſcriptos*, §. fin. *teſtam. nulla A poſſe bonorum poſſeſſionem*: *Nec enim opus eſt aperire eas*, *ut bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas agnoſcatur*.

Ad §. Semel autem extiſtit tabulas *mutuo teſtatore deſignatorum*, *tamenſi eatores deſerint*: *quam*, *ubi poſtea intercedunt*, *bonorum poſſeſſio peti poterit*.

Ad §. Scientiam tamen exigemus, *ut ſciat heres extare tabulas*, *certoque ſciat*, *ſe dedatam ſibi bonorum poſſeſſionem*.

Ad §. Si quis in duobus exemplaribus *ſcripti teſtamentum*, *& aliud extet*, *aliud non extet*: *tabulæ extare videntur*, *perinde poſſit bonorum poſſeſſio*.

Ad §. Sed etſi in duobus codicibus *ſimul ſignatis*, *alius atque alius heredes ſcripſerit*, *& utrumque extet*; *ex utroque quaſi ex uno teſtamento bonorum poſſeſſio*: *quia pro uno tabulas habendum eſt*, *& ſuperonum utrumque accipimus*.

Ad §. Sed ſi unum fecerit reſtator *quaſi teſtamentum*, *aliud quaſi codicillos*, *& utrumque extet*, *quia unum eſt teſtamentum*, *bonorum poſſeſſio petetur*. *Si vero id*, *quod exemplum erat*, *bonorum poſſeſſio peti non poterit*, *ut Pomponius ſcribit*.

Ad §. Exigit prætor, *ut is*, *cujus bonorum poſſeſſio datur*, *utroque tempore jure teſtamenti faciendi habuerit*, *& cum facti teſtamenti*, *& cum moreretur*. *Puemde ſi impubes teſtari fecerit*, *vel quis alius ea lege*, *qui teſtamentum facere non poſſunt*; *teſtamentum fecerit*, *deinde habeat teſtamenti faciendi*, *& teſtari poterit*: *poſſe bonorum poſſeſſio peti non poſſe*: *& ſi filiusfamilias patres ſe paterfamilias teſtamentum fecerit*, *deinde mutata tempore paterfamilias inventatur*, *non poteſt bonorum poſſeſſio peti ſecundum tabulas*: *quia filiusfamilias teſtaverat de cafuerit facti*, *deinde emancipatus*, *vel etiam paterfamilias factus deceſſit*, *poteſt ejus bonorum poſſeſſio peti*. *Sed ſi quis utroque tempore teſtamenti faciendi habuerit*, *nudo tempore non habuerit*, *bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas peti poterit*.

Ad §. Si autem teſtamentum fecerit, *deinde amiſerit teſtamenti faciendi vel furore*, *vel quod ei hoſtis interdixerit*, *vel quod ſe in adoptionem dederit*: *quia jure teſtamentum erat valet*, *& ſecundum tabulas bonorum poſſeſſio dicitur*, *qui antiquitus mortis tempore teſtamenti faciendi*. *Sed non poſſe actum teſtamentum valet*.

Ad §. Si tamen, qui ligatæ fuit tabellæ, *inſcium ſit ſiqui dem alius contra voluntatem teſtatoris incideris*: *bonorum poſſ. ſecundum tabulas*, *& ſique teſtator id fecerit*: *non videtur ſanguis*. *Et idem bonorum poſſeſſio peti non poteſt*.

Ad §. *Si cafu* fuit a mutibus tabulæ, *vel lineam aliter ſcripſerit*, *vel quidquam interverſerit*, *vel ſim*, *quæ ſi non evidenter tabulæ ſignare*. *Minime ſi pronunc*, *vel unam lineam tenere*. *Si ſex tamen vel quatuor lineam effet circumſcribere*; *diverſum eſt*, *ſi quatuor tabulæ ejus eſſet*, *quemvis vel inviſe vel rete ſit pars ſuis*.

AD TITULUM XI.

De bonorum poſſeſſionibus ſecundum tabulas.

Ad L. 1. Tabulas teſtamenti accipere *debemus omnem voluntatis ſignatum*. *Sive igitur tabulæ ſint plures*, *ſive cujuſcunque alterius materiæ*, *charta ſive membranea ſint*, *vel ſi cerei alicujus animalis*: *tabulæ recte dicentur*.

Ad §. Non autem omnes tabulas *prætor ſequitur hoc parte edicti*, *ſed ſolummodo*, *hoc eſt*, *eas*, *quæ non ſolum ſine falſa ſunt*, *ſed quas nulla falſa ſunt*. *Quæcunque enim in his ſunt*, *quæ ſine falſo ſcripta nemo tempore confecta ſunt*, *fed poſt quas nulla falſa ſunt*, *licet ſit vera ſunt*, &c.

Ad §. Sufficit autem extare *tabulas*, *etſi non perfectas*, *ſi certum ſit eas extare*. *Ignire eſſe quid ſunt ſunt*, *vel quid eam*, *quod ſunt deponſa ſunt*, *dubitari non oportet*: *admodo Quæſtiſti*.

D Ux ſunt bonorum poſſeſſiones ex teſtamento, *Contra tabulas*, & qua jus dicitum eſt, & *ſecundum tabulas*, & qua hic agitur. Nam hoc quidem edicto ſubvenitur, ut prius detur contra tabulas deinde ſecundum tabulas, licet in Codice non ſeverur nam præcedit titulus de bonorum poſſeſſione ſecundum tabul. & in l. 1. §. *ſed videndum*, *mille notat*. & l. 1. §. *inf. quod edo in bon. poſſeſſ.* In hoc tit. tabularum appellatione materiam omnem intelligimus. Nihil autem refert, utrum teſtator ſcripſerit in charta, & a tergo ſcripſerit, & plene ſcripſerit, an fine libr. 1. diſpunct. male interpretatur opiſlographos, adverſaria. Non tantum ſecundum tab. bonorum poſſeſſio datur, ſed etiam ſecundum nuncupationem: id eſt, ſecundum teſtamentum non ſcriptum, & hæc bonorum poſſeſſio eſt utilis, non directa, l. 2. C. *de bon. poſſ. ſecund. tab.* l. 1. §. *fap. & tab. teſtam. notat.* Datur etiam bonorum poſſeſſio ſecundum teſtamentum militis, quocunque modo factum ſit, ut, ſi ſcripſerit ſit in terra, in cafe, ſic. *In*

honor. poſſ. ex teſt. nullis. Datur etiam poſſeſſio fecundum municipalia: Nam & ſibi municipalibus teſtamentis hæredem inſtituit in *Novel. Valent. de teſtam. l. 19. C. de teſtamen.* Preterea datur bonorum poſſeſſio ex voluntate teſtatoris, licet deſtitutum ſit hæredis nomen, ideoque ſi incaute ſcriptum fuerit, *l. ſup. ſi tab. teſtamen.* Denique ex imperfecto teſtamento injuſto, irrito, rupto agnatione, datur bonorum poſſeſſio fecundum tab. quæ interdum eſt contra re, id eſt, cum effectu. Nunc notandum eſt, quinque poſtliminium requiri, ut fecundum tabulas competat. Primum exigimus, ut ſint ſuperſtites tabulæ, id eſt, ut non ſint ſublatæ: idque fuit nominatim edictum cautum, *§. 1. h. t. C. 17. l. 67. de verb. ſignif.* etiamſi ſolæ ſint. Secundo ſemel exſtare debent tabulæ, licet poſtea eſſent nihil. Tertio ſtare debent tabulæ, ut ſint *ſine ulla teſtamenti ad me profecutur.* In 3. in Verrem. Hodie ita: *Si tabula teſtamenti exſtabunt.* Nec neceſſe eſt aperiri tabulas, imo licet non aperiantur, ut effe ſcripta, *l. ſi ſcripta. de bon. poſſeſſ. Ord. l. 1. tit. de juris & fact. ignor. §. ſuffragii, h. t.* neceſſe eſt, ut exſtent mortis tempore, *l. non ideireo, C. de teſtam. de l. 1. §. ſi ſcripta.* Quid ſi teſtamentum ſcriptum in pluribus exemplaribus, an neceſſe eſt omnes codices exſtare? Sic diſtinguendum eſt: aut in pluribus codicibus eadem ſcripta ſunt, & tunc ſufficit, ſi exſtet unum exemplar, *l. ſi in duobus, ſup. quemad. teſtam. C. & §. ſi quis in duobus, hac.* Si ſimiliter ſcripta ſint in pluribus aliis atque alii hæredes ſcripti ſint, an neceſſe eſt omnia exemplaria exſtare? diſtinguo: Aut illi codices ſimul ſignati ſunt, aut ſeparatim. Si ſimul, omnes codices exſtare neceſſe eſt, quando habemur pro uno teſtamento, *§. ſed ſi in duobus, hac l.* Quod ſi ſeparatim ſignati ſint, & diverſi hæredes in eis ſcripti, tunc frequenter poſſeruni teſtamentum: ſed ſi nihil apparet, quod ſit poſterius codex, quæſſio facti eſt, non juris. Hic itaque ius non deficit, ſed probatio, quæ ſi deficiat, codices adimit: ſatis utrique teſtamento Accurſius, *l. duo filii, ad Trebell.* Non neceſſe eſt, ut exſtet authenticum teſtamentum: nam non eſt ſatis, ſi exſtet exemplum teſtamenti. Et authenticum enim dicunt fecundum tabulas, ex exemplo non datum, *ſed ſi unum, h. t. & in l. ult. ſup. quemad. teſtam. aperiant.* Tertio exigimus, ut ſciat heres exſtare tabulas teſtamentum, & ſibi ſcriptum eſſe hæredem, ut poſſit petere fecundum tabul. §. *ſeptuarius, h. t.* ut tempora currant petendæ bonorum poſſeſſionis fecundum tabulas, alias enim non cedunt. Quæro exigimus, ut ſciat heres ſcriptus in ſignatum ſeptem teſtium ſignis, quæ ſigna ſunt ex jure prætorio. Teſtes autem ex jure civili, *§. ſed prædicta, de teſtam. ordinan. l. tum. h. t.* & in 3. Verrem, ſi heres ſcriptus ſciat nomen ſignato petere nunquam dat fecundum tabul. Nam ſigna ſunt ex jure prætorio. Sed an ſino incido aut rupto datur fecundum tabul. tabulis ſignatis? Et videtur impoſita fibra ſtium oblignantur: idque ex Senatuſconſulto Neroniano: Nam ter tinum triqui deber. Sveton. in Neronem cap. *Nero. lib. 5. Epiſtol.* Quæro ſi ſcripto hæredi incido a teſtatore non videntur ſignata, *§. penult. ult. h. t.* Sed ſi ab alio ſium ſit inciſum, ignore intelligamur. Idem eſt, ſi linum ſit retortum, ſito, vel cafu rupto, quia ſi mutatus noſæ ſint tabulæ. Idem eſt, ſi ter linum traſectum ſit & circumductum, & una pars ſit erofa aut inciſa: Poſſeſſio exigitur, ut ita, qui teſtatus eſt, habuerit teſtamentum ſignatum, & mortis, & teſtamenti faciendi tempore, *§. exigit, hac l.* Nec ſatis eſt, habere teſtamenti ſignatum tempore mortis, ſed etiam teſtamenti faciendi habuiſſe debuit: ut tempore teſtamenti eſt filiuſſam. mortis tempore eſt paterfamilias, *l. qui ex filiis, §. ult. h. t. l. 10. ſup. de teſtam. §. pater hoc, quod non eſt parentis.* Excipitur filiuſſam, qui teſtatus ex caſtrenſi, vel quaſi peculio, *§. ſed ſi filiuſſam, h. t.* Non autem ex contrario non deliberamus, ut quemadmodum teſtamenti fallionem teſtamenti faciendi tempore, idem etiam habeat mortis tempore: Finge: aliquis ſanus teſtamentum fecit, deſuetus furioſus, mutus, ſurdus, aut prodigus, an dubitari ex eo teſtamento fecundum tabul. bonorum poſſeſſio? Dubitur, quia furore ſuperveniente non ſit irritum teſtamentum, *§. ſi quis*

ex perſona actoris vim huju exceptionis aſſimares, bon. poſſeſſ. effe tempore ſibi re, & nullum jus haberet, quia teſtamentum eſt ipſo jure irritum, & melior effet cauſa poſſeſſoris, id eſt, excipientis. In pari enim re, melior eſt conditio poſſeſſoris, l. vel. de reg. jur. Sed hæc exceptio aſſimatur ex perſona ejus, qui excipit, id eſt, in hac exceptione ſpectamus, an is, qui excipit, jus habeat & ab inteſtato ſit poſſeſſor hæredis, qui excipit. Quod ſi non ſit poſſeſſor is qui excipit jure legitimo, id eſt, ſi ex teſtamento, vel etiam ſi ſit ſcriptus eum ſuperatura, vel legatarius, quoniam ſcriptus ex teſtamento irrito, rupto, vel præterito: hoc cafu inefficax erit exceptio dolimali, & melior erit condition ſcripti. Itaque hæc in re maxime, ſive principaliter eum agatur, an voluerit teſtamentum, ſed an is, qui excipit, poſſit aliquo jure ad hereditatem pervenire: vel principaliter non agatur, an jus habeat ſcriptus, ſed in quo jure ſit, qui excipit. Quod facit duo teſtamenta, poſterius jure civili prius rumpitur. At poſtea teſtator poſteriores tab. incidit, ut priores ſupremæ effent: hæc non valebit, *l. 2. l. ult. pro. h. t.* Sed priores etiam non valent, quia ſemel rupte ſunt, & non ſunt reſtituendæ nulla voluntate, an dabitur ſcripto fecundum tab. Dubitatur. Sed hæc bon. poſſ. eſt ex re, quia is, qui excipit, eſt poſſor ab inteſtato. Erit autem cum re, & adverſarius ſcripto potior non ſit in ea hereditate jure legitimo. Hinc colligimus, ſi ſcripto fecundum tabulas dari bon. poſſ. fecundum tab. interdum eum re, interdum ſine re, pro ratione perſonæ eius qui excipit. Eadem ſervanda ratio in teſtamento rupto agnatione poſthumi: Finge: ruptum eſt teſtamentum agnatione poſthumi, quoniam in eo erat præteritus, *§. ult. h. t.* Quæro, an poſſeſſor ejus an ex ſcripto dabitur fecundum tabul. Dubitur. Et cum re, ſi ſcriptus ſit potior in ea hereditate, etiam ab inteſtato, id eſt, ſi nemo alius potior ſit quam ſcriptus. Si vero ſcriptus potior ſit, tunc ſine re dabitur fecundum tabulas, *§. poſtumus, ſup. de reg. jur.* Eleganter id teſtamento inſiſto & impoſſibile. Nam ſæpe ex cauſa tantum tabulæ ſcripto ſine re dantur bonorum poſſeſſio ab inteſtato, *l. 2. C. de teſtam.* Poſtremo notandum eſt, exceptionem in his quæſtionibus aſſimari ex perſona excipientis, non ex perſona actoris, id eſt, ex cauſa poſſeſſionantur. Alias exceptiones in controverſiis ſolent aſſimari ex perſona actoris, *l. minor, §. venerunt, de minor. ſeft. quæ* etiam eſt Papiniani, *§. ult. h. t.* Nam ſi ex jure quæſtio eſt, an intelligatur, ſtimendum eſt, teſtamentum non reſtitui nulla voluntate. Item teſtamentum non fit nulla voluntate, nec colligitur ex jure civili, ſed hoc ſolum ex voluntate. Si nulla voluntate, nec datur, nec reſtituitur. Aliud eſt in legatis, quæ nulla voluntate admittuntur, ut & fideicommiſſa. Et ita ſcripti hæredi competit fecundum tabulas bonorum poſſeſſio, *§. ſi ſcripto. h. t.* Sed hæc ſententia non competat, *l. 3. §. ult. l. 22. in fine. hac.* Finge: quidam veteranus fecit teſtamentum jure commune, & poſtea militavit in jure militari, & deinde diſtis, ſe relle mori inteſtatum, & teſtamentum illud irritum eſſe. Lex ait, inſtitutiones aut ſubſtitutiones valere, quia jure communi teſtamentum non fit irritum nulla voluntate. Quæritur, an legata peti poſſint, an & fideicommiſſa? Nam ſunt adempta voluntate. Lex ait, legitimos repelli exceptione doli mali, & hæc exceptio aſſimabitur ex perſona legatarii petentis, id eſt, actoris. Id eſt, ſpectabitur, an legatarius ſit ex propinqui, & ex proximis, cui lex ex militiæ, reſtaurata per voluntatem, *l. ult. C. de teſtam. de leg. & l. to. ſup. de aur. & arg. leg.* Nam ſi ex conjunctis, ſed extraneus: ſi ex extraneus, repellitur, & meliorem cauſa poſſeſſionis non eſt. Quæro, an ſcripto ex re utriuſque per eſt cauſa: in pari cauſa melior eſt cauſa poſſ. Ergo ſi legatarius exceptione aliqua cafu legatus ſit conclusus, melior erit ejus condition: quod ſi agat, opponetur ei exceptio doli, quæ ex ejus perſona aſſimetur.

A *diximus, vel ſua petentis bonor. poſſeſſ. aſſimilentur: tunc reverſitur bonorum poſſeſſio ad ſcriptos.*

A Ad l. II. Æquiſſimum ordinem Prætor ſecutus eſt: *voluit enim primo ad liberos bon. poſſ. venire tab. pertinax, non ſi inde non ſit occupatus, judicium defunctis ſuperandum. Expoſſeſſo igitur libero primi, quamdiu bonor. poſſeſſ. patere poſſumus, quod ſi tempus fuerit finitum, aut ante deceſſerint, vel repu-*

Sæpe diximus priorem eſſe bonorum poſſeſſionem contra tabulas, quam ſecundum tabul. in hoc libro. In hac l. Ulpianus obſervat, ordinem eſſe æquiſſimum: Nam Prætor ante omnia vocat liberos pretextos defendo contra tabulas, ſi non ſint emancipati, neque ſcripti, & eis defert fecundum tabulas. Itaque ſcripti debent expectare prætores, quamdiu poſſint petere contra tabulas: ſine prius invitentur ab liberis, quamdiu prætores; ſcripti poſſint prætumare petere fecundum tabul. nemine eos repellente. Sed hoc erit fruſtra & ſine re. Scripti ut accipiant bonorum poſſeſſ. fecundum tabulas non videntur expectare prætores, & ſi prætereiti admittant contra tab. ſcripti fubmovebuntur, nihil ſint ex liberis; at ſi repudiaverint, aut præmortui ſint, vel ſine liberis, poſſunt, tunc ſcripti petere cum re fecundum tab. Hic autem quæritur, an ſi prætereiti, qui excluſi ſunt, poſſint reſtitui in integrum, ſcripti poſſint abſtinentiam petere fecundum tabulas? Poſſunt. Sed reſtituti prætereiti, ſcripti abſtinebunt, *l. 2. §. ſi tacuerum, ad Trebell.* ut & Accurſius refte notat. Eraſo ſi liberi prætereſtitui ſint exclusi, nec ſint reſtituti, tunc ſcripti non abſtinent. Idemque eſt, ſi prætereiti alio quopiam modo amiſerint contra tabulas. Quod notabit, ſi emancipati prætereiti dent ſe in adrogationem poſt mortem teſtatoris, aut abſtinuerint contra tabulas: nam hoc caſu amittitur contra tabulas, *l. 5. §. ult. ſi emancipatus, ſi ab homine poſſeſſ. contra tab.* Perinde igitur ſcripti expectant prætereſtitui. Hic Accurſius duas quæſtiones proponit, & in primis quarit, ſi filiusfamilias contra tabulas, ex fecundis tabulis, an interim ipſi liberi prætereiti poſſint petere unde liberi, quaſi ab inteſtato? Sed aut funt prætereiti fui, aut emancipati: ſi fui, non poſſunt petere, in eorum eſt arbitrio prætereiti an tabulas, vel unde liberi, qui tabulis ſuperati ſunt, & nullum. Utrum vero elegerint, ab altera repellentur. Si fuus petat, non poſſeſſionem neceſſe eſt, ut petant contra tabul. nec habent unde liberi, nifi videlicet defertum ſit teſtamentum, id eſt, nifi ſcripti repudiaverint hereditatem, *l. 2. §. ult. ſi tacuerum, ad Trebell.* Et hoc ſolum non habebunt legata exceptis perſonis, quorum ipſo jure rem habent: ut emancipati præſtiterit, etiamſi defenſo teſtamento unde liberi ſint contra tabulas, ex fecundis tabulis ſcripti. Sic præterito ſimul cedat tempus petendæ bonorum poſſeſſionis fecundum tabulas, & contra tabulas? Et Accurſius putat ſimul cedere. Sed hoc non eſt verum. Sed hodie ſine expectare ordine edicti. Nam primum defertur contra tabulas, deinde fecundum tabulas: ergo cedit ei, ut prius defunt acceptorum contra tabulas, tantiſper cedat tempus fecundum tabulas petendæ bonorum poſſeſſionis: ſiccor quidem ſcripturn poſſe antevertere & anticipare petitionem & petere fecundum tabulas, ante liberum vitem, *l. ult. C. quo ad mitti.* Verum ex edicto edicti tempus non antecedunt ſcripti, quam ſemel acceperit contra tabulas, quæ prima eſt. Ergo dicere illorum ex ſententia. Deinde fecundum tabulas non cedit, niſi ſcriptus certus ſit, ſibi eam eſſe delatam, *l. 3. §. ſcientiam, de tit. de ſcient.* Sed ſcripturo quamdiu poteſt petendæ bonorum poſſeſſionis, *l. ſcripti, §. pro. pro.* Ergo ei nondum competit fecundum tabulas, quæ res in ſuſpenſo eſt. Accurſius tamen monet dari Carbonianum, *l. ordinaria, de Carbonian.* & inde a ſimili colligit ſcripto poſſe, ut ſimul ſcriptus & prætereitus accipiant fecundum tabulas, & contra tabulas. Sed res longe diverſa eſt. Nam in *dict. l. ideoque*, agitur de duplici bonorum poſſeſſione data uni perſonæ, id eſt, pupillo, qui utramque petere poterat ſine data diverſe, ſive danda, id eſt, ſcripto & prætereito. Utrique autem non poteſt eam appetere cum re. Prætereo eam eſſam fit, ut utrique poſſeſſio non cedant ſimul, ſed ex ordine edicti.

Ad §. Si sub conditione *heres institutus filius sit: Julianus peraque putavit, secundum tabulas competere ei quasi scripto bonorum possessionem, qualis conditio sit, etiamsi hæc,* Si navis ex Asia venerit. *Et quamvis defecerit conditio: Prætor tamen filium, qui admiserit secundum tabulas, tueri debebit, ac si contra tabulas acceperit. Quæ tuitio ei, qui emancipatus est, necessaria est.*

HIC tractatur de heredibus institutis sub conditione, ut in *l. 5. & l. 6. hoc tit.* Quæritur, scriptis sub conditione an detur secundum tabulas, pendente conditione, licet non adeant? Et absolutum est dari, si exstent tabulæ signatæ septem testium signis, *l. 18. hoc tit.* Quod si deficiat conditio, distinguendum est. Nam aut scripti sunt extranei, aut liberi, aut legitimi, id est, agnati, aut cognati. Si extranei sint scripti, & pendente conditione acceperint secundum tabulas, repellentur, ea conditione defecta. Si liberi sint, sciendum est, filium posse institui sub potestativa conditione, ut si dederit 10. sub casuali non posse, quod obtinet etiam in emancipato filio jure prætorio. Finge igitur, filium esse institutum sub potestativa conditione, ea deficiente, repelletur ut extraneus, licet agnoverit secundum tabulas. Quod si sub casuali filius est institutus, non est recte institutus, *l. Lucius, de cond. & demonst.* quoniam deficiente conditione invenitur præteritus, & ideo deficiente conditione si emancipatus sit, habet contra tabulas: si sit suus, habet etiam contra tabulas, sed potest etiam intendere ipso jure testamentum nullum esse. Quod si filius pendente casuali conditione acceperit secundum tabulas, & ea defecerit, tunc filius emancipatus est tuendus, perinde ac si accepisset contra tabulas, nec indiget nova bon. possessione; secus est in suo: nam suus hac tuitione non indiget, quoniam rem habet ab intestato, *l. 3. §. sed si sub conditione, ff. de bon. poss. contr. tabul.* Hoc casu emancipatus etiam præstat legata exceptis personis: suus autem non præstat. Sed opponitur huic §. *l. 6. inf. hoc tit.* Hic enim §. comprehendit suum & emancipatum institutum sub conditione casuali, & hoc modo suus est inutiliter institutus: at emancipatus jure tantum prætorio sub conditione casuali inutiliter instituitur, non etiam jure civili. Et inutiliter instituto, pendente conditione, non datur secundum tabul. *d. l. 6.* At in *h. §.* traditur recte dari. Dicendum est, filio dari secundum tabulas, quamvis sit inutiliter institutus, quoniam omnino rem est habiturus ab intestato, & ideo facile datur secundum tabulas, *l. qui ex literis, §. test. hoc tit.* Dicta autem lex 6. est accipienda de bonorum poss. secundum tabulas cum re: nam sine re inutiliter etiam instituto datur secundum tabulas. Nunc dicendum est de legitimis scriptis: Finge: legitimi, id est, fratres scripti sunt heredes sub conditione, hi possunt præteriri: pendente autem conditione petierunt secundum tabulas. Quod si defecerit conditio institutionis, & scripti sint proximiores ab intestato, hoc casu Prætor eos tuetur, perinde ac si accepissent bonorum possessionem ab intestato, nec præstabunt legata exceptis personis, quia Prætor non tuetur vice contra tabulas, sed vice unde legitimi, *l. 5. hoc tit.* in qua legendum est, *Ceteri non*, scilicet legitimi.

Ad §. Pro qua quisque parte *heres scriptus est, pro ea accipiet bonorum possessionem. Sic tamen, ut si non sit, qui ei concurrat, habeat solus bonorum possessionem. Quamdiu tamen ex heredibus unus deliberat, utrum admittat bonorum possessionem, an non, portio bonorum possessionis ejus coheredi non defertur.*

HEredi scripto datur secundum tabulas adscriptæ partis. Idemque servatur in aditione hereditatis, *l. 2. sup. si pars heredit. petat.* Verum repudiante coherede, vel alias excluso, vacans portio illis ipso jure adcrescit, *l. 3. §. ult. de bonor. possess.* Eis autem adcrescit tacito jure, sine nova aditione, aut bonorum possess. *§. si duo, hac l.* Ergo finge, duos esse heredes institutos, Primus & Secundus ex partibus. Secundo deliberante, Primus suæ partis bonorum possessionem tantum agnoscet; Ergo is qui deliberat, partem facit: Idem dicendum est, si unus institutus sit pure, alter sub conditione. Nam pendente conditione scriptus pure, suæ tantum partis bonorum possess. admittit, & pro sua parte adit. Hæc fuit sententia Joannis, ut ait Accursius *l. 35. sup. de hered. inst. & ad d. l. 2.* In alia opinione fuit Azo, & movebatur *l. si heres, sup. famil. ercisc.* Finge: unus est institutus pure, alter sub conditione. Primus interim agit actione hereditaria, & vicit. Lex ait, Primo dari actionem judicati in solidum, non pro sua parte: Verum commodum victoriæ communicabit conditione existente. Movebatur etiam *l. 1. §. sed & quoties, sup. ad Trebellian.* Testator rogavit heredem pure, ut uni restitueret hereditatem, & sub conditione, ut alteri eandem restitueret: pendente conditione priori restituet totam hereditatem, sed existente conditione communicabitur hereditas. Præterea movetur *l. sub conditione, in fine, inf. de adsing. libert.* Testator adsignavit libertum duobus, uni pure, alteri sub conditione: is cui adsignatus pure est libertus, pendente conditione, jus patronatus solus habebit: sed existente conditione communicabitur. Movebatur etiam *l. idem essi, §. ult. sup. de usufr. adcresc.* Finge: legavit usumfructum duobus, uni pure, alteri sub conditione: pendente conditione, is cui legatus est pure, usumfructum habebit. Nunc Azo ait, cur etiam in quæstione proposita, is qui scriptus est, interim non ex asse adibit hereditatem, & solus petet bonorum possessionem? Respondeo, illas omnes ll. loqui de re conjunctis, qui singuli habent solidum ab initio, sed concursu partes habent. Ergo non mirum si interim in solidum admittantur. Et idem est in heredibus institutis. Quod diximus de sententia Joannis, verum est si sint heredes scripti ex partibus. At diversum est, si non sunt scripti ex parte. Finge: *primus heres esto, secundus item heres esto, si navis ex Asia venerit*: hoc casu primus bonorum possessionem totorum bonorum admittet, & interim adire poterit in solidum: At existente conditione communicabit. At obstat regula juris: *Qui semel est heres, non desinit esse heres.* At hic interim exstitit heres in solidum, ergo heres esse non desinet in solidum existente conditione, sed non desinit esse heres, nam decrescit de parte ea, ex qua factus est heres, *l. 3. & 4. sup. si pars hered. petat.*

Ad §. Si primus quidem *ita substitutus sit, si intra decem, secundus, si post decem, intra quatuordecim annos: si quidem intra decem decesserit, primus solus heres erit, & accipiet bonorum possessionem: si vero post decem, intra quatuordecim, secundus solus heres erit, & accipiet bonorum possessionem: Nec sibi junguntur, cum ad suam quisque causam substitutus sit.*

HIc §. pertinet ad substitutionem pupillarem, quæ fit usque ad pubertatem, *l. 14. de vulg.* Fit tamen etiam ad breve tempus, puta, si decesserit filius pupillus intra decimum annum, *l. 21. & l. 38. & l. 43. §. item quæro, eod. tit.* Finge igitur patrem substituisse pupillo duos, primum, si pupillus decederet intra decimum annum, secundum autem si decederet intra quatuordecimum, scilicet post decimum. Nunc finge, pupillum decessisse octavo anno, quis admittetur? ex substitutione primo dabitur secundum tabulas. Quod si decedat post decimum annum, puta duodecimo anno, tunc solus secundus admittetur. Ergo simul non veniunt ex substitutione. Res non caret dubitatione. Nam unus est substitutus, si intra decimum annum moriatur: alter, si intra quartum decimum: Ergo qui decessit intra octavum, decessit intra decimum, & eadem ratione inter decimum quartum. Verum suum cuique tempus servandum est, nisi aliud suadeat testatoris voluntas, *d. §. item quæro.*

Ad §. Defertur bonorum possessio *secundum tabul. primo gradu scriptis heredibus: mox, illis non petentibus, sequentibus non solum substitutis, verum substituti quoque substitutis: & per seriem substitutos admittimus. Primo gradu autem scriptos accipere debemus omnes, qui primo loco scripti sunt: Nam sicuti ad adeundam hereditatem proximi sunt, ita ad bonorum possessionem admittendam.*

TEstator potest facere plures heredum gradus in infinitum, *l. 36. sup. de vulg. & pup.* Ordo autem graduum servatur in adeunda hereditate, & in admittenda bonorum possessione. Nam ea defertur primum institutis, deinde substitutis, tum substitutorum substitutis. Verum gradus heredum cum dicitur, non æstimatur ex ordine scripturæ; sed successionis, quia quot sunt successiones, tot etiam sunt gradus. Itaque in *l. sciendum, de verb. sign.* heredem accipi per multas successiones, intellige per multos gradus: sumitur *successio* pro *gradu*. Finge igitur, primus ex parte heres esto: fecit deinde substitutionem vulg. si 1. non erit, 2. esto: deinde adjecit, 3. heres esto ex alia parte: si 3. non erit, 4. esto: hoc casu defertur poss. primo & tertio, deinde dabitur secundo & quarto vulgari modo substitutis.

Ad §. Si quis ita scripserit: Primus ex parte heres esto, si primus heres non erit, secundus heres esto. Tertius ex alia parte dimidia heres esto. Si non erit, quartus heres esto. *Primus & tertius, priores ad bonor. possess. invitantur.*

HEredi instituto sub conditione, interim datur secundum tab. *l. si sub conditione, & l. si servus, hoc tit.* Sed huic sententiæ obstat hic §. nam hic datur casus in quo instituti non possunt admitti ad bonor. possessionem: species hujus §. hæc est: Testator ita dixit. Primus & secundus fratres heredes sunto: deinde separavit portiones heredum, & dixit, uter ex fratribus meis, Sejam uxorem duxerit, heres esto ex dodrante, uter non duxerit, heres esto ex quadrante, si primus ducat Sejam in uxorem, vel si malit Seja ei nubere, dabitur ei bonorum possessio dodrantis, & secundo quadrantis. Mortua autem Seja ante moram heredum, vel si neutri velit nubere, fratres heredes erunt hoc casu ex æquo, *l. 23. & l. prox. sup. de cond. inst. l. quoties, §. si quis tamen, de hered. inst.* quia ab initio sunt instituti heredes pure, sed deinde discretæ sunt portiones ex eventu nuptiarum, & ex conditione, qua deficiente sine eorum culpa, redigentur ad æquales portiones, quæ eis prius tacite datæ erant. Sed an eis interim dabitur secundum tabulas, dum deliberat Seja de eligendo marito? Minime, antequam sit impleta conditio, vel defecerit non datur bonorum possessio. Ex his colligimus, conditionem impedire secundum tab. bon. poss sed id fit, quia incertum est, ex qua quisque parte heres sit, pendente ea nuptiarum conditione, *l. ult. h. t.* Necessarium enim est scriptos certos esse de partib. ut agnoscant secundum tab. nam si sint certi de partibus conditio adscripta institutioni non facit moram agnitioni bonor. possessionis. Deinde notandum est, secundum tabul. non dari ei, qui est inconsulto scriptus casu aliquo & incaute, quia non habet defuncti voluntatem. Præterea non datur ei, cujus nomen consulto a testatore deletum est, licet legi possit, id est, licet adhuc scriptus, *l. si ita, §. is autem, h. t.* Deinde non datur ei, cujus nomen est inconsulto deletum, si non possit legi, & si sit deletum ante mortem testatoris, *l. 1. sup. si tab. test. exst.* Postremo notandum est ex §. *si duo, h. t.* substitutum præferri conjuncto, vel coheredi: Verum substituto deficiente, vocatur coheres per jus adcrescendi, alioqui jus substitutionis præfertur juri adcrescendi: Excipitur, si aliud suadeat voluntas testatoris, *l. pen. C. de impub. l. 30. sup. de vulg. & pupil.* Verum substituto deficiente res revertitur ad coheredem. Sed obstat *l. pen. sup. de inj. rup.* in quo excluso substituto, exclusus est coheres: Ergo ad eum res non redit. Sed ideo fit, quia coheres non potest venire ex sua persona ob postumum præteritum. At quoties coheres potest venire ex sua persona excluso substituto, necessario res venit ad coheredem.

Ad §. Si servus heres scriptus *sit, ei domino defertur bonorum possessio, ad quem hereditas pertinebit. Ambulat enim cum dominio bonorum possessio. Quare, si mortis tempore Stichus heres institutus fuit servus Sempronii, nec Sempronius eum jussit adire, sed vel decessit, vel etiam eum alienavit, & cœpit esse Septitii: evenit, ut, si Septitius eum jusserit, Septitio deferatur bonorum possessio: Ad hunc enim hereditas pertinet. Unde si per multos dominos transierit servus, tres, vel plures: novissimo dabimus bonorum possess.*

SErvo instituto bonorum possessio secundum tabulas datur domino. Quid si dominum mutaverit post testamentum? ambulat bonor. poss. & transit ab uno domino in alium: Nam si dominium ambulat, & secundum tabul. ambulat. Ergo novissimo domino dabitur bonor. poss. secundum tab. nihil mutat, si fuerit servus scriptus contemplatione prioris domini, cur enim primus eum alienavit? Porro postumis scriptis datur secundum tabulas, si nati sint, *l. 3. hoc tit.* Et ait: *Omnibus postumis institutis dari secundum tabul.* id est, etiam alieno postumo, *§. 1. Inst. de bonor. possess.* Jure tamen civili, non poterat adire alienus postumus: at jure prætorio potest admittere bonor. possessionem secundum tab.

Ad L. VIII. Si ita scriptum sit: Sempronius ex parte dimidia heres esto: Titius, si navis ex Asia venerit ex parte tertia heres esto: Idem Titius, si navis ex Asia non venerit, ex parte sexta heres esto. *Titius non ex duabus partibus heres scriptus, sed ipse sibi substitutus intelligi debet. Ideoque non ex majore parte quam tertia, scriptus videtur. Secundum hanc rationem, cum sextans vacuus relinquatur bonorum possessionem Titius accipiet, non solum tertiæ partis sed ejus quoque, quæ ex sextante eidem accrescit.*

IS, qui substituitur, vulgo alteri substituitur, non sibi. Interdum tamen quis potest sibi ipsi heres substitui. Nam aut duo sunt gradus heredum, aut unus. Si duo, valet substitutio sui ipsius, *l. sed si plures, §. ult. & l. ult. §. Titius, de vulg.* At si unus tantum sit gradus heredum, aut pure quis institutus est, aut sub conditione. Si sit pure institutus, substitutio non profuit & inanis fuit. Quod si sub conditione sit institutus, substitutio valet deficiente institutionis conditione, sive quis sibi ipsi sit substitutus sub conditione contraria, sive diversa, cujus exemplum hic proponitur. Finge: testator ita dixit: *Primus heres esto ex semisse, secundus si navis ex Asia veniet ex triente, quod si non venerit ex sextante*, hoc casu secundus non erit heres ex sextante & triente, quia sibi ipsi substitutus est. Ergo si exstiterit conditio, erit tantum heres ex triente. Hoc itaque casu vacat sextans, quoniam primus fert semissem, secundus trientem. Ergo as non est consumptus in heredes. De sextante autem quid fiet? Utique adcrescet pro portionibus hereditariis, *§. videamus, de her. inst.* Interim autem .i. pendente conditione institutionis, an competit secundo bonorum possessio trientis vel sextantis? Accursius putat utramque competere, sed hoc falsum est: nam cum non sit certum, utrum sit heres ex triente, an ex sextante, non poterit bonor. poss. admittere, *l. 2. §. si quis ita, l. ult. h. t.* Ergo antequam impleta sit conditio, bonor. possess. secundus rite non accipiet neque sextantis, neque trientis.

Ad §. Qui filio impuberi *substituitur ita*: Si filius meus moriatur, priusquam in suam tutelam veniat: Tunc Titius mihi heres esto: *sicut hereditatem vindicat, perinde ac si verbum hoc*, mihi, *adjectum non esset, ita bonorum quoque ejus possessionem accipere potest.*

DUplex est substitutio, una pupillaris, altera vulgaris: ex vulgari succeditur testatori: ex pupillari pupillo, & est heres pupilli directe, non per consequen-

quentiam. Testator autem dixit, *si filius impubes decesserit, Titius mihi heres esto*: non videtur facta rite substitutio pupillaris, quia non pupillo heredem dedit, sed sibi: lex tamen ait, valere substitutionem, & perinde hoc accipiendum esse, ac si non dixisset *mihi*. Itaque huic substituto dabitur bonorum possessio secundum tabulas pupillares. Exemplum hujus rei exstat in *l.1. & l. coheredi, sup. de vulg.* Finge: pater ita substituit pupillariter, *si filius meus impubes decesserit, Titius in ejus partem succedito*? Hoc casu videtur sibi substituisse, non pupillo, & suis bonis: lex tamen ait, substitutionem valere, & trahi ad bona adventitia pupilli: Nam ut cum quis sibi heredem facit ex fundo vel alia certa re, neque coheredem scripserit, ille succedit in universum. Idemque est, si post hæc verba, *si impubes decesserit*, & demonstratam hanc conditionem jusserit substitutum sibi heredem esse: Nam & hoc casu substitutus accipiet omnia bona pupilli adventitia.

Ad §. Sed & cum in prænomine, *cognomine erratum est: is ad quem hereditas pertinet, etiam bonorum possessionem accipit*.

BOnorum possessio datur heredi instituto, etiamsi in ejus nomine, cognomine, vel prænomine erratum sit, *l.4. C. de test.* Necesse tamen est, ut constet de herede, *l. ult. h. t. l. quoties, §. si quis nomen, & §. prox. sup. de hered. instit.*

Ad §. Quidam testamentum *in tabulis sibi fecit, filio autem impuberi per nuncupationem substituit. Respondi, sententiam prætoris in danda bonorum possessione eam esse, ut separatim patris, separatim filii heredes æstimari debeant: Nam quemadmodum scripto filii heredi separatim ab heredibus patris, ita nuncupato videri separatim scriptis patris heredibus bonorum possessio dari.*

PAter scripsit sibi heredem & pupillo, & quodammodo duo testamenta fecit: hoc casu prætor dat separatim bonorum possessionem ei, quem pater sibi scripsit, & ei, quem pupillo: quoniam alia atque alia est hereditas, unum est testamentum, sed duplex est hereditas, *l.2. §. illud, de heredit. vend. §. igitur, de pupill.* Idem dicendum est, etiamsi pater utrosque heredes nuncupaverit, separatim eis prætor dabit bonor. possess. secundum tab. Quid dicendum est si pater sibi heredem scripserit, & pupillo nuncupavit heredem, *l. patris, sup. de vulg.* Et hoc sane casu videntur esse duo testamenta: sed hoc etiam casu prætor dat utrisque separatim bon. poss. secundum tab. Ex hoc §. apparet non tantum secundum tabulas dari secundum scripta, sed etiam secundum nuncupationem, *l.1. C. de bonor. possess. sec. tabul. liberti, & l.2. C. hoc tit. l. ult. C. de codicill.* Hic etiam notandum est, secundum tabulas pupillares dari bonorum possessionem, etiamsi non sint signatæ, videlicet si pater ex scripto sibi & pupillo heredem scripserit: secundum tabulas pupillares dabitur bonor. possessio substituto: Nam satis est, si signatæ sint tabulæ patris, in quibus sibi heredem fecit, *l. patris, sup. de vulg.* Et hoc est, quod ait lex, *etiam jure prætorio*. Nam sufficiunt signa septem testium. Et sufficit, tabulas patris esse signatas, *l.9. hoc tit.* sed idem non est si pater nuncupaverit sibi heredem, & pupillo scripserit, *d. l. patris*. Nam hoc casu in tabulis pupillaribus signa requiruntur.

Ad L.X. Si servus sub conditione *heres institutus sit, an bonorum possessionem accipere potest, dubitatur. Et Scævola noster probat, posse.*

QUæstio est, an servo instituto possit dari bonorum possessio, id est, an ipse servus possit eam a prætore petere? *L. servus, sup. de bon. poss.* ait, ei dari posse, non tantum si sit institutus pure, sed etiam si sub conditione, in hac lege 10. vide *l. si sub conditione, hoc tit.*

A Ad L.XI. Qui ex liberis meis impubes supremus morietur, ei Titius heres esto. *Duobus peregre defunctis, si substitutus ignoret, uter novissimus decesserit: admittenda est Juliani sententia, qui propter incertum conditionis, etiam prioris posse peti bonorum possessionem respondit.*

Ad §. Filius heres institutus, *post mortem patris ab hostibus rediit. Bonorum possessionem accipiet. Et anni tempus, a quo redit, ei computabitur.*

Ad §. Testamento facto, *Titius adrogandum se præbuit, ac postea sui juris effectus, vita decessit. Scriptus heres, si possessionem petat, exceptione doli mali summovebitur: quia dando se in adrogandum, testator cum capite fortunas quoque suas in familiam, & domum aliam transferat. Plane si sui juris effectus codicillis aut aliis literis eodem testamento* B *se mori velle declaraverit: voluntas, quæ defecerat judicio recenti rediisse intelligitur: non secus, ac si quis aliud testamentum fecisset, ac supremas tabulas incidisset, ut priores supremas relinqueret. Nec putaverit quisquam, nuda voluntate constitui testamentum: Non enim de jure testamenti maxime quæritur, sed viribus exceptionis, quæ in hoc judicio quanquam actori opponatur, ex persona tamen ejus, qui opponit, æstimatur.*

PAter habebat duos impuberes filios; substituit supremo morienti. Mens testatoris hæc est, ut frater superstes, fratri succedat ab intestato: deinde ut novissimo morienti filio succedat substitutus ex substitutione: Sed substitutus, qui succedit supremo morienti, prioris hereditatem invenit in hereditate novissimi: Hoc casu si decedant fratres diverso tempore, substitutus erit tantum C heres novissimo, sed erit in hereditate prioris. Quod si uterque frater simul pereat, vel si non appareat quis novissimus decesserit, substitutus utrique succedet ex substitutione, *l. si ex duobus, sup. de reb. dub.* quia substitutus est supremo, & is supremus est, quem nemo sequitur. At uterque est supremus. Præterea id ei incertum admittit. Opponitur *lex cum qui, sup. ad Trebell.* Finge: scripsit duos impuberes heredes, rogavit eum, qui supremus moreretur, ut suam partem restitueret Titio, defuncti autem sunt simul, ut non appareat quis sit supremus, eis succedet mater ex Tertylliano, & substituto non debetur fideicommissum, quia non apparet, quis supremus decesserit: cur tamen substitutio valet? Nam fideicommissum non valet. In specie proposita ea fuit mens testatoris, ut supremo morienti succederet D substitutus, & totum haberet, id est, ut inveniret totum in hereditate morientis. At in *l. eum qui*, substitutum per fideicommissum testator voluit partem tantum habere, quæ non potest definiri, quia incertum est, quis supremus decesserit. Deinde ex §.1. *h.* colligendum est, captivis institutis dari possessionem bonorum secundum tabulas, si redierint, & ideo captivi partem interim faciunt, *l.1. §. si ex tribus, sup. de bonor. possess. contr. tab.*

Ad L. XII. Ut scriptus heres agnoscere *possit bonorum possessionem, exigendum puto, ut & demonstratus sit propria demonstratione, & portio adscripta ei inveniri possit: licet sine parte institutus sit. Nam qui sine parte heres institutus est, vacantem portionem, vel alium assem occupat. Quod si ita* E *heres scriptus sit, ut interdum excludatur a testamento, eo quod non invenitur portio, ex qua institutus est: nec bonorum possessionem petere potest: id evenit, si quis ita heredem instituat*: Titius, quanta ex parte priore testamento eum heredem scriptum habeo, heres esto: vel, quanta ex parte codicillis scriptum eum habeo, heres esto: *Sic scriptus non inveniatur. Quod si ita scripsero*: Titius, si eum priore testamento ex semisse scriptum heredem habeo, *vel* si eum codicillis ex semisse heredem scripsero, ex semisse heres esto: *Tunc accipiet bonorum possessionem, quasi sub conditione heres scriptus.*

BOnorum possessio secundum tabulas datur heredi, qui certa demonstratione significatus est, id est, heredi

redi certo, licet non sit nominatus. Præterea exigimus, ut appareat, ex qua parte sit heres, & ejus partis bonorum possessionem amplectatur secundum tab. Quod si sine parte sit institutus, etiam ei dabitur secundum tabulas: Nam satis liquere potest quid ei debeatur. Scripto sine parte reliquum assis debetur, vel etiam, si as consumptus sit, in heredes priores, scripto sine parte debetur alter as, ex *l. interdum, sup. de hered. instit.* Aliud dicendum est, si non appareat, quæ pars ei debeatur: Nam tunc non dabitur secundum tabulas. Finge; testator ita dixit. Ex qua parte, &c. Confertur hæc institutio in tempus præsens, & idem est, si conferatur in tempus præteritum: hoc casu si pars non inveniatur in testamento, non dabitur bonorum possessio, & inutilis erit institutio, *l.2. de hered. instit. §. potest.* Quod si institutio collata sit in tempus futurum, & si ita dixerit: *Ex qua parte ipsum heredem scripsero, heres esto*, nec adscripserit partem eam, an dabitur bonorum possessio secundum tabulas? & constat dari, ac si sub conditione heres scriptus esset, *l. si quis ita, de hered. instit.* Idem est si testator ita dixerit: *si illum in codicillis scriptum habeo ex semisse, vel in testamento priore scriptum habeo, vel si scripsero ex semisse, heres esto*. Notandum autem est, hanc orationem esse testatoris, ut & illud, *vel*, ut & Accursius notat. Hoc casu dabitur bonorum possessio secundum tabulas.

AD TITULUM XII.

Si a parente quis manumissus sit.

Ad L.I. Emancipatus a parente *in ea causa est, ut in contra tabulas bonorum possessione liberti patiatur exitum. Quod æquissimum prætori visum est: quia a parente beneficium habuit bonorum quærendorum: quippe, si filiusfamilias esset, qualcunque sibi adquireret, ejus emolumentum patri quæreret. Et ideo itum est in hoc, ut parens exemplo patroni, ad contra tabulas bonorum possessionem admittatur.*

Ad §. Enumerantur igitur *edicto personæ manumissorum sic*: in eo, qui a patre, avove paterno, proavove paterni avi patre.

dentur non poſſ. *l. eum fundum, §. ult. inf. de vi & vi arm. c. 5. extr. de conſ. poſſ. & propr. c. 36. extr de reſtitu.* Hæc facile adminiſtrantia in interdictis recuperandæ vel adipiſcendæ poſſeſſionis. Et idem obſervandum eſſe in interdictis retinendæ poſſeſſionis: quibus quod vindicatur poſſeſſio, hæc, ſi videndæ, qui in hanc rem ſegnitaria eſt. *Non enim, inquit, videtur poſſeſſionis renuntiaſſe*, quam ſcil. nunc ſtam eſſe vocat, & hoc agit in retinendo, qui in re non vindicanda, nec eo animo ad rem vindicandam venit, quo poſſeſſionem, ſi quam habeat, omittereret: eſt enim poſſeſſio ſua pars retenda, non quidem quod conſeſſione noſtra. Nec mihi igitur tale quidſiquidis conſeſſio vel fubconſeſſio rem adeo nocere debet, ut eam eventuale non poſſit non temperare. Nam eſt agere de ingenuitate, dicens, me eſſe ingenuum, non videor renuntiaſſe libertinitati: *l. par. C. de ingen. manumiſſ.* quamvis hæc ſervitus oppoſita, ingenuitati ſit. Et ſimiliter nitus. Et ſimiliter, ſiſecum egero fam. ercit. quo genere conſtieri videor, de tollendo eum meum eſſe, non videor renuntiaſſe petitioni hereditatis, quæ tamen qui cohæres non eſt, *l. qui familiæ, famil. ercis.* Item ſi adtio objectum exceptionem non quidconſeſſio ſua tenetione eius, renuntiaſſe negotiosi videor, *l. non ut ago, de excep.* quiuimo negotio addita exceptione firmior eſt, ut Salpinus ſcribit in ea Orator. Ioſtit. quia & exceptio legibus plerunque datur ex abundanti. Libanius in Demoſth. καὶ γὰρ, ἐκεῖνο καὶ τοῦ τὸν ὑβρίσαντα, ὡς ἀνεψιὸν αὐτοῦ καὶ ὑιὸν ἔλεγεν ἀποκηρύττειν, *non ſe ideo ſuum filium exheredare, quia ſe ipſum exheredavit.* Ut igitur nihil vetat infiniti ſi quid & excipere, ſive præſcribere hoc modo: *Nihil de ea, & ſi quid aliud*, ſic & poſſideri: Et ſic ſi, ut poſſideo ſenitores accedat & contingunt poſſeſſum emptoris, qui ſuccedit poſſeſſionem, ſi quid aliud, abſque interminatio poſſidere, & contra poſſeſſio emptoris, & emptor ceſſit ultione redibitionis ob morbum aut vitium latens ex vendito: & non ſe tenere retributis vendioni, quia poſſeſſioni venditoris, cui ex redhibita eſt: Nam eſt redhibito reliquos venditionem: quid hoc eſt, *reſolvere venditionem*? (hoc eſt) non notandum, quia poteſt eſſe alia multis in locis, ubi dicitur reſolvi contractus) Reſolvere venditionem eſt facere, ut nec venditio quidem eſſe, nec fuiſſe dicatur, *l. 1. §. ſi ſervus, fin. pro. h. tit. & adiad.* Qua ratione etiam redhibita re vendita, quidam dicebant, poſſeſſionem emptoris non accedere venditori, quia ſi ſic, ſequeretur, ut neque venditor retineret ſe, fed tamen, qua ea reſolutio non abolet memoriam poſſeſſionis, quæ fuit, ſed tantum mutat eius poſſeſſionis datur. Denique inter emptorem & venditorem vicifim tempus poſſeſſionum conciuatur, conjungitur, communis habetur, *l. 1. §. ſi ſervus, fin. pro. h. tit.* Itaque ex eo apparet, quod vulgo dicitur, emptorem ulucapere quod venditor aeque vi, aeque clam, neque precario poſſedit, id eſt, quod fuit vitio poſſeſſ. ſuccefſione temporis ex perſona venditoris ni velit. Nam ſi quid aut clam, aut precario venditor poſſedit, accedio temporis, non poſſidet, tempori ad uſucapionem prodeſſe non poteſt. Vitium live mala fides adiutoris ſequitur ſuccefſionem, ex perſona eius adminiculo ſive accedione poſſeſſionis uti vult, ſive ex ſucceſſor ex teſtamento, ſive ex contractu. Et his tribi poſſeſſionum ſuccedit, ſi ſuccedit, ſi ſuccedit, aliud inſtitit, nec omnis, qui mala fide poſſidet, inſulle poſſidet: qui precario rogavit, mala fide poſſidet ſicuti rem alienam eſſe, nec uſucapere poteſt: non itaque rem poſſidet, cum poſſideat ex voluntate domini. Precaria poſſeſſio juſta eſt, *l. 7. in fine, com. divid. l. 8 ferme deſpiciens, §. ſi de rem. eſt. l. quicunque, §. ult. de Publ. in rem act.* Rurſus non omnis qui juſte poſſidet, civiliter poſſidet: quidam & juſte & civiliter, ut qui *emtus l. 1. §. ſi ſervus, fin.* qui precario rogavit, poſſidet, non tamen civiliter, ſed naturaliter *l. 1. & hæres, §. eum qui, de pec.* Verum ad

rem: certa eſt definitio propoſita in l. t. h. t. Eum, qui
A re, vel aliquo tempore abſuit. Aliis vero hæc in re, quod
attinet ad hanc quæſtionem, diſtat heres ab emptore,
nihil diſtat in ſpecie b. exceptis, quam expoſui, alter
ab altero, alii in re diſtat heres ab emptore, quo pla-
num eſt, plenius eſſe jus hereditatis, quam emptionis,
plenius ſolicet, ut penitus vel nocere hereditati. Nam quod
propter multam fidem defenſoris ufucapere non poteſt,
heres etiam eius nocere ſe ſi uncluet poſſeſſionem, nec
utetur defenſoris poſſeſſione defuncti: ut emptor vero
poſſeſſ, licet bona fide poſſiſſor fuerit: contra, quod ufu-
capere defenſus potuit, & ipſe ufucapere poteſt, ſi ter-
mini fidei bonæ defuerit, l. cum heres, 11. ff. de ufurp.
& temp. præſcript. Initium poſſeſſionis ſpectatur, quod
ad cauſam ufucapionis attinet, non conſequitur perſona
C quod ad cauſam ufucapionis attinet) eſſe intelligitur
perſona defuncti & heredis. Duæ conſentiunt perſonæ
in unam: quod nulla propius accedit ad virem defun-
cti, quam perſona heredis. At quod vendidit ufucapere
non potuit, id certe emptor poſt ſe ufucapere poteſt.
Per ſe, id eſt, ſi non unam acceſſionem ex perſona ven-
ditoris, & contra, quod vendidit ufucapere potuit, id cer-
pot ufucapere non poteſt, ſi mala fide poſſiderat.

Ad §. In dote quoque, ſi data res fuerit, ea lex eſt de-
cepta: acceſſio dabitur, vel marito, vel uxori.

HOdie corpeum quæſtionem de acceſſione poſſeſſo-
num abſolvam, & reliqua, quæ ſunt in l. 13. ex-
plicabo: aut Ulpian. in h. t. in dote propoſita, ſi res
data fuerit, &c. In poſſeſſione igitur rei dotalis manitur
C utitur acceſſione temporis, quo uxor poſſidit, & vicil-
lim ſuloro maritus: uxor acceſſione maritii, de qua in
l. datis, 5. ff. ſol. matr. de jure dot. acceſſionem temporis ex per-
ſona mulieris utatio concedi, non feliciet, cum res,
quæ dabuntur in dotem, eræ alienæ: Nam in tempore
primum non tadit quæſtio de acceſſione vel ufucapione,
ad quam acceſſio reſpicit. At ne dicas cum Accurſio, &
Fuerit videlicet poſſeſſio mulieris, quæ res dotales ac-
dit in dotem, mariti autem poſſeſſio vitio caruerit, poſ-
ſeſſionem mariti ſolum matrimonio accedere poſſeſſio-
ni uxoris. Hoc non placuit. Nam ut dotis res, ita & ma-
poſſeſſio non vitioſa, vitioſa non accedit: vitioſa eſt
ſeciens vitiosa cum vitio, nec poteſt defendi ſententia
ri. Accurſii, quod tamen illi tenuerunt, ſi illo dubio,
quod quis per ſe non poteſt, per alium poteſt: de quo in
D l. cum hereditatis, de adquir. hered. quia ſi hoc negamus
non omnia, quæ poſſidentur, non multum temporis
quam affirmatio invenietur eſſe verior. Itaque cum ea
hus vulgaribus dictis ducunur argumenta, ſi pupillus
debitis ſine tutoris auctoritate cadiderit continuentur, &
inepte ad omnes porrigantur. Alii, res ex dote recepta
Recipi dicitur dos, aut res ex dote, ſolute matrimonio
de recepta, vel quæ ex dote, quæ non debit, vel abſit, qui
debit, & ſibi eam reddi exceptit ſoluto matrimonio:
quod nominatim excepit quoties ſit extremus aliquis
actus dotis dumtaxat facit. At mulier dante dotem
hoc femper ipſo jure exceptum intelligitur, ut eas re-
reddatur, & ſuperviuerit. Et omnis dos ipſo recepta-
tis eſt, vel ex ſtipulatione, ſi extraneus; qui eam dedit
nomine mulieris, eam ſibi recepert, id eſt, exceperit
E caſum mortis vel divorcii, quo propter receptio
citur, vel etiam ipſo iure. Et de recepta quidem re vera-
dita jam ſupra dilucimus ſimiliter vendituri, qui ven-
venditum recepit, redhibitum ſibi eſt videtur aliquid
accedere poſſeſſionem emptoris, qui redhibuit. Redhi-
bet emptor, recipit venditor, l. cum autem, 3. pen. de
edil. edict. Gellius 17. cap. 6. Si ſervus, inquit, qui ven-
datus eſt, redhibitus ſit ob aliquod vitium receptitiæ ſit:
Sic & de precario recepto eſt ſcripſum in §. ſequenti
poſſeſſionem ſuam, qui precario rogavit, ut ſibi poſ-
ſidere liceret, accedere ei, qui precario concedit,
recepto precario. Si, inquit, recepiſſet poſſeſſionem ſuam
precario, quod rumpitur nuda voluntate ejus, qui pre-
cario concedit. Ex hoc loco apparet vitioſam non eſſe
poſ-

poſſeſſionem precarium: aliquam non accedere poſ-
ſeſſioni ejus, qui precario concedit. Nec obſtat, quod
mala fide poſſideatur, id eſt, ſciente precario poſſeſſore
alienam rem eſſe, qua non omnis mala fides reputatur
in vitium. L. 27. generaliter, de a. v. delict. l. qui fidelium,
5. ad. de leg. 3. Non certe, mihi ea mala fides, quæ poſ-
ſeſſioni inſunt fieri: quæ non ſunt ipſorum poſ-
ſeſſor in, vitioſa non eſt, ut precaria, utraque tamen
ufucapioni plerumque obſtat. Nona quid ait, ſi recep-
ta poſſeſſionem, amiſerit: ſupra poſſeſſionem, qui pre-
cario eam concederet. Recipitur enim poſſeſſio, quam
amiſit, ceſſione ejus ali facta, ut poſſeſſio rei vendite
recipitur a venditore cum amiſerit per traditionem
traditionem emptori factam. Poſſeſſio rei dotalis recipi-
tur ab uxore ſoluto matrimonio mortemaris, vel diver-
tio, poſt amiſſam, quam uxor conſtante matrimonio per-
per dotionem in dotem. Et ut in priore caſu ſolus emptor
poſſedit ante redhibitionem, poſteriore ſolus maritus
ante reſtitutionem dotis: ita hic vitioſa eſt, qui eſt de
precario, ſolus precarius poſſeſſor poſſedit ante rogato-
nem precarii, non ambo ſimul, & ſuis precarium. Quæro quid hic
facit ille retinaculus, Vivi? Scripſerat per notas absque
dubio Ulpianus, non sere, ſed, per dominionem: Siper
damnationem legatus fuit vel fideicommiſſum: quia
res illius ante luſtrationem non potuit jure relinqui nili
per fideicommiſſum, vel per legatum damnationis,
Non autem per legatum vindicationis. L. Titiæ ſervi, 3.
de manumiſſ. teſtam. I.S.S. de verb. ſign. l. alienus, 116. leg. Fal-
cid. quibus in locis huius antique differentiæ reſtigia
extant, & eſt certiſſima hodie ex Ulpiani & Cai ſrip-
mentis, atque etiam Pauli. Re autem propria teſtatoris
illi legato, inutili licet inutili teſtamento, quo poſedit te-
ſtator. Neque enim alio fine ſit teſtatio, quam ut uti-
capionis tempus impleatur. Ubi igitur ufucapioni locus
non eſt, ut quæ res teſtatoris non fuit, legata eſt per vindi-
cationem, quo genere potuimus dominium ejus rei tranſi-
redi via a teſtatore ad legatarium, certe poſſeſſionis
acceſſio illi non fuit. Adquiritur, dominium ejus rei, ſe-
cus ut ea perſona ſtuuatis. Id quoque ita eſt accipiendum,
ſi res aliena fuerit, quæ donata eſt: aliquin fruſtra
legatur id, quod ſuum eſt.

Ad §. Acceſſiones in eorum perſona locum habent, qui
habent proprium poſſeſſionem: Ceterum acceſſio nemini
proficit, niſi ei, qui ipſe poſſidet.

IN extremo hujus legis proponuntur, quæ in hac
quæſtione ſunt certiora principia, poſſeſſionem non
acceſſere, niſi poſſidenti: poſſeſſionem non acceſſere
non acceſſere vitioſæ, vel contra. Ac primum quidem
poſſeſſionem alienum acceſſere proprio poſſeſſori: tem-
pora alienum proprio tempori. l. pen. §. ult. de ſtipul. &
temp. præſcrip. Denique perſone duntaxat non acceſſere
poſſeſſionem, puta, non poſſeſſori. Denique non ſolum,
non etiam tempus. Duæ ſunt acceſſiones, quæ ſunt poſſeſſo-
num, & tempus: & tempus quidem acceſſio eſt, non
poſſeſſionum. Nam, ut dixi, non acceſſio vitioſæ, vel
contra vitioſa non vitioſa non accedit, quod principium
juris iam ſatis ſupra vexatum eſt.

Ad L. XIV. Si ſervus vel filiusfamilias vendiderit: dubitor
acceſſio ejus, quod gerens ne ſuit. Scilicet ſi vendens me, aut
de peculio, reque liberum peculii adquiſitionem habe-
rem, vendidiſſem.

Ad §. Tutor quoque vel curator vendens, dubitor acceſ-
ſio ejus temporis, que pupillus vel furioſus poſſedit.

AD ſuperiorem poſſeſſionem pertinet etiam hæc lex
14. quæ breviter hoc vult, ſervo vel filiofamilias
vendente voluntate patris vel domini rem patris
vel domini, vel rem peculiarem, cum habet liberum pe-
culii adminiſtrationem: Vendente, inquam, rem domi-
ni, vel rem peculiarem, quæ ſe ipſa domini eſt, & concilia
tantum fervo aut filio, non donata, quia nec donatæ

inter eos conſiſtere: Vendoce, at iterum dicam, voluntate patris vel dominî, qui in re ſcientia, & tacitumitate patris pro voluntate habetur. Ceterum voluntas omnino exigitur, aut quod voluntate ſit, qua in re ad *l. ſi furiosi, ter. ſeq.* que repugnare videtur, quod ſit dicendum ibidem adnotavi. At pergamus, ſervo vel filio voluntate patris vel dominî vendicare rem dicimus, ut poſſideant, haec ita vult, id temporis emptori poſſeſſore & procedere, quo patet vel dominium poſſedit per ſe, aut per filium, aut per ſuum, ut *l. ſi filius, de divort. & temp. proſcript.* quoniam ipſe pater vel dominus vendidit videtur. Eodemque modo, qui emit a tutore vel curatore rem vendente non ſolum ab eſſi furioſi, accedente, & perſona pupilli, vel furioſi, *d. l. ſen. §. in claude.*

Ad L. XV. Rem, quo nobis ſubrepta eſt, *poſſeſſio intelligitur dolenter poſſidere, atque eam, qua ei nobis erepta eſt. Sed ſi ita, qui in poſſeſſione eſſe videtur, exemplo apud ipſum ſit res, tamdiu non amittentis poſſeſſionem: quae hic conſimili perſuaſio adhibetur nobis poſſeſſio. Et hoc verius eſt, quam videtur longiore poſſidere: quod is, quemadmodum alienum rerum poſſeſſionem intervertere non poteſt, ita ne ſuam quidem perdit.*

INitio legis proponitur, nos poſſidere deſinere non tantum rem nobis vi erepta, ſed & ſubreptam nobis furto ſubreptam, ut *l. 3. §. ſi rem, ſupr.* In caſu dimittendae poſſeſſionis, & quae ſit animi ad id requiſita, ſi ſit, *ſupr.* In caſu dimittendae poſſeſſionis, quam reſiverimus propterea non eam ceſſaſſe, *l. ad. infra.* Rem autem immobilia poſſeſſio non intervertitur, niſi forte dejecto ſervo, vel colono, per quem poſſidebat ipſe caſu ſcientia ſervi vel colono, qui deiectus eſt, factum, nec exigitur animi, ut dominus ſciat rem dejectum eſſe, *l. 44. §. ult. inf. hac tit. l. 1. §. quod ſervus, de usu & us. ann.* Eſt & alia differentia, quam Accurſius attingit, quod de re immobili vi erepta eſt interdictum Unde vi ad reciperandam poſſeſſionem: de re mobili furtim ſubrepta nullum eſt interdictum, ſed eſt actio furti, de rem, & ad exhibendum, & condictio furtiva. Rem, inquit, quae nobis ſubrepta eſt, dominus poſſidere. Addit exceptionem, niſi is in noſtra poteſtate eſt, puta filius aut ſervus eam ſuſtpuerit: quia quamdiu ea res apud ipſum eſt, tamdiu eum poſſidemus: tamen poſſidet conſilio habitum perſonarum, ut per eas tantum abſit ut poſſeſſio nobis auferatur, ut adquiratur potius, & conſervetur, & augeatur per nos per meos, non deterior conditio noſtra fiat. Qua ratione fit, ut ſervum, qui eſt in fuga, non deſinamus poſſidere, quia ut nec alienus rei noſtrae, ſic nec ſui quoque poſſeſſione nos fugitivus privare poteſt, *l. 13. in prine. ſup.* De ſervo haec exceptio merito concepta eſt, non de filio, qui filium non poſſidemus, *l. 1. §. per nostros, in pr. ſup. h. t.* Sed & ſervum, ſi ſervus poſſit ſui vel alienum rerum dominii intervertere non poſſe, in *l. non ſolum, l. ult. in. ſeq.* dominum, quod idem eſt. Obſervandi tamen loquendi modi. Dominus ſervum nullius rei poſſeſſionem fabvertere poſſe. Subvertere eſt fraudare, ut in *Carolinum: Qui ſibi conſervi, vel qui alios ſubvertendo proderet.*

Ad L. XVI. Quod autem viro, *aut vir uxori donavit, pro poſſeſſore poſſidetur.*

IN eo conſtat hoc tantum verſu, *Quod vir uxori, aut uxor viro donavit pro poſſeſſore poſſidetur.* Quod uxor, inquit, viro, aut vir uxori donat, inter vivos ſcil. (Nam donatio cauſa mortis inter maritos valet) pro poſſeſſore poſſidetur. Non mala fide, nempe quia poſſeſſor, cui donatum eſt, res donationem non valere, *l. per ſervum*

donatum, ſup. tit. prox. l. nec illum, §. 1. de per. lucrelis. Et ideo poteſt iure ſeni. agere ad petitionem hereditatis, deinde, conjungem, cui omnium aliquid donavit, heredi donatoris, qui in eadem voluntate non reviſe reverterit utique ad mortem, utique ad ſupremum vite exitum, teſtes petitione hereditatis, quia id poſſidet pro poſſeſſore & petitio hereditatis datur in res, & quidem ſolius, qui poſſidet pro herede, vel pro poſſeſſore. *Quod cuique, inquit, emptus donavit, pro poſſeſſore poſſidetur.* Addicio, non tamen interdictum, cum alter dominus, a quo prohibe poſſeſſorem, atque liberet, *l. 1. §. ſi vir, ſup. h. t.* Non omnis, qui mala fide poſſidet, & inſulte poſſidet, ut *l. 1. §. 1. ſup.* Precarius poſſidet mala fide poſſidet, inſuſte non poſſidet. Quamvis autem non poſſit is, cui omnia donavit, rem donatam ulucapere, quia propter ſcientiam, *l. 1. §. ult. inf. pro emt.* cum res nec traditione donatoria dominium in donatarium tranſit: tamen ſi res, quae donata eſt, aetas longa, quam forte donator ſuam eſſe exiſtimavit, nec reapſe ex eo donator pauperior factus ſit, forte qui donatori donata aut ſuperat, aut abundantes uxoris eſt in lucrisve meris, non pretio comparata, uſucapio donatarii poſſidentis proceedit, quia ſic bona cauſa donatio valet, etiamſi falſa ſit interpretatio, *l. ſi pater. pro don. l. ſi quis, de donat. inter vir. & ux.* de qua conſule, ſi libet, Obſerv. l. 8. c. 15. Donatio, inquam, falſa inter viros, inter conjuges valet, quia donatorem pergentorem non facit, quae non minus rem donatoris.

Ad L. XVII. Si quis de poſſeſſione *dejecta ſit: periculo habeat debet, ac ſi poſſideret: cum interdicto de vi recuperandae poſſeſſionis ſaviſſimum habeat.*

INitio *h. l.* hoc tantum proponitur, eum, qui per vim dejectus eſt de poſſeſſione ſua, quia ante, quam actum habeat ad reciperandam poſſeſſionem, poſſeſſionem ipſam habere videri: quibus, aut ſimilibus verbis videlicet Ulpianus utitur: in re pretio tantum ſpectat, *l. 13. §. ſed ait.* nititur, ut arbitror, Ulp. noſter in hac l. regula *l. 13. de reg. jur.* in qua *ſi qui alienum habet ad eum reſuperandum, ſuum eum habere videri.* Ita videmus quis ſit effectus hujus ſententiae: effectus ille eſt, ut ſi is, qui vim deiecit, me illum ſeptus inquietasse, & interpellasse, meque ad reciperandam poſſeſſionem ſuam, & ad exhibendum, & condictio furtiva. Rem, inquit, quae nobis ſubrepta eſt, dominus poſſidere. Addit exceptionem, niſi is in noſtra poteſtate eſt, puta filius aut ſervus eam ſuſtpuerit: quia quamdiu ea res apud ipſum eſt, tamdiu eum poſſidemus: tamen poſſidet conſilio habitum perſonarum, ut per eas tantum abſit ut poſſeſſio nobis auferatur, ut adquiratur potius, & conſervetur, & augeatur per nos per meos, non deterior conditio noſtra fiat. Qua ratione fit, ut ſervum, qui eſt in fuga, non deſinamus poſſidere, quia ut nec alienus rei noſtrae, ſic nec ſui quoque poſſeſſione nos fugitivus privare poteſt, *l. 13. in prine. ſup.* De ſervo haec exceptio merito concepta eſt, non de filio, qui filium non poſſidemus, *l. 1. §. per nostros, in pr. ſup. h. t.* Sed & ſervum, ſi ſervus poſſit ſui vel alienum rerum dominii intervertere non poſſe, in *l. non ſolum, l. ult. in. ſeq.* dominum, quod idem eſt. Obſervandi tamen loquendi modi. Dominus ſervum nullius rei poſſeſſionem fabvertere poſſe. Subvertere eſt fraudare, ut in *Carolinum: Qui ſibi conſervi, vel qui alios ſubvertendo proderet.*

Ad §. Differentia inter dominium, *& poſſeſſionem hoc eſt: quod dominium nobis tantum ejus rei manet, qui dominus eſt non vult. Poſſeſſio autem tradita, ut quisque conſtituit nobis poſſidere. Si quis igitur ea mente poſſeſſionem tradidit, ut noſtra ei reſtituatur, debet poſſidere.*

HIc §. eſt ſumme notandus, in quo ponitur differentia inter rem mobilis inter dominium, & poſſeſſionem. Dominium eius manet, qui dominus eſſe non vult. Et deſinet ſi rem non poſſidat, & pro derelicto habeat, alio-

alioquin dominium amittit, *l. 1. & 2. inf. pro derelict.* Eſto aqua eſt ejus, qui dominus eſſe non vult, *l. 11. de reg. jur.* puta, proiectione rei, vel traditione alteri facta ex iuſta cauſa adquirendi dominii, quia nuda voluntas dominio amittendo non eſt ſatis, ſed requiſtae ſallum quaedam, ut *ſupra* dictum eſt, quod pro non falto eſt, ut *l. modo, de eviction. empt. l. cum quis § 1. de ſolut.* quod paulo infra. Illud diligenter notandum Plautus autem in hoc loco in re comparatio, qua utitur *l. pec agnationis, ſup. de poſſ.* quam norunt interpretes in hanc rem. Sicut enim non definit eſſe agnatus, quamdiu nolit me agnatum meum eſſe, aut de quo pepigi, ne agnatus meus eſſet: ita res non definit eſſe mea, quam diu me nolle eſſe rutam, nec quam pignori me eſſe, ſed tua fore. Non mutatur dominium nudo pacto, res non alienatur nudo pacto, *l. 1. conſtitutionis, C. de pactis.* Nudo pacto poſſeſſio nulla mutatur amittitur, nudo pacto, *l. 3. §. in emittendo, ſup. & l. ſeq. in prine.* Facilius, inquam, poſſeſſio amittitur, quam dominium: facilius quod retinetur adquiritur, veluti poſſeſſio, quam quod civiliter, veluti dominium vel obligatio, ſicut & facilius illud, quam hoc adquiri conſtat, *l. 1. ex quo, §. ult. ſup.* Proinde obligatio certis tantum quibuſdam & legitimis modis, non quibuſcumque modis amittitur, *ſi quis poſſeſſ. quemadmodum, & obligat. l. 7. C. de ſolution. & miscellan. anno. public.* Et ſimiliter dominium certis tantum modis amittitur, poſſeſſioni nulli fere certi modi legitimi conſtituti ſunt, ſed poſſeſſio omnis eius ſtatus eſt in arbitrio meo, & voluntate poſſeſſoris. Ex his infert Ulpianus hoc, quod praecipue eſt notandum hoc loco: Nemo poſſidere, qui ea mente poſſeſſionem alii tradit, ut mox vel poſtea ei reſtituatur, quia tunc ipſe voluit non poſſidere, & tamen non debuere eſſe dominium eum, qui dat ea mente, ut poſſeſſor reſtituatur, interpoſita ſcilicet fide reſtituendi, & generalis fiducia, ut ſic in imaginaria venditionibus, quia dominium non amittitur nuda voluntate, & ſic debitor non intelligitur alienaſſe pignus permiſſu creditoris, ſi id alio conſtituto: in re pretio tantum ipſe vel ei poſſidetur, ut ait *hic finis, §. ſuperioribus, quod. modo. pig. vel hypoth. & l. ſen. in C. de diſtractione pignorum.* Et imaginaria venditio ex traditio alienatio non eſt, *l. modo, de interr. empt.* quia & pro non falſa eſt. Denique dixtum non videtur, quod ita demum ſit, ut poſſeſſio tantum adquiratur, quae nobis cum interrallum ſignificat, *ut l. 25. §. ult. de quibus cauſ. manum.* Plures autem valde in *§. ſuperioribus*, verbum, *poſſidere*, ut *l. 1. §. ſi rem, ſup. h. t.* Exemplo. & auctores etiam Baſilicon legunt, *ἐκτὸς ἐὰν μὴ τὸν κύριον τὸν πράγματος, ἢ πανῶς ἐκδοτὴν χάριν ἀπὸ δάνειον*, id eſt, ſi poſſeſſionem; placet, inquam, verbum, *poſſidere*, quia debitor, qui permiſſu creditoris pignus alii vendidit, & tradidit ea mente, ut poſſeſſ. reſtituatur, is poſſidere deſinit. Nunc ergo repoſſidet, ut non deſiit eſſe dominus pignoris. Denique repoſſidet poſſeſſionem, quam antiquata voluntate dominii quam turbas non adquirit excepta poſſeſſione, quia nec id ſuſtinet. Et id ſi propie pertinet etiam *leo qui ſic ſolvit, de diſſol. matrim.* quia inquit, ut recuperet, non dimittere: quia quod ſolvit, non facit accipientis: & ſimiliter nummos non alienat forte datos in credit ſpecies, ut *l. 18. §. nummos* Dominus eſſe non deſinit, qui ſic dat, ut recipiat, definit tamen eſſe poſſeſſor.

Ad L. XVIII. Quod meo nomine poſſideo, *poſſum alieno nomine poſſidere. Nec enim mutis animis cuique poſſeſſionis, ſed factum poſſidemus, & aliunde poſſeſſionem meam facere non videtur eam poſſidere, & alieno nomine poſſidere. Nam poſſidere eaque nomine poſſidemus. Precatore alieno poſſeſſionē praeſtat nimirum.*

QUod eſt initio hujus l. eo nihil eſt vulgatius. Quod meo nomine poſſideo, ſi conſtituero alieno nomine poſſidere, id me vel ſolo animo deſinere poſſidere, alium vero, cujus nomine poſſidere jubeo, ſi velit poſſeſſionem adquirere, id per me incipere poſſidere. Non

A mutu igitur ipſe nihil poſſidet poſſeſſionis, quod nec poſſem, *l. 3. §. illud, ſup. & l. ſup. §. 1.* quia non retinet poſſeſſionem, ſed alium poſſeſſorem miniſtrat meo facio: non retineo, inquam, poſſeſſionem, quia ut ait, aliud eſt poſſidere ſimpliciter, aliud poſſidere alieno nomine. Nam is ſolus poſſidet, cujus nomine poſſidemus. Quam ſententiam etiam Pontifices ſtuerunt in *cap. 8 decretal. de pace, & treuga: Nemo tenetur ſemetipſe, de religione, ſpoliare.* Et hoc, ſi quod meo nomine poſſidebam, conſtituerim alieno nomine poſſidere: non eam ex diverſo, ſi quod alieno nomine poſſidebam, conſtituam poſſidere meo nomine, nihil ago, quia mihi ipſi cauſam poſſeſſionis muto, *l. 5. C. end. tit.* Priore caſu, qui proponitur initio hujus legis recedo a poſſeſſione, dimitto poſſeſſionem: hoc caſu non dimittit poſſeſſionem, ſed mutat, aut fatis agit, ut mutem mihi poſſeſſionis cauſam. Hemque eſt, ſi quod poſſidebam quino nomine, poſſeſſionem poſſidere alterius nomine, qua de re infra in *l. quamvis, hac tit. Sequitur* ibi hac: *Et quamvis alienae poſſeſſionis poſſeſſor nominum.* Uſus eſt ante *nominum* verbo, quod proprie utuntur doceri in procuratore, qui mandatore nobis eſt adquirendi poſſeſſionis. *Pronuntio*, inquit, *alienae poſſeſſionis praeſtat nominiſterium*, id eſt, alieno nomine poſſidet, ut *ſupra* dictum eſt, *ſervus* operam ſuam accommodat, *l. 3. §. procuratorem, ſup. hac tit.* Et procuratur igitur adquirit nobis poſſeſſionem eam adquirere volentibus, puta a procuratore fuerit ea mandata, id eſt, mandatorie, vel nobis rutam habeatibus, ſi procurator fuerit voluntarius, ut *l. 42. §. ult. inf. hac tit. l. 6. §. 1. inf. de procur. l. 8 pap. de negot. geſt.* Nam quae non ita ſunt tuta, qui poſſidet nomine, ſed & qui non poſſidet miniſtero ſuo, operſua, poſſeſſionem non retinet, ſed alienae miniſtrat, alii adquirit etiam ignorari, *l. 1. C. ad. tit.* non etiam volenti, *l. ne quis, ſup. tit. prox.* Procurator ipſe eſt in poſſeſſione, *l. 13. §. ult. hac tit.* poſſeſſor autem eſt is ſolus, cujus nomine poſſidet, id eſt, cui poſſidet: ſibi enim non poſſidet.

B

C

D

Diſſimulus poſſidere vel ſolo animo, ut hic proponitur, etiamſi poſſ non, vel per nos tamen alius apprehendat, & adquirat poſſeſſionem. Si ſi rem retinebat furioſi, quem ſui mentis eſſe exiſtimabam, nec ego poſſideo, quia animus, & corpus poſſidere deſit, & ne habito tradita: neque furioſus, qui non habuit animum a me accipiendae, & adquirendae poſſeſſionis, *l. 1. §. 1. ſup. h. t.* Nec ſervus poſſidet vicem. Poſſet quis dicere: ego, inquit, me non deſinere poſſidere hac ratione, quia furioſus, in quem animus meus, non transferendae poſſeſſionis, eam adjicit non potuit: & quia fab conditione videor poſſeſſione ceſſiſſe, & eam, ut, qui tranſferat, adjicit poſſeſſ. Sed non animum habere ceſſus videndum eſt ait, quia non potui eum animum habere, cum vacuo traditionis nitiore, cum exiſtimarem, eum fut mentis eſſe. Denique ſi ſervum poſſidentem tradidiſſe puto, non conditione. Conditionem facit voluntas ſola: atqui ſaciendae conditionis in me voluntas non fuit, per errorem accipientis inſtrum pro laeto, qui error facit erepit, & occupat mentes hominum, quoties furioſi ſunt conſtituti, ut ait, *ut poſſidentis intentionem quaeret*, id eſt, quoties videntur veluti ſub umbra, & imagine quadam quae mentis eſſe, quod genus ſequendi alibi non meminit me legere. Id accidit furioſis, tribibus, & demiſſis, qui mente capti dicuntur, *κατὰ τὸν ἀνεμιαῖον, ἢ ἀνεμιαῖος*. Nam hi, quoram temporis interpoſiti quiete intervallum fuere, certe intuitum, & id eſt, intermiſſi furoris tempore poſſeſſionem adquirere poſſunt, ut teſtamen-

ta ſi-

ta facere, & alia quæcunque negotia contrahere, tanquam si fani. Ubi conſtarer, me fub conditione de poſſeſſione re-ceſſiſſe, puta, ſi poſſeſſio tranſiſſet mortuo ad accipientem, ea non tranſlata, vere dici poſſet, me non deciſſe poſſi-dere. l. 34. inf. hac tit. poſſeſſio ſub conditione reſti po-teſt acqui res, id eſt, proprietas. l. 58. §. 1. inf. hac tit. At in hac ſpecie poſſeſſionem dimiſi pure, quia exiſti-mavi me eam tradere homini ſano.

Ad §. Si venditorem, quod emerim, *deponere in meis domo juſſerim, poſſidere me certum eſt, quamquam id rerum dom ar-tificiorii: aut ſi vinum mihi fundorum meorum accipiendum vene-rim demonſtret, vacuumque ſe poſſeſſionem tradere dixe-rit: non minus poſſidere capit, quam ſi pedem fruſtum inſtiſſem.*

POſſeſſionem docet adquiri, non tantum mana, ſive attactu, vel pede, puta ſi res mobilis tradatur de ma-nu in manum, vel ſi quid immobile, aut res immobilibus, inque eam ingreditur, & pedem ponat, veſtigia ſtat: fed etiam, ſi quid intercedat, quod tantundem præſtet, ut-pura ſi juſſero venditorem rem mobilem mihi vendtam deponere in mea domo, & depoſuerit, licet nondum eam rem ego attigerim, vel alius quiſquam meo nomine, tamen eam poſſeſſore videor tam cito mea fe, & ſub cuſtodia mea. Denique nihil intereſt, inferatur ea res me vobente in domum meam, an mihi tradatur in manum. l. 3. pap. h. pr. inf. Item, ſi fundum mihi, aut vicino venditum, vicinus mihi demonſtret ex turre mea, & dicat, *ejus fundi poſſeſſionem vacuum mihi tradere*; hic conſtabit fundi, & hæc demonſtratio, hic ſermo venditoris non minus poteſt, quam ſi in poſſeſſionem ejus fundi poſuiſſem pedem. Venditoris oſtenſio vice eſt indufionis, & traditionis: ſunt enim hæc pene vice, ut l. 1. §. penult. ſup. h. pecuniam, de fidei. Et ita bodie ex hoc, ut opinor, loco in uſu eſt, ut intelligatur quis apprehendiſſe poſſeſſionem fundi, ſi fundum mihi, aut benefici Eccle-ſiæ, & alibi publice ea de re habitis.

Ad §. Si dum in alia parte *fundi fuero, aliut quis eiam animo poſſidendi intraverit: non deſiſſe illius poſſidere exiſtimam-dum, ſum, facile expoſitionis ſtudioſis, ſimul ſolvo.*

Rurſus, ſi eum magnopere in ingreſſu poſſeſſionis, cum tan-tummodo patrem, quam intraverit, obtinet.

IN §. nic. hoc oſtenditur, ſi cui in alia parte fundi eſſem (facio fundum eſſe latiſſimum) quidam aliam partem eum ingreſſus ſit poſſidendi animo, non ante me poſſeſſionem ejus partis amittere, quam id reſciverim, l. 8. §. ſi quis, h. tit. inf. autequam id reſciverim, & il-lum exceſſiſſe nequiverim, aliquin quamdiu facile mihi eſt eum finibus expellere, & partem illam poſſeſſi-nem retineo, vi autem vel clam occupata parte fundi mei, ubi id cognovi, nec facile potui prædonem expelle-re, non totius fundi poſſeſſionem amitto, ſed partem illius tantum, quam prædo occupavit. Ergo nec prædo poſ-ſidet totum illum fundum, fed partem illam tantum: & tamen ſi huna fide inſta ex emtione partem fundi intraverit animo poſſidendi totum fundum, totius fundi poſſeſſio-nem adquiro, l. 3. in principio. ſup. Cur tam varie? Strictius certe accipiunt poſſeſſionis adquirendæ jura, nec eft va-rietatis alia quæreada ratio. Inſulta poſſeſſio quod ejus fieri poteſt, conſtituar & comprehendatur: de qua recipera-da quam in promptu eſt interdictum de vi, vel de clande-ſtina poſſeſſione.

Ad L. XIX. *Qui bona fide alienum fundum emit, eundem a domino emdendi. Quare rurſus definat poſſidere, an non. Reſpondit: in promptu eſt, ut poſſidere deſierit.*

Ad §. Quod ſcriptum eſt apud veteres, *nemineni fibi exem-ſum poſſeſſionis poſſe mutare: credibile eſt, de eo cogitaſſe, qui ex empto, & animo poſſeſſionis incumbens, hoc ſolum ſtatuit, ne alia ex cauſa id poſſideret, nam ſi cauſa demiſſa poſſeſſionis prima, ejuſdem rei domo ea alia cauſa poſſeſſio-nem nanciſci poſſit.*

A EX initio hujus leg. hoc intelligimus, deſinere non poſſidere rem alienam, quam bona fide emimus, & accipimus à non domino, ſi poſſeſſionis conductimus a vero domino, cognito vero domino: quo gratere (ut dicit Celſus in leg precedente) non muto mihi cau-ſam poſſeſſionis, ſed deſino mihi poſſidere: ubi ſit mu-tatio poſſeſſionis, deſino poſſidere, & verum domi-num poſſeſſorem manifeſtum mihi facio. Huic ſenten-tiæ ſimile eſt, quod ſcr. l. 2. §. 2. inf. hac. Si à fructua-rio vagari, ut mihi rem poſſidere liceat: ego ſolo poſſideo, non dominus. Sed, ſi poſſeſſio eam rem conti-nens à domino per mercede, poſſideo illi tantumo retro recurrit. Conductor enim non poſſidet ſibi, ſed domino five locatori. l. 1. C. ne in alienum. l. 3. C. de pre-ſcript. 30. ann. Et ſic venditor, qui rem vendi-B dum tradidit conduxit ab emptore, eam emtori tra-didiſſe videtur conditionis gratia. Conditio ſpe-cies eſt traditionis. l. 9. in fine. ſup. ſervi fol. Ita ter-tio uſufructus, ſi venditor rei venditæ retinet uſum-fructum, ſpecies eſt traditionis. l. 30. ſupra, C. de donatio-nib. Itemque ſi venditor precario rogaverit emptorem, ut in poſſeſſione ſit. Nam & hoc genere emptorem poſ-ſeſſorem facit, l. 21. ſup. pr. inf. Et hoc eſt, quod habetur pronte parte hujus legis. In poſſeſſorio parte oſtenſiva, eam non mutare ſibi cauſam poſſeſſionis, quod & jam dixi ſupra, cui eam dimittit, deinde ex nova cauſa re-nanciſcitur, non eſt, credibile ſperneret, & poſſeſſionem non mutat, fed reſtituat animum. Regula vetus, quæ ve-tat me quis ſibi ipſi cauſam poſſeſſionis mutare quæ-C nam habet leges. Idque exempla poſſeſſionum depoſitæ voluæ, & depoſuit: fed ubi quis id egit, ut poſſeſſionem reti-neret, fed ex alia cauſa, quam ipſe ſibi adhuc gerat folus, ut poſſeſſionem pro donato, quod poſſidebat pro em-ptore, ut poſſideret ſuo nomine, quod poſſidebat alieno, l. 5. Cod. inf. quod poſſidendo uti, ut poſſidere alteru, ut ſtringo, *nemo poteſt ita ſibi ipſi mutare cauſam poſ-ſeſſionis*: & ita illa regula accipienda eſt, cujus ſeregues eſt meutio in jure.

Ad L. XX. Si quis rem, quam utendam *locavit, vendiderit, emptionique tradi juſſerit, nec illa traditi erit: aliut videbitur poſſidere ſibi locatore interrogaſſe, aliut contra: Item, an tunc quoque tamper dominus animitio poſſeſſionem, cum reſ-ſiones ei nonnumquam non reddit. Quid enim, ſi alio quoque-modo fuit poſſeſſionem amiſerit, non reſtituit, aut uſurpat, ut poſſeſſionem ejus intervertere?*

D EX 10. eſt de commodatario, qui rem commodatam ei, cui dominus eam vendidit, jubente domino tra-dere detreſtat, an videatur eius res furtum facere, hoc eſt, dominus cefſit poſſeſſionem interverere: an nihil aliud eſt, quam poſſeſſionis interverſio, l. 1. §. Stradet. Si quis teſtam. lubet. *ipſe facere*. Et habuimus jam ſupra de depoſitario cauſam hujuſmodi in l. 5. §. 1. h. tit. Ut autem depoſitarium, verum eſt ei depoſitæ furtum non facere, & conſequenter furti non teneri, ſi depoſuit abnegaverit, ſi rem depoſitam reſpicere domino red-dere noluerit, nifi etiam lucri faciendi cauſa eam rem contrectaverit: ita commodatarius rei commodatæ fur-tum non facit nifi lucri faciendi cauſa eam rem contrectaverit: ita commodatarius rei commodatæ fur-tum non facit nifi lucri faciendi cauſa eam rem contrectaverit: ita commodatarius rei commodatæ fur-tum non facit nifi lucri faciendi cauſa eam rem reddi-E eam non reddit. Potuit eam & hic, & ille juſtam, & rationabilem cauſam habere non reddendi, ut ſi res in urbe reponenda hic, in provincia ſit, vel ſi poteſtas ciſtæ, vel arce, in qua res eſt, nunc feculus non ſit, quod & de colono Marcellus auctor hujus legis, cuius libro ſimiliter ſcripſi in l. colonus, de us & fr. ubi Co-lonum, qui eum, cui locator fundum vendidit, jubente locatore non admittit, qui probabiter fundum ingredi volentem, quæ probabiliter vis eſt, ut dixi in l. 6. in fin. ſup. non teneri tamen interdicto unde vi, ſi juſtam, & proba-bilem cauſam id faciendi habuit. Hoc loco ait, *retinendum: ille, prohibitum*. Quæ igitur probabilis, eadem & rationabilis. Idemque de depoſito Marcellum ſcri-piſſe rodem (ut opinor) libro conſtat ex lege 1. §. ſi

autem, ſup. depoſ. Ergo commodatarius rei commodatæ furtum non facit alter, quam ſi iuſticiationi adjunxerit con-trectationem exemplo depoſitarii, d. §. ſi rem. Et refle Mar-cellus hic, alios videri commodatarium poſſeſſione domi-num intervertere, & per hoc dominum poſſeſſionem amit-tere, ut ſi furtandi animo rem commodatam loco moverit & abſconderit: alios contra, ut ſi ea juſta cauſa rem repo-ſuerit dominus confeſſim non reddiderit, nec contreſtaverit tamen furti faciendi cauſa. Nec enim furtum eſt ipſa inſti-catio, licet *ipſe furtum fit, ut furtivum, & furti. ſicut* leta culpa non eſt dolus, ſed prope dolum, l. 32. mand. & in conſuetudinibus Normannorum ex *Alexandro* eſt quidam etiam malæ fidei ſumptæ ex jure noſtro? *ut ait ille, tenuiora quæ de leſebus ne ſoia ponit latius, ſi eſt-ce quid a quibus fervor de lucro.*

Ad L. XXI. Interdum eius poſſidemus, *cujus ipſi non ha-bemus, alio modo poſſidemus, videlicet ſi ab eo, qui habet rem poſſidebat, antequam dominus fieret, precario ab ho-rede eam rogavit.*

UT facilius intelligatur, quod eſt initio hujus l. ſcien-dum eſt tribus modis poſſeſſionis pro herede hiſtarum aut videri aut incipere. Nam ſi res hæreditarias bona fide pro-pro herede poſſidere dicitur, & putatitiue, id eſt, qui ſibilo putat ſe heredem eſſe: itemque si, qui ſcit ſe heredem non eſſe, & ſingit tamen ſe heredem eſſe, l. 20. §. 1. inf. hac. Unde & quod proponitur initio hujus legis, ejus rei poſſeſſio-nem, cujus ipſe poſſeſſionem non habemus, alii non tra-dere poſſe. Idque exemplo rei hæreditariæ à fe alienatæ: ſtatur: ſi rem poſſideram pro herede, per errorem exiſti-mans me heredem eſſe: & antequam ea rem poſſidere-mus fatis eſſe (alioquin poſt uſucapionem in ea re præ-cium, & quo fubſiſti, non conſiſtere.) Si igitur eam rem ante uſucapionem tradam alteri pro herede, vel quod idem eſt) ſi eam rem precario rogaverim a vero herede, ut in ejus poſſeſſione eſſem, eidem eam rem poſſidere, l. 6. in prin. ſup. pro empt. Et incipio rem hæreditariam poſſe-nem eam vere poſſidere pro herede, quem ego tamen vere non poſſidebam pro herede. Denique ſic fit, ut poſſeſſionem ejus rei habeam, quam ipſe non habui, facto meo heres nanciſcatur & habeat: ut, inquam, vera hæres talem poſſeſſionem habeat, qualem ipſe non habui. Dominium transferre, interpoſita re mea, vel in domi-dum etiam vendendo, & tradendo præbet alii, tranſfer-que in alium, ut puta, creditor pignoratius pignoris, proprietatem pignoris, ſi id ſua non habuit, vendendo & tradendi, l. non eſt ſimum, ſup. pign. tit. prox. Vel ſi quis alius rem alienam alii tradendi voluntate habuit, l. 20. §. ult. quib. mod. pign. vel hypoth. fol. Dominium quoque uſusfructus, qui plenus iure rei dominus eſt, tranſfert in alium, cefſo ipſe uſufructu, quem tamen ipſe non ha-bet, aut quem uſumfructum, ipſe non habet, qua ne-mini res ſua ſervit, l. quod noſtrum, de uſufr. Et ſimili modo (ut opinor) dominus poſſeſſionis, quod non habemus, id eſt, qualitatem poſſeſſionis, quam non habemus, transferimus in alium: ſicut & qualitatem uſusfructus, quam non habemus, in alium transfer-quam prædium homini debet, non etiam poſſeſſio-nem, quam nullam habemus, non uſumfructum, quem nullum habemus, quod non habemus poſſidemus pro herede veram, habemus tamen putatitiam. Item, etſi non habemus uſumfructum formalem, ut DD. lo-quuntur, id eſt, qui jure hæreditario competit, habemus tamen uſumfructum cauſalem, qui competit jure pro-prietatis, l. 12. §. pen. de excuſ. tut. *poſſe. Dominium* ſeimus triplex: dominium proprietatis, dominium uſusfructus, dominium poſſeſſionis, ut l. 4. C. de prob. *Proprietatis dominium*, inquit l. *ſi actis ſup. quib. mod. tolitur. comm. l. in venditore, inf. de rebus auctor. jud. poſſid. l.3. ſi ſeſuſt. pet. l.n. C. Theod. de ſum. mater.* Ubi dominium poſſeſſionis, & l. 1. C. *Gregor. De uſufructu, nec ver empta fuerit.* Poteſt addi quartum dominium uſus. Ut Seneca 7. *de benefic.* & locatorem & conductorem

A ait ejuſdem rei eſſe dominum, *alterum rei*, inquit, *alte-rius uſus*. Et hæc genera dominiorum etiam Paulus Caſtrenſ. agnoſcit in l. 17. §. 1. ſup. Latius patet dominii, quam proprietatis nomen: ſi cum ulla eſt illi diverſitas inter proprietatem & dominium: & fruſtra de alia dif-ferentia DD. (ut dixit §. *nihil enumerant*) ſollicitus in-quirunt. Porro ea initio l. 1. dominium eſt, poſſeſſorem fundi, vel alterius rei, qui precario rogat dominum, ut in fundo ſit, ut in fundo moretur, deſinere poſſidere, & dominum poſſeſſionis transferre videri, quod non pro-bat l. ſi. in pr. inf. pro empt. Eademque vis eſt conduito-nis, ut qui rem, quam poſſidet, conducit a domino, de-finat poſſidere. & dominum poſſeſſionem faciat, ut in d. l. 3. ult. quem expoſui in l. 19. ex no. ſup. *Iocatum, & ſub-locatum*. Et ſic *uſufructuarius*, ſi uſufructus, l. *uſufructu*, 3. de *dam.* Et in precario quidem hoc ita procedit, ſi poſſeſſor, qui poſſidebat pro emptore, vel pro herede, dominum precario rogaverit, ut ſibi poſſeſſionem & curam re-non poſſidebat, dominum precario rogaverit, non ut eſſet in poſſeſſione, ſed ut poſſeſſionem liceret, ipſe ſolus poſſideret, qui precario rogavit, ut aperte indicat in l. 6. 9. ult. & ſpecies l. *qui pignoris, inf. h. t.* quæ breviter eſt explicodi: ſi debitor poſſeſſionem pignoris ceſſerit creditori: ſi poſſeſſionem amiſſe intelligunt ex folus creditor poſſidet. Una tantum eſt cauſa, in qua debitor poſſidere intelligitur pignus, cuius poſſeſſionem cef-ſit, creditori videlicet, ut eam rem, quæ mea propriu-nem impiere poſſit, quaſi non interruptam datione pi-gnoris. Quod utique procedit multo magis, ſi debitor poſſeſſionem ea pignoris poſſeſſionem ceſſit, precario rogaverit, ut pignus poſſideret. Et ſane hoc caſu, quia ſolus ipſe poſſidet, ſolus & debitor poſſidet uſucapionem, cum eſti creditor poſſideret, non debitor, ipſe complete uſucapionem.

Ad §. Quod ex naturalioqui expoſitum eſt, *nemo poſſeſſionem poteſt: quamiam non eſſ in derelicto: ſed in deperdito.*

QUod eſt in §. 1. hujus l. longe aperitus eſt. Qui alienum rem bona fide poſſidebat, ſi eam rem pro derelicto habuerit, poſſeſſionem, qui aquaverit illam ita-lo pro derelicto, uſucapere poteſt. Hoc eſt certiſſi-mum ex *eis. pro derelicto*. At non idem dici poteſt, ſi quis rem alienam bona fide in mea, vel in domo mea, qui id poſſidebat, id non habet in derelicto: D etiamſi derelictum ſe eſſe putet, ſed id habet in depoſi-to interim, quoad tandiquam ſuum collegerit: itaque pro derelicto id uſucapi ab alio non potelt. An quod perdidimus, dicimus non habemus per contrariu? Minime vero cum ſimus id inquiſiti, & ſi inventi-emus, abſtulerit. Eadem ratio eſt ejus, quod quis navis levandæ cauſa, & fere ſaltuis navis propter eam. Eadem ratio, inquam, eſt eius cauſa jactarum fere ſaltuis fuæ cauſa, quas non potest videri id pro dere-licto habuiſſe, quod temporis cauſa interim abſit, poſſea extraftarius per uſtatores, per *wanderers*, vel alio modo recuperare. l. 2. *vale. lib. ad leg. Rhod. de jallu, l. pen. de prætor. pen. derel.* Quod ſeruper ita intelligendum eſt, ſi hæc mente fuerit, ut quandocunque id recipere i alius contet. Potuit enim habet animum derelinquendi E & ejectus de ea re, quam perdidit, quamvis non ſperet, ut (quo exemplo Doctores utuntur) ſi protecerit libros, quorum difficilis recuperatio eſt. Et ea etiam diſtinguat *lex ſeſſus*, ſi. *pen. de fur.*

Ad L. XXII. *Non videtur poſſeſſionem adeptus is, qui ita noluit eſſ, ut eam retinere non poſſit.*

QUærtur in l. 22. hic verſus: *Non videtur poſſeſſionem adeptus is, qui ita noluit eſſ, ut eam retinere non poſſit.* Huic ſententiæ locus eſt, ſi non ex juſta cauſa poſſeſſionem adeptus eſt, atque adeo in eam rem non poſſidet intelli-dio unde vi, vel de clandeſtina poſſeſſione, vel quo alio judicio poſſeſſionis recipiendæ cauſa, ut quemad-

mortuum possidere videtur, qui habet interdictum ad re-
cuperandum possessionem. *L. 17. in princ. fin.* Ita ex con-
trario possidere non videatur is, a quo per interdictum,
vel per actionem hypothecariam, possessio avocata petetur.
L. 4. §. ult. & §. ferè sum, & §. si dominus, tit. seq. l. 3. in princ. de alimento. empt. & vide, si libet, de hac sententia. *Obsere. l. 49. cap. 12.*

Ad L. XXIII. *Cum heredes inſtituti ſumus, adita hereditate, omnia quæ mortuum pro ſe habuit, tanquam noſtra fiunt, nihil naturalibus exceptionibus, ad nos non pertinet.*

I Nitio 1. 23. proponitur una differentia inter dominium, & poſſeſſionem, & altera in §. 1. de quibus nihil ante dictum eſt, & ſunt illis, de quibus ante dictum eſt, con-
jungenda. Prior differentia hæc eſt: Aditio hereditatis jus, & dominium univerſum rerum hereditariarum, quod defunctus habuit, ipſo jure transfert in heredem. Poſſeſſionem autem, quæ res eſt facti, & animi potius quam juris, & ideo nec hereditatis, quamdiu jacuit, ſuiſſe intelligitur, *l. 1. §. Scævola, ſi quis teſtam. lib. 28. de poſſeſſionem*, inquam, aditio hereditatis in heredem non transfert. Itaque prater additionem, corporali apprehenſione opus eſt ad hereditariarum rerum poſſeſſionem adquirendam. Dominium adquiritur poſſimimio reverſurum non ſolum ſolutæ mutuæ pecuniæ, ſed & ſervi, & cæteræ res, quæ ſine traditione ad alium pertinere cœperunt. Nam & aditio nulla voluntate percipitur. Poſſeſſio non adquiritur ſine facto, nec enim ad eam adquirendam nuda voluntas ſufficit. Hoc de hereditate propria, quæ nobis ante aditionem fuit. Quæ in alio herede, idem juris eſt. Lo extraneo eſt neceſſaria aditio, ut heres fiat, vel pro herede geratur: in filio & ſuo heredi eſt neceſſaria, *l. in filio, & de filio & hæred. hered.* quia ipſo jure heres exiſtit. apparet conſeſſim, etiam invitus & ignorans: eaque exiſtimia, ab heredis, ſuiſſe, *ſive ανάγκην* (ut Græci loquuntur proprie) ea, inquam *ανάγκην* ſui heredis ita quidem univerſum ſtatum a morte parentis in ſuum heredem transferre, ut & hereditatis proprietatem. Poſſeſſio non adquiritur ipſo jure ſine naturali apprehenſione, & contra ea noſtrum plane eſt hoc bodie in more poſitum apud nos, ut defuncto protinus poſſeſſio ipſo jure tranſeat ad quemcumque heredem. Et hoc minimum eſt, quod vulgo dicitur, *le mort ſaiſit le vif*. Id vero maxime eſt commune cum noſtris, contraque naturam poſſeſſionum, tamen ex jure noſtro perperam introlledo dictum videtur, puta ex *l. cum minor, ex quib. caus. maior.* quæ ait, poſſeſſionem defuncti quaſi jus ſuum defendere ad heredem: ubi tamen poſſeſſio non poſſeſſionem ſignificet, de qua agimus, & de qua hic tituli eſt, ſed uſucapionem, ut *l. denique, l. ut ergo, l. penult. tit.* Quam quidem uſucapionem utique verum eſt comprani a defuncto procurere, procedere, & complere etiam ineunte hereditate, ſecundum ea, quæ ſuperius dicta ſunt, ut jure ſingulari recipiam & confirmatum eſt, *l. nunquam, §. ultimo, l. 1. capitem l. ſuphi, §. nondum tit. ſeq.* Et ita illo loco *poſſeſſionem* accipit, ſalva evidentia ejus, quæ ſequuntur, offendunt, *poſſeſſionem defuncti, quaſi jus ſuum defendere ad heredem*: Sequitur, *Et plerumque nondum adita hereditate completur*. Complori verbum eſt, quod temporis conſignificationem habet: compleri ſcil. tempus legibus conſtitutum, quod utique in uſucapione requiritur, ut temporis beneficium adſit. Ideſt, per poſſeſſionem legitimi temporis dominii adquiritur, quod eſt uſucapio.

Ad §. In his, qui in bonſim *poſſeſſores perveruerunt, in re-*
rumdi jure rerum hæreditas jus eſt. Corporaliter
tamen poſſeſſionem amittunt. Neque enim poſſunt videri
aliquid poſſidere, cum ipſi ab alio poſſideantur. Sequi-
tur ergo, ut recepta hic non minus poſſeſſione quæ ſit, eatenus
tamen medio tempore res eorum poſſideatur.

IN §. 1. hujus l. additur alia differentia inter dominium, & poſſeſſionem. Cives, qui bello capti ſunt ab hoſtibus, dominium rerum ſuarum, & jura omnia retinent propter ſpem poſtliminii, quæ ſpes *caſta conſervatione ſi ſervo teneatur*, id in peculio ſervi eſt. Et peculium, *quod ſervus civilibus quidem poſſidere non poſſet, ſed naturaliter tenet, dominus creditor poſſidere. Quod vero ne naturaliter apprehendatur, id ab dominis poſſeſſionem ideo non patimur, quia nec peculii conſum appellandus.*

Quia feliciet uno verbo, puta, Spondeo, obligamur. Marcus Tullius pro Caecina: *Si ea res, quod ſponſalia, quae in re ſe non verbis obligarit, id non ſolet ratum eſſe? Sine nulla religione factum condemnatur*. Sequitur in definitione. *Quae neceſſitate adſtringitur alicuius rei*. Sic. Hoc eſt effectus civilis obligationis, ad quam beneficio actionis obligatio perducitur, quoniam actio ex neceſſitate redditur in rem, *l. 1. §. 1. inſt. de obligationibus*, *de verbor. obligation.* A qua re Ariſtoteles *3. §. Sitchon*, Theophilus communiciter dictas *ἀναγκαῖ*, quod ſolvere iuvet, & quaſi praecipue ad eam rem ſit. Contrahitur ſcitur vero, quoniam optimi auctores Graeci nunquam dixerunt *ἀναγκαῖ* (hoc verbum eſt Latinigrecum) ſed dixerunt *ἔσων*. Eleganter *l. 1. de condictione 13. §. ſi ſervum, ampr.* & ad haec definitionem accommodatem, tatione non adſtringat: neceſſitate feliciet juris civilis, ut *vpris illa demonſtrant*. *Ferendum eſſe civitatis iura*: quae melius ad neceſſitatem illius referuntur, quemadmodum ficienda ſolutionis: Hinc quoque natura, ſit neceſſitas nulla eſt. Obligatio igitur definitur ea tantum, quae non adſtringit, quae non ſolvit nulla qua civili & legitima, quia non quilibet quaſi neceſſitas ſervi aut adſtringat, non cauſa poſſi conventi, non cauſa contractibus, non quaſi neceſſitas, non adſtringit ſolis naturalis aequitatis. Et obligatio quoque huius generis, id eſt obligatio juris civilis, non naturalis a Caio dividitur initio legis *Iuris*, *§. hic. Obligationum inquit, aut ex contractu naſcuntur, aut ex maleficio*. Ulpianus dixit, *ex delicto naſcuntur*, *§. 13. infr. hoc tit.* Item Cajus ex culpa, *2. Inſtitut. aut quaſi ex maleficio*, inquit, *ex variis cauſarum figuris*. Baſilica: *ἐν ἀνάγκαις τῶν ἐπιβαλλόντων ἐκ ἀδικημάτων*, *ex neceſſitatibus quae ex variis exſtit*. Et ex quotundam opinione Accurſius refert, hoc eſſe obligationes, quae ſine ex quaſi contractu, vel ex quaſi maleficio. Triplex hic verbi ſecutus, & dicit quaſi ex contractu, & quaſi ex maleficio, & erit verſiſſima interpretatio hanum verbi, quam ſeries ipſi, quo utitur Caius in tradſtione hujus rei quotidianae, fatis confirmat. Primum enim lib. 2. Caius id eſt, in hoc l. explicat, quae ex contractu naſcuntur, id eſt, in *l. 1. §. 4.* quae ex maleficio naſcuntur, quo exemplo de Juſtinianus in inſtitutionibus propriam, & ſeparatim librum dat de obligationibus, quae ex maleficio naſcuntur, cum eodem libro 3. id eſt, *l. 5. inſt. hoc tit.* quo non proprie ex contractu vel ex maleficio naſcuntur, ſed quaſi ex contractu, & quaſi ex maleficio: quae ſeries & continuatio, fine connexio, non magis verboroeus, quam digito oſtendit aut extrema verba declarant, *ſecundum noſtre ciuitatis iu- re*. Nam juris naturalis non adſtringunt neceſſitate *l. 3. §. fideiuſſor 50. de condict. indeb.* Aliud fieri vinculum naturale, quod vinculum aequitatis dicitur *l. Si- ciuium*

A Ro & innumera exempla. Naſcuntur enim ex variis & innumeris cauſis, quae proprio quadam jure naſci dicuntur, quaſi feliciet ex cau a proprii cuiuſdam generis, quae neque contractus, neque maleficii nomen habent, ut *l. negotia 19. de propriet. verb.* Contractus, qui nomine vacat, dicitur negotium quoddam proprii generis. Certea, quae ſcripſit ad hunc locum circumſcribenda fuit tanquam impreſſima, & longe diverſa, non B obligatio naſcitur ex, quam quod ex Hugolino refert, hoc verbo, *Ex variis propriis quibuſdam fure*, accipi poſſe de condictione furtiva: Primum hac verba fiunt de obligatione, non de actione, & non de una, ſed de variis, & ex cauſis variis, quae defendit obligatio, at- que condictio etiam, nuſquam dicitur, ut ſcripſimus ſupra, naſci ex contractu ſimul, & ex maleficio, quaſi B obligatio naſcatur ex re mobili furtiva, *l. ſi mihi commodatum, 1. §. non, per. com. l. ſi. ſimbo 10. §. quoniam, de condict. furt.* Et quod abſolute aut, condictionem furtivam in heredem furis dat; etiam falſum eſt, ut patet ex *l. 9. §. ult. inſtitutis l. ſep. de rat. rat. diſtrach.* quis docent, tranſire in heredem furti, niſi feliciet, quod ad eum ex furto pertenerit, vel niſi lis cum fore contellata fuerit, vel etiam ſi lis ex bona cauſa fur, dum viveret, conventus fuerit, & interpellatus, *l. contractuum 89. l. ult. hoc tit.* Ita accipiende ſunt haec cauſa, quos excepi, leges, quae dicunt, condictionem furtivam in heredem dari, *l. 5. §. de condict. furt. l. cauſa, §. finale, rerum amot. l. ult. Inſtitut. de obligat. quae ex delict.* Falſum etiam eſt hi ver- bis; *Aut quaſi ex maleficio naſcuntur*, ſignificari obligationes, quae exiſtunt ex pactis contractibus adjectis incontractu ipſo, cui adjecta ſunt, ſed ſignificari obligationem vel actionem proprium, ſed ut ait *l. ſanctiones 7. §. ſi ſervus, de pactis*, formam ipſam actionem, quae feliciet ex contractu venit: formam actionis: Ergo contractibus actionem formant, non etiam ſignunt novam actionem, ut ſupra dixi. Et etiam quod ait: pactum eſſe contractum, hoc falſo ipſo falſum eſt. Sed & naturae pactum a contractu ſeparatur. Contractus enim pariit actionem, pactum parit obligationem, neque tollit, nil legitimum ſit, id eſt, niſi ex cauſa certa, & C quae ſit contractus, ſcripta, quibus etiam ex pacto nudo naſcitur, vel tollitur obligatio, neque contractus ſi vis vis effectibus voces pacta, nec retro etiam pa- D ctis contractibus ſit actionem, quae ſit contractus. Falſum quoque eſt, his verbis ſatisfieri contractuum obligationes. Num ordinaria tamen hoc libro & tradit propoſuerat, extraordinaria proprie titulo de *extraordinariis cognitionis*. in quo quod promiſit, quae eſt quaſi ex maleficio, in *l. ult. §. ult. ſi pecten locus ſpum fec.* non ideo adſtrumdum eſt, ut alibi extraordinarium, cum quo cauſa in Rubrica ſeparatur ab ordinariis, ſed ut eam conceptu eſt Rubrica, *de extraordinariis cognitionibus*. *Et ſi per hoc ordinarium fuerit, ut ſupra exſtit*. Et ex quorundam opinione Accurſius refert, hoc eſſe obligationes, quae ſine ex quaſi contractu, vel ex quaſi maleficio. Triplex hic verbi ſecutus, & dicit quaſi ex contractu, & quaſi ex maleficio, & erit verſiſſima interpretatio hanum verbi, quam ſeries ipſi, quo utitur Caius in tradſtione hujus rei quotidianae, fatis confirmat. Primum enim lib. 2. Caius id eſt, in hoc l. explicat, quae ex contractu naſcuntur, id eſt, in *l. 1. §. 4.* quae ex maleficio naſcuntur, quo exemplo de Juſtinianus in inſtitutionibus propriam, & ſeparatim librum dat de obligationibus, quae ex maleficio naſcuntur, cum eodem libro 3. id eſt, *l. 5. inſt. hoc tit.* quo non proprie ex contractu vel ex maleficio naſcuntur, ſed quaſi ex contractu, & quaſi ex maleficio: quae ſeries & continuatio, fine connexio, non magis verboroeus, quam digito oſtendit aut extrema verba declarant, *ſecundum noſtre ciuitatis iu-* figuris ſignificari eas obligationes, quae naſcuntur quaſi ex contractu, vel quaſi ex maleficio, quarum fuut ra-

alix ex contractu alieno, veluti ex contractu eorum, qui sunt in nobis potestate: & de iis quæ nascuntur ex contractu proximè dicemus.

Ad L. I. §. Obligationes ex contractu, *aut ex contractum, aut verbis, aut consensu.*

TRigam facit in hoc §. obligationem ex contractu, ut in *l. 14. ref. loc. tit. & in l. 6. Cod. de pactis.* & *l. 2. de fideiussor. lib. 8. ex consensu.* Justinianus in Institut. facit quadriparti, adjecit namque obligationem, quæ fit & constabitur literis; ac facerit etiam ipse Cajus quadripartam. Namque quæ Cajus tribus superioribus attexerat eam, quæ nominibus contrahitur per scripturam mensæ argentariæ: at Tribonianus eam omisit, quia in defuetudinem abierat, ne que tamen eius loco eam reposuit, quæ jure novellimo in locum eius succesit, quæ nudis literis contrahitur. Adsuit vetustas antiquum nomen contractus literalis, quam addere: fuit in eo religio quædam, & tamen locis innumeris reliquit mentionem contrahorum nominum, ut in hoc ipso titulo, *l. nec figurum* 38. omnino videtur pertinere ad obligationem contractam nominibus, de qua etiam nominibi commemorat Justinianus in Institut. initio tituli *de liter. obligat.*

Ad §. 8. Re contrahitur obligatio *mutui datione*. *Mutuum autem datio consistit in his rebus, quæ pondere, numero, mensurave consistunt: talent vino, oleo, frumento, pecuniis numerata, quas res in hoc dumtat, ut fiant accipientis, pilleat alias recipiat ejusdem generis & qualitatis.*

RE contrahi obligationem ex contractu Cajus hic docet, & Justinianus in Institut. ex quatuor contractibus, mutuo, commodato, depositio, pignore: quibus adjecit Justinianus, ex quibus re obligatur is, qui mutuum, vel commodatum accepit, vel pignus, vel quibus sibi datum, aut traditum accepit: & depositum quidem, commodatum, & pignus constituit in omnibus rebus, non item mutuum. Mutuum enim datur in his tantum rebus, quæ pondere, numero, mensurave constant. *l. 2. §. 1. & seq. eod.* Mensura constat vinum, oleum, frumentum: numero, numero. Pondere Cajus unum rerum exemplum, quæ pondere constant, veluti æris, auri, ferri, argenti infecti, qua erat evidentissimum. Vinum, oleum, frumentum datur in amphoris, aut metretis, aut modiis certis, & ita datur ad mensuram. Nummi datur ad numerum certum, mercilla ad pondus, sive ad libras certas. Omnes res, quæ pondere, numero, mensurave constant, quod est, constant, non corpore quod habeant, sed qualitate, magnitudine, materiæ, id est, pondere, numero, mensurave, *l. 1. §. non ideo, & ad leg. Falcid. l. 2. in pro mutuum, & ibi Bart. & Salic. l. quod saepe, 9. in hoc, de contrah. empt.* Ac pecuniæ quidem numeratæ mutuum contrahitur, id est, numeratione, *l. cum condictio 9. mutuum, & ibi Bart. eod.* Vini autem vel olei, vel frumenti mutuum etiam contrahitur re, id est, admotione: nam ut mutuum vinum contrahitur re, id est, admotione: alteri fatis, Hæres, in quibus constituit mutuum, sunt in abusu (loquitur *l. 2. de obligat. ex cons.* in abusu, utendo deperunt, dantur que ad usum, non ad abusum, ut is fiat, qui accipit, his abutatur, eaque consumatur in rem lucm. Cetera vero res, atque eorum species, quæ constituit mutuum, si velut corpora accipiuntur, non velut quasdam species, illic, inquam, res, pura, quæ commodantur, fiunt in usu, id est, utendo non deperiunt, ut ecce si accipiam tibi commodo, quam forte magno animo, & vano elatenes in spectacolo, & mox mihi reddas eandem, si, inquam, eam incorruptam ita tibi commodo, vel auri massam, id facio, ut ea re utaris salva ejus substantia, non ut abutaris ea, atque consumas. Qua de causa recte dicemus, commodatum effe mutuum ad usum, de *l. item si eas 29. §. 1. de leg. 1.* illo loco, *quafi ad usum mutuarii*, mutuum autem esse commodatum ad abusum: atque hac diffinitione adhibita promiscue utimur mutui, & commodati appellatione, ut in *l. 1. Cod. Theod. quod jussu*, quod ita scripsum est, *pecuniam commodari*, id ita *l. ult. Cod. eod. tit.* Tribonianus interpretatus est, *pecuniam mutuam dari*, quanam eo verbo in ea constitutione significabatur mutuum ad abusum. Et ibi Pilinus 122. *Benignus lector, qua ratione & commodari, &c.* Qui commodat interpretes 70. κιχρᾶν, alii, δανείζειν, quod Hieronymus frequitur. Commodum igitur, id est, mutuum dat ad abusum. Depositum vero, id pignore contractus, res non ad abusum, neque ad abusum, imo depositarius vel creditor, qui re depositi vel pignoris utitur, furti tenetur, *l. 8 §. depositum 1. de furt. l. 1. §. furti, l. 2. §. sed & si, de pignor. quæ res delict.* & multo magis si eo abutatur & abutuat. Exstat & alia differentia inter mutuum & alios contractus de quibus dictum est, mutuum quod ex contractibus, fit & datione mutui dominium accessario transferat in accipientem, aliquin inutile effet mutuum, si quid ex eo, re mutuo data, ad alterum non licret: nisi, quum ea res, in qua constituit mutuum usus est, fed abusus, aut certe res ita non datur ad usum, fed ad abusum. Si vis, ut abutatur qui accipit, non potes hoc effecre, nisi transeat dominio: ex ceteris vero contractibus dominium non transferur in accipientem, cum commodatum, pignus, depositum, non statim dominium, *l. res commendata, & l. fin. comm. & l. liceat 17. 3. rei, Depof. l. cum & fortis, pign. de pig. act.* Denique mutuum eft alienationis speciis, non commodatum, non depositum, non pignus: mutuum non contrahitur datione alienæ rei, fed ejus tantum, cum dominium transferat, *l. 2. §. in mutuis, & 3. appellata, fup. de reb. cred. l. 2. filius rem, ad Sen. Cons. Cerent. Velleianum* tradition, cum fatt rei, quam alienæ: & hoc eft, quod de mutuo Cajus hoc loco ait: *Quæ res, inquit, in usibus consistit recipientium, ut fiant accipientis, pilleat alias recipiat ejusdem generis, & qualitatis: alias*, inquit, non exilem. Ac pecuniæ quidem, vel nomine, quæ pondere constabit id agitur, ut eiidem res recipiat, quas dedit, ut in eo fequentium idem Cajus oftendit, & *l. 2. §. in pecuniis, supra*, inquit, in quibus res dumtat, non fiunt accipientis, quod Seneca vocat *creditum inflabile*, mens dantis eft, non mutuum. Et *ejusdem generis* inquit, veluti in mutuum pecuniæ, non tempus pro aureis aut argenteis, vinum pro vino pari menfuræ. Ergo eafdem genteris & quantitatis, imo & qualitatis, fe aliud genus redderetur, *l. cum de quinque, 9. de reb. cred.* Imo & qualitas prius fpectatur quam quantitas, ut apud Terentium, Phormionem. *Adi, Ecclesiam eft: & fequitur: conservat mutuum quantitate debiti.* Rurfus, *ejusdem generis*, inquit, quia fi alterius generis res recipiamus, veluti vinum pro tritico, vel pro pecunia, non eft mutuum, *d. l. 2. in pecuniis*, nifi fcilicet poft contractum mutuum convenerit inter debitorem & creditorem, ut aliud genus redderetur, *l. de quod, Cod. fi cert. pet.* Ex his omnibus fequitur alia differentia inter mutuum, & alios tres contractus, quod res mutuo data creditæ fit res, qua non deperit, nifi aliud convenerit ab initio, quia dominus fatius eft eius rei, & quoad eft, rem fuam cuique dominio petere, *l. Aristo 8. D. de publ. in rem act. l. 3. pen. & fin. l. 1. mutuum, Cod. de reb. credit. per. l. ult. Cod. de mand. fam.* Ille, inquit, in §. feq. qui mutuum accepit, fi quoddet cafu, quod accepit, amiferit, fubinfommo accepit, non permanet, id eft, mutuum non fit, quam accepit, ad eum pertinet, fi quoliber cafu, quod accepit, amiferit. *Cafum nominem* intelligit, vim majorem, vim divinam, cui fe refiftere humanas infirmitas refiftere non poteft, veluti ruinam, incendium, naufragium, item Atriftium, prædonem vel hoftium incurfum, demum, quæ impedimentus accidunt, *l. cum duobus, §. damna, pro fac.* fatis fcilicet quodam, & forte magiftra, ut Manilius ait. Et percebi nomine, fors & forma fignificatur, cum dicimus, res mutuo data periculum ad eum, qui accepit pertinere: & ex diverfo, cum dicimus, res tantum commodatæ, vel depofitæ, vel pignoratæ periculum non ad eum pertinere, qui accepit, fed ad eum, qui dedit, quia eius res dominium fibi retinuit. Ergo nequam eft, ut ei res pereat, nifi forte (quod Cujus oftendit hoc loco) culpa major accident culpæ, qui accepit: tunc enim culpæ & negligentiæ nomine tenetur, qui eam accepit ex commodati vel pignoris cauſa: Nam & commodatarius in ferendis re commodata exhibitionem diligentiam, ad eft diligentiffimi patrisfamilias, & cautiffimi diligentiam adhibere debet, adeo ut & leviffimæ culpæ nomine tenetur, quia in hoc contractu hæc commodatarii utilitas vertitur, ut merito exigatur ab eo cautio, & diligentia fine cuſtodia, non ex qua fola fua cuſtodiæ, fed qua diligentiffimus omnium rerum folet cuſtodire, *l. 1. commodatum, Cod.* Et creditor item in ſervando pignore exhibenda & meliorem, non exhibitionem diligentiam præſtat: nec enim fine culpa cuſtodiffimæ patrisfamiliæ, fed levis tantum, fed vacui fuit culparum gradus. Cur eam vitæ in contractu mutuationis? quia in hoc contractu non ſolius creditoris utilitas vertitur, fed & debitoris, qui magis præcaria ei creditus, *l. ult. Inſtitut. quib. mod. re contrah. fit.* Depoſitario autem in ſervando depoſito ſatis eſt, fi modicam diligentiam adhibeat, cum minimum (*minimi non admodum fit attentus in re ſua*) quam adhibet in re ſua: ſatis enim depoſitarius culpæ nomine tenetur, nifi lata, magna, diſſoluta, quæ dolo fimilis eſt. Sed, quia in eo contractu nulla depoſitarii utilitas verſatur, ſed depoſitoris tantum, *l. 1. §. depoſitum, & l. 2. §. ſequitur, ff. depoſiti*, ideo non præſtat periculum, præterquam id quod contigit dolo depoſitarii, vel eius cuſtodiæ magna, quæ dolo proxima eſt, *d. l. §. nemo videndum, comm. de reb. credit. l. 2. §. ult. Cod. de reſcind. vend.* Et *leg. jun.* quæ lex communi contractuum hac in re differentia tum mira breviate perſtringit, & Modeſtinus quoque libro 1. Differentiarum, ubi ait, *Depoſitum eſt, quod ſine ullo fructu, tit. depoſiti.* Et hæc de obligationibus ex contractu, quæ re contrahuntur.

Ad §. Verbis obligatio contrahitur *ex interrogatione & responſu: hoc quod dari, facies: ſpondes? ſpondeo.*

VErbis, inquit, *obligatio contrahitur*, &c. Florentini habebat, *reſpondes*, quod ſenſu eſt congruum, ſed minus & aptius ex ſpondi, quæ dicitur apud Gellium, a Jurisconſulto Servio Sulpitio & Neratio Priſco, aliis ex verbum *ſpondi* in jure noſtro eſt commune interrogantis & reſpondentis, ita ut & hoc verbo communiter poſſit conſtare ſtipulatio: *Spondes? ſpondeo*, & hæc & aliorum ſolemnium verborum, quæ in Latinorum, ut reſpondere dicamus pro eo, quod eſt, *ſpondeo*, ſed pro ſcripto ſubſignare, aut conſcribere ſe ſolutorum, ut *l. Salvianus 39. §. ad ſenatuſc.* Et Græcorum quoque quæ dicunt ὑπογράφω, id eſt, ὑπόσχομαι, ἀποκρίνομαι, vel pro eo, quod eſt, *ſpondeo*, vel pro alio: quæ ſecundum quiſquam pro ſe vel pro alio, quos præcedat cauſa aliqua, vel convenatio, quæ eſt mutuationis, commodationis, depoſitionis, aut hæc eſt nudo, vel etiam civilem. Stipulatio per ſe ſola ridicula res eſt, & nulla fabricatis ſtipulanti, ut ſi abſque re ita ſtipulentur, *Spondes? ſpondeo?* Nihil agitur, ineffica eſt ſtipulatio, quæ cauſa caret præſentis. Vel non cauſa, *l. 83. §. circ. de ſolut. verbor.* Denique ea ſola ſtipulatio effica eſt, quæ cauſam habet, ut que fubiicitur pactis, ut quemadmodum Pauſus ait *l. 7. §. ult. de pact.* ea, quæ ex pactis actio non naſcitur, ea ſtipulatio nafci poſſit. Et unde *l. 2. §. fin. de reſcind. ſtipulationem ingressus ad comparandum obligationem, qua ſolitus nulla erat ex cauſa, vel convenientia prius.* Item, quæ alii obligationi fubiicitur annexa novandi, quæ ſtipulatio Aquiliana dicitur, vel quæ fubiicitur, ut dolus malus præſtetur obligatio, ſtrifti fortius, & altera bona fidei, ut creditori liberum fit hac vel illi uti, fed commodius eſt plerumque uti ſtricta, quam bona fidei. Hoc eſt creditorum, quorum alter ſcripferit Accurſius in *l. fi creditores, de leget. 1. Tom. VII.*

ac cis; in ſtricta nulla, id eſt, ſtrictam obligationem dilatare, aut coarctare judex non poteſt. Quæ, inquam, ſubiicitur, aut pactæ contrahitur obligatio, id eſt, ut diſputatione prior obligatio non noverur, fed confirmetur, *l. 1. §. 1. rationabiles, de pactis. Inſtitut. l. obligamur, ref. loc. tit.* Vel etiam, quæ ſubiicitur ſtipulatio, ut principali obligationi accedat intervenieate altero, qui fideiuſſor dicitur, vel adpromiſſor, expromiſſor nominatur: Nam hoc nomine ſignificatur is tantum, qui interventione fatis in fe recipit alienam obligationem: & conſtituere ſimen (ut Accurſius notavit hoc loco) aliquando eſt fideiuſſor accipere pro expromiſſore, fed (quod ſcian) non tantum loco, *l. in perſonam, §. 1. de pact.* perquam ſolemnis eſt ſtipulatio non novet principalem obligationem, & obligatur quidem fideiuſſor propter ſtipulationem mandatu principalis debitoris, vel ſcitu in quem ſtipulatio principalis non novet principalem obligationem, & obligatur quidem fideiuſſor propter ſtipulationem, non tamen ut obligetur reus principalis, vel ex re, vel ex conſenſu, ſed literis, aut nominibus. Fideiuſſor autem ex ſtipulatione ſemper, reus principalis teneri poteſt ſine ſtipulatione, vel ex re, vel ex conſenſu, vel nominibus. Ergo non eſt eadem obligatio ſemper, & reī principalis, & fideiuſſoris: ſed, inquit, ita eadem eſt, quia hoc loco Cajus ait, fideiuſſorem eadem obligationem teneri: dicam id verbi accipi, eadem obligatione teneri non eſſe pleræ eadem obligationis, ſed in rem, vel pecuniam eandem, in idem illud, quod principalis debitoris obligatione continetur. Dicitur & hoc loco, fideiuſſor alieno nomine obligari: quia alio fidem fuam adfringit: ceterum fuo nomine promittit, quia ſe ſtatuendo fidem fuam præſtare id, quod debitum eſt in principalem obligationem, *l. 1. §. ſi quis, de reb. cred.* Qui nomine principalis debitoris promittit ſpecialiter, non eſt fideiuſſor, ſed reus, hoc modo: *nomine Titii debitoris tui, vis fidejuberem, vel daturum promitto?* non eſt fideiuſſor, *l. 95. §. ult. de verb. obligat.* quia dum nomine debitoris promittit, ſe non eidem mutuum eidem obligationis applicat, fed ſolutioni tantum, cujus ipſe eſt reus, quod debet, non præſtiterit: non ſolveret, id eſt ſe ſolutorem, non quafi fideiuſſurum, fed quaſi adjectum obligationi rei principalis ſolvendi cauſa: *Quod nomine creditori debet, dandi eadem ratio eſt, quæ & pignoris dandi.* Pignus datur, ut in his fit creditum, *§. ult. Inſtitut. quib. mod. re contrah. obligamur.* quaſi vicarium ſolvendi creditori ut *l. ſeptimo, §. 1. de fideiuſſ. leg.* Videtiſſor aque datur, ut in tuto ſit creditores, vel ut ait hoc loco, ut, quod in obligationem deduſtum eſt, tutius debetur. Quod ſi non fiat: verbi obligationem, contrahi, non ſtipulationem, *l. 1. §. ſi quis, de reb. credit.* Cujus 2. *Inſtitut. tit. 19.* Sponſores ſunt proprie liberti, qui ſe dotium, aut pro patrono datarum pollicetur: & dotium dotis, quam dederit: & dotium dotis, qua dictis dotis non quemlibet obligat, ſed mulierem virum, aut eius debitorem, aut parentem mulieris virilis ſexus, per verborum ſolemnium conjunctum, ut Ulpian. ſcribit *lib. 1. Reg. tit. de dotibus.* Et quæ formulæ fuit frequentes in *tit. de jur. doc. Dotem tibi dici rem?* (mulieres hanc interpretem ſuæ dotis) *qui dotem tibi dedes, dari tibi rem?* vel, *familiæ tibi dari rem?* eſt proxime accedabilis formulæ funt dictionis dotis: ea verba dictionem dotis efficiunt, non dictionem dotis. Ex ſuperiorum autem literi verborum obligationem conſtituere, *comparatione, l. 1. C. de pactis conventis*, ſi *de acceptilat.* quæ dicit, ſtipulationem, per quam certum eſt non poſſe tolli nifi verborum obligationem, tollis eam, quæ per ſuperiorum literi interpoſita eſt: Ex quo fequitur, ſuperiorum literi conſtituiſſe verborum obligationem. Proinde hic tribus modis verborum obligatio contrahitur ex verbis hoc jure ſolemnibus & directis: Nam & ſtipulationis, & dictionis dotis, & jurisjurandi, quod patrono datur, verba erant civilia, ſolemnia, directa, quia & illa verba: *Dari tibi rem?* verba erant directa: & iſtidem verbis literi verbis

instituitur, Titius heres fit, vel Titius heres erit, aulore Ulpiano *lib. Regul. tit. 22. & l. 15. quæritur, C. de teſtam.* Et apud Horatium.

——quarta ſit partis Uſſeſſor Horæ.

Qua verba faciunt teſtatoris eſſe verba. Et his tribus quoque modis, quæ verbis contrahitur obligatio, refello dicitur ex contrario nafci, quamvis contrahens utro citroque non obligentur, dum hic ſtipulatur, ut pro mittit vel dotem dari, vel jurat parono, ſeu & ex contractu reſte nafci dicitur obligatio, quæ contrahitur mutuo dantem, quamvis non mutuo obligetur ex cauſa mutui, fed ea tantum, qui mutuum pecuniam accepit. Et pro primo vocabulo, hæc quatuor negotia contractus non dicuntur, fed actus, *l. 3. ſ. ult. de tribus teſtib. l. vogalij 19. de præſcript. verb. l. Labeo 19. de verb. ſignif.* Contractus propriè ſunt, quæ (ut Græci loquuntur) fiunt διαπορρω, id eſt, qui ex utraque parte, ex utroque latere) obligant, quæ ἀναπαλιν γραφονται dicuntur, ex quibus mutuæ obligationes oriuntur, ut emptio venditio, locatio, conductio, ſocietas, mandatum, depoſitum. Impropriè autem contractus dicuntur etiam actus quicunque ad comprehendum obligationem ex una tantum parte contrahitur, etiamſi illi ſcilicet παρεπομενοι, juxta id quod ait *l. autorem 30. de pact.* omnem obligationem pro contractu habeari. His ſubnumeratus, quæ & Cujus ipſe ſubrungit de inutilibus ſtipulationibus, inutilem ſtipulationem eſſe, ſi ignorantia ſtipulantis fiat, quod ſcilicet liberum hominem, vel ſervum jam mortuum, vel domum jam uſtam, ſibi cum deberetur ſervus vel domus ex alii cauſa, poſt mortem debitoris interrogavit, quod eſt certiſſimum: vel etiamſi ignorantia ſtipulantis locum faceret vel religionum mobis dari, aut ſi ignorantes ſtipulemur rem noſtram nobis dari, hæ ſtipulationes inutiles funt naturali ratione, inquit: Ratio naturalis reſtat alia, quia nihil actum eſt, quum nobis dari poſſe, quia ratione utuntur etiam alii in *l. inter ſtipulantem 83. ſ. ſaveum, de verbor. obligat.* cum dicunt, eandem rationem eſſe obligandi & liberandi, quod ait *l. 1. ſ. ſi ſervus communis, de noxal.* non poſſe, *l. ſi ſtipulet, 108.* non conſiſtere obligationem, ſi ſtipulor dari, quod dari non poteſt, *l. liber homo, 176.* Liberum hominem dari non poſſe deduci non poſſe, quia dari non poteſt, nec affimatio ejus proſtitari: Liber enim homo non recipit æſtimationem, licut nec res ſacræ, aut religioſæ, *l. 9. ſ. ult. de mercatorib.* Hominis quoque mortui nulla æſtimatio eſt, ob id ipſum, quod non eſt: nullius rei nulla debitio eſt. Ait ſi quis ſtipuletur rem ſuam ſibi dari, nec recipere quidem ejus rei præſtari poteſt, & debetur, ſi ita actum ſit, *l. 83. de verb. obligat.* Sed non, ſi ita non ſit actum nominatim. Ait quoque Cujus: Et hæc ſtipulationes ſtipulari, & ideo inutilem eſſe ſtipulationem? an quod utilis ſit ſtipulatio rerum rerum, ſi a fcientе fuſa ſit? Minime. Sed quia ſuni homines, non eſſe ignorantes hæc per errorem ſibi dari ſtipulantur: infania affident, qui hæc ſcientes ſtipulantur, vel promittunt, *l. cum ſervus, 9. ſ. de negotiis.* Ergo dicit Cujus: Ignorantia, & utilitatis ignorantiam non facere ut valeat eorum rerum ſtipulatio, aſſi non eſſet, ſi ſcientе ſtipulatus ſit, & ſcientе promiſerit, quæ ſi quemſi ignorans liberum hominem, vel rem ſuam, ex empto abſtineret, quia non poſſet emere a venditore, qui ſciret qualitatem rei, quanti intereſſet, de *negotiis geſtis*, vel *de libero a. l. liberi 70. l. qui officii, 3. ſ. ult. de contrab. empt.* Si nihil ex empto ab emptore, emptori adſio ex ſtipulatu in id quod intereſt, quia inutilem interpoſita eſt ex cauſa empti. Addit Cujus, inutilem etiam eſſe ſtipulationem eam, quæ fit ſub conditione impoſſibili, qua de re dicemus propriè in *l. non ſolum 31. hoc tit.* Item inutilem eſſe ſtipulationem interpoſitam a furioſo, idque naturæ manifeſtum eſſe, & ſi naturam docere ſine magiſtro: quis cenſeatis animi opus eſt, quem non habet, qui nihil ſentit, qui nec ſentire poteſt, nec conſentire; & omnia contrahas, omnibus contenendo.

A tio, etiam ſtipulatio conſenſum exigit. Item inutilem eſſe ſtipulationem interpoſitam ab infante: quia ejus loquatur forte ſexto, aut ſeptimo anno, non tamen intelligit quid loquatur, nec multum differt a furioſo, *l. 9. pupillus, Inſtit. de inutil. ſtipul.* Interpoſita a pupillo, qui exceſſit infantiam, id eſt, annum ſeptimum, etiam ipſo jure videtur eſſe inutilis, (ut ait hic hoc loco) hic etiam furioſo proximus eſt & genuinus, qui non intelligit quid agat. Benigne tamen receptum eſt propter utilitatem, ut pupillus cum tutoribus contrahat, ut ſi ſtipulatus ſit ſibi dari, etiam ſine tutore auctore, quod maxime ad rem eius, & utilitatem ſpectat, ut comprent ſibi ex ſtipulatu, quia eſt forte non intelligat quid agat, intelligit tamen quid loquatur, quod non facit infans, qui neque quid agat, neque quid loquatur, intelligit. Verborum intelligentia in pupilla exigitur, non etiam peritia rerum, quoties de commodo ejus agitur, *l. 4. de exciſſandi.* Ideoque ei competit actio ex ſtipulatu: in eum tamen non competit, nifi ſtipulanti promiſerit tutore auctore: pupillus meliorem cauſam ſuam fare tutore, non deteriorem facere poteſt. Poſtremo ait, eumdem non poſſe contrahere verbis obligationem, non poſſe contrahere ſtipulationem: id quæ etiam naturaliter docere. Ergo ſine doctore: Sandam etiam ex generali obligationem contrahere non poſſe, quia verba ſtipulatoris, aut promiſſoris exaudire non poteſt. De mutuo loquitur, qui omnino ſimilis eſt ei, non de tribo, aut blado, aut arabo) ut Audonius loquitur) id eſt, *ararem, live arvum*, qui explicatur non loquitur: non de mutuo autem, qui tardius loquitur, qui ſcire de verbis contrahunt obligationem. Ac ſimiliter de furioſo loquitur, qui omnino ſenſum autium nihil, non de eo, qui *Furioſus eſt*, ut ait *Cujus*, & nonnulli audiens in *l. 9. Inſtit. de tut. & rat. dat. l. 2. ſ. minor, de curat. non.* & apud Horatium:

Minus audientem ſanimo Veſpam.

Ad L. II. Confenſu fiunt obligationes *in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, ſocietatibus, mandatis.*

Ad ſ. Idem autem iſtis modis *conſenſu dicimus obligationem contrahi: quia neque verborum, neque ſcripturæ ulla proprietas deſiderantur, ſed ſufficit, ut qui negotia gerunt conſentiant.*

Ad ſ. Unde inter abſentes *quoque talia negotia contrahuntur: talia enim per epiſtolas, aut per nuncios.*

Ad ſ. Item in his contractibus *alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex bono & æquo præſtare oportet.*

In Tit. VII. De obl. & act. Lib. XLIV. Digeſt. 326

A mutui fatione naſcitur. Et præterea obligationes verbis contrahi variant actiones ſtrictas: atque etiam illæ, quæ pluſquam, etiam tum cum ex pacto modo jure ſingulari obligatio naſcitur, & datur actio: Quæ ratione & in obligationibus non adnumeratur ſpecilium obligationis, quæ bonæ fidei nodo ſit, non ex contractu, ut olim, interpolita ſtipulatione, *l. 7. & ult. de pignorat.* Unde & pactæ redhus hodie dicuntur, quæ olim dicebantur ſtrictæ. Modus autem contrahendi obligationes *Pactum, Stipulatio, Actus, Scriptura ſtipulationibus ſuccedit. Appellatur Mutua* a *tuto reciproca alterius pacto pugnile deſiderantes. Servius. Satyr. 2.*

Contrarium tum a & actum ſtipulatio noſtra.

Cur autem in his contractibus, qui hic enumerantur, conſenſu ſolo dicuntur fieri obligationes, ita declarat, quia nique verborum, inquit, neque ſcripturæ ulla proprietas deſiderantur, *l. 2. ſ. ſi quis. 35. l. 1. ſ. ult. de pign. act. l. qui ædificium, 80.* Ulla proprietas, id eſt, ulla propria formula, ulla ſolemnitas & ſcripturæ eſſentia. Capias intelligi mentis cogentiæ ſcripturam, per quam olim nominibus contrahebatur obligatio, *l. ſi plures, de pactis, & in pr. l. ſoſt. de litter. obl.* Et ita in *l. a. de pign.* hypothecam contrahi per ſcripturam, ſine ſcriptura, id eſt, non ſolis nominibus, vel ſine ſcriptura ſolemnis mentis expressatur: nam quæ verba exprimuntur, non ea hoc interpretatur, ut pignoris contrahatur obligatio, ſed ut facilius eam poſſe jam contractam eſſe probetur, quia ſtiles mentis ſolemnis eſt, *l. mentis, 3. in mentis, de verb. ſoſt. ſoſt. poſſid.* Neque inter verborum, neque ſcripturæ ſolemnitas ulla deſiderata in his obligationibus, quæ conſenſu perficiuntur. Adde ex triuis locis ſtipulationes *de conſenſu obligo.* (Sic enim eſt legendum ex l. 60. 3 neque dari quicquam neceſſe eſt, ut ſubſtantiam capiat obligatio. Et non ſolum ſequitur, in his negotiis conſenſum ſolum facere obligationem ſine verbis, ſine nominibus, ſine ſcriptura, ut verbis negotia deſiderentur, ex eo etiam ſequitur, talia negotia inter abſentes contrahi poſſe, ut in *l. 3. ſ. de contrab. empt. l. 1. l. 2. l. 3. comm. l. 2. de pact. l. 2. ſ. ſi quis.* Dari poſſe, & contrahi modi contrahendi, aut pactiſcendi inter preſentes per nuntios, per epiſtolas, per ſcripturam, per ſcripturam, per ſubſcriptas, ut *l. qui ædificium, 3. ult. de reſcind. ſervit. l. ſtipulatio, ad Tit. ult. l. ſervitut. de adqu. her.* Duo item ſunt modi contrahendi, vel pactiſcendi inter abſentes, per nuntium, vel per epiſtolas. Et ſtipulatio naturalis non eſt, ut ſtipulatur Adriano Imperatori reſpondit: & causam, quoniam eſt quidam loquendi modus, quem dicitur in *l. 2. de contrab. convenire* poſſe, vel ne, vel hic chirographo reddito debitori (quo genere id uſi videtur, ut ab eo petatur, & poſſit ſit re) illo loco ſubaudiendum eſt, vel verbis, quibuſcunque ſcilicet, non qualia ſunt ſtipulationum ſolemnia. Quorum hi duo modi modi pactiſcendi inter præſentes, ex ſcil. non ex diverſo, qui ſubintenditur duo modi pactiſcendi inter abſentes per epiſtolam, & per nuntium reſte ſubaudiri videtur: Nam & cum dicitur per epiſtolam, ſemper ſubintelligitur alter modus, ſcilic. per nuntium, ut in *l. rendere, 3. ad Trebell.* Sed & hic non omittam quatinus, fabuloſiſſimum alter modus, ſcilicet per epiſtolam, ut in *d. l. 2. de pact.* Ex his verbis ſatis intelligimus, quibus longe interdum ſuperiores, quæ ſolo conſenſu fiunt, a ceteris, quæ non magis conſenſu, quam re, aut verbis, aut nominibus fiunt & contrahuntur. Mortuus eſt, quæ eſt interea differentia in ceteremo huius legis. Verborum obligationes ſunt *pœnarum*, hoc eſt unam tantum partem, unam tantum latus obligant, ut ille item, qui vel nominibus, vel literis contrahuntur. Obligationes autem, quæ conſenſu nudo contrahuntur, ex *æquo & bono* eſt, ut utranque partem obligant, ultro citroque coarctentes obligent, & mutuas actiones pariant. Mutuas actiones dico, & mutuas præſtationes, ut in *l. Proculus, 19. de ſoſt. l. de rer. permut. Aut* facere, eſt finere uti frui, quod exigitur a locatore. Complectitur & (facere) alia innumera. Nam & cedere alienum (quod mirum eſt) facere eſt, *l. ſi mandatu, 6. ſoſt. mand.* Præſtare autem

generale verbum est, quod & dare in se continet, & facere: quod & in idiotismo, *prester argent*: Latine usurpatur pro mutuum dare, in *l. ult. C. quod jussu*, ubi *pecuniam præstat*, nihil aliud est, quam quod in C. Theodos. eodem loco, *pecuniam commodat*, id est, mutuam dat: Unde & præstita pro mutuis pecuniis apud Optatum Milevitanum, (quem Balduinus edidit *lib.3. contra Donatistas.*) *Creditores*, inquit, *periculis vallabantur, qui pro præstitis sui gratiam recipere meruerant*. Et obstringi etiam quis potest ad mutuum dandum, ad præstandum in hoc significatur, *l. si servus*, §. *ult. de leg.1.* Quæ sequuntur in hac lege, eo pertinent, ut intelligamus etiam eas obligationes, quæ re aut verbis, aut nominibus contrahuntur, tametsi consensu non perficiantur, consensum desiderare, alioquin eas furiosus, vel infans contrahere non prohiberetur, cum tamen illæ, quæ consensu perficiuntur, rem aut verba, aut nomina, vel literas non desiderent. Primum enim mutui obligatio non constituitur numeratione & alienatione pecuniæ, nisi & animus fuerit constituendæ hujus obligationis, id est, nisi in hoc consensum fuerit, ut obligatio constitueretur. Quid enim si pecuniam numeravero, & fecero accipientis donandi animo? certe nulla obligatio constituitur aut contrahitur, *l. Aristo 18. de donat. l.19. de reb. cred.* Item verborum obligatio non constituitur, nisi & idem animus fuerit. Quid enim (quo exemplo Paulus utitur in hac lege) *si per jocum, aut intellectus causa ego dixero, Spondes? & tu responderis, Spondeo*; certe nulla contrahitur obligatio. Varro libro de Lingua Latina, *non spondet ille statim, qui jocandi causa dixerit, spondeo: nec agi potest cum eo ex sponsu*. Plautus in Pseudulo: *Aufertur id premium mihi, quod promisi per jocum*. Denique non est contractus, id quod fit per jocum: neque maleficium: ut si per jocum quis percutiat, injuriarum actione non tenetur, *l.3. §. pen. de injur.* aliter quam si per lasciviam, aut petulantiam: Nam & lascivia culpa est & injuria: vel etiam si per errorem, ut si quis percutiat Titium, quem putet esse Cajum: Nam & hic Titio tenetur actione injuriarum, nec error eum excusat, *l.18. §. si injuria, eod.* cujus scilicet erroris prætextu non potest evitare pœnam injuriarum, vel excusare factum, ut solent in italia nefarii, qui cum consulto consilio aliquem percutiunt, statim obclamant: *Perdonatemi, Signore, io vi ho preso per un'altro, je vous ay pris pour un autre*.

ad L.IV. Ex maleficio nascuntur obligationes, *veluti ex furto, ex damno, ex rapina, ex injuriis, quæ omnia unius generis sunt. Nam hæ re tantum consistunt, id est, ipso maleficio: cum alioquin ex contractu obligationes non tantum re consistant, sed etiam verbis & consensu*.

POst obligationes omnes ex contractu, quæ re, aut verbis, aut consensu consistunt, dantur in hac lege quatuor obligationes ex maleficio, sive delicto: quo nomine non tantum dolus, sed etiam culpa continetur, quæ omnes obligationes re consistunt, id est, facto ejus, qui deliquit, & ob id etiam pupillum obstrictum tenent, quia ex re veniunt, si modo pupillus doli potens fuerit, & culpæ, *l. impuberem, de furt.* utputa, si furtum fecerit, aut rapinam (quod improbius furtum est) vel si fecerit injuriam, vel si injuria damnum dederit. Nam hæc est quadriga obligationum ex maleficio, τετράκωλον. Et recte *l. obligamur, inf. hoc tit.* quoties ex iis obligationibus civiliter agitur, veluti furti nec manifesti ex 12. tabul. manifesti ex edicto Prætoris: injuriarum ex lege Cornelia, vel ex edicto Prætoris: damni injuria dati ex lege Aquilia: quoties, inquam, ex his obligationibus civili privatoque judicio agitur apud recuperatores, privatosque judices, summam quæstionis in facto consistere, an scilicet is, qui convenitur, fecerit, necne; quod fecisse arguitur. Actor dicit, fecisti. Reus, non feci. Summa quæstionis, in qua causa vertitur, & judicatio, sive τὸ κρινόμενον, ut Rhetores loquuntur, ut nos loquimur, & Cicero quoque alludens nobis, *qua de re agitur*, id est, an reus fecerit, quod objicitur. Nec quæritur extrinsecus, an solemnitas ulla verborum intervenerit, vel scripturæ, vel an duorum pluriumve consensus intervenerit. Nam est quidem maleficium Aristotel. συνάλλαγμα, sive contractus, sed involuntarius, quia abest consensus ejus, cui fit maleficium, nec facienti quoque animus fuit se obligandi. Involuntarius contractus, malus est contractus, *l. si rerum 12. de re jud. l.1. C. si advers. del.* Obligationes, de quibus actum est superioribus legibus, sunt ex contractu voluntario, & pleræque δίπλευρα. Hæ omnes, quæ sunt ex delicto, sunt μονόπλευρα.

Ad L.V. Si quis absentis negotia gesserit: *si quidem ex mandatu manifestum est, ex contractu nasci inter eos actiones mandati, quibus invicem experiri possunt de eo, quod alterum alteri ex bona fide præstare oportet. Si vero sine mandatu: placuit quidem sane, eos invicem obligari, eoque nomine proditæ sunt actiones, quas appellamus negotiorum gestorum: quibus æque invicem experiri possunt de eo, quod ex bona fide alterum alteri præstari oportet. Sed neque ex contractu, neque ex maleficio actiones nascuntur: neque enim is, qui gessit, cum absente creditur ante contraxisse: neque ullum maleficium est sine mandatu suscipere negotiorum administrationem. Longe magis is, cujus negotia sunt, ignorans, aut contraxisse, aut deliquisse intelligi potest: sed utilitatis causa receptum est, invicem eos obligari. Ideo autem id ita receptum est, quia plerumque homines eo animo peregre proficiscuntur quasi statim redituri, nec ob id ulli curam negotiorum suorum mandant; deinde novis causis intervenientibus ex necessitate diutius absunt, quorum negotia deperire iniquum erat: quæ sane deperirent, si vel is, qui obtulisset se negotiis gerundis, nullam habiturus esset actionem de eo, quod utiliter de suo impendisset, vel is, qui cujus gesta essent adversus eum, qui invasisset negotia ejus, nullo jure agere posset*.

AB hac lege incipit tractare de his obligationibus, quas initio *legis* 1. dixit, nasci ex variis causarum figuris, formis, speciebus, vel variis casibus proprio quodam jure, non communi jure: quod scilicet non re, aut verbis, aut consensu consistant, sed proprio quodam jure: quod harum genus nullum proprie consistat, sed ex æquo & bono tantum. Et harum obligationum ostendit duas esse species: alias enim quasi ex contractu esse videri, quæ sunt partim δίπλευρα, ut quæ actionem tutelæ, vel negotiorum gestorum pariunt: partim μονόπλευρα, ut quæ actionem ex testamento, vel indebiti soluti condictionem pariunt: alias vero quasi ex maleficio esse videri, quæ sunt omnes μονόπλευρα. Dicamus prius de his, quæ quasi ex contractu nasci videntur. Una est, quæ nascitur ex gestu negotiorum absentis, aut ignorantis, aut inviti, ultro suscepto sine mandato. Qua ex causa & domino negotiorum, domino rerum administratarum in eum, qui invasit sua negotia, qui ingessit se suis negotiis, injussus, irrogatus, competit actio negotiorum gestorum, ut gesti rationem reddat, quæ directa & principalis actio; & vicissim ei, qui negotia absentis utiliter gessit, competit actio negotiorum gestorum contraria in dominum, ut consequatur impendia, quæ bona fide & utiliter in rem ejus fecit, vel ut liberetur ipse vel res sua, si se, aut rem suam creditori ejus obligaverit: & breviter, ut consequatur quicquid eo nomine ei abest, vel absuturum est, quod diligens fuerit in absentis amici negotiis gerendis, atque servandis, *l.2. l. si quis mandatum 38. de negot. gest.* Utraque actio est bonæ fidei, *l. & in contraria, de usur. l. ob negotium, Cod. de neg. gest.* Quod & hoc loco palam & aperte demonstrat Cajus, dum ait: eas actiones ultro citroque in id, quod ex bona fide alterum alteri præstare oporteat, competere, quod nihil aliud est, quam esse mutuas actiones, & ambas bonæ fidei. Sunt autem hæ actiones proprie ex

ex gestu, *l. Labeo 19. de verb. signific.* non ex contractu, nisi omnem obligationem generaliter & abusive accipias pro contractu: quomodo & obligatio ex actu, velut ex stipulatione, aut mutui datione, dicitur esse ex contractu: & maleficium (ut dixi) contractus est, & similiter actus, imo & gestus contractus appellatur, *l. sed cum aliquis 16. de negot. gest. l. contractus, de regul. jur.* Quamvis certe neque is, qui gessit negotia cum absente, neque cum eo absens intelligitur contraxisse, & absentem certe longe minus intelligitur cum eo contraxisse, quia ignoravit, cum peregre esset, quid domi suæ ageretur: nemo nisi sciens contrahit: pro *longe minus*, hoc loco Florentinæ, & alii plerique manuscripti, & hi quidem vetustiores castigatioresque habent, *longe magis*, sed eodem plane sensu, per abnegationem scilicet, ac si dixisset *nihilo magis*, quod sæpe accidit in his verbis, ut quasi dicant promiscue magis, aut minus. Non videtur etiam absens, cujus negotia gesta sunt, ignorans quidquam deliquisse: nemo quidquam desinit in eo, quod ignoravit: non videtur etiam is, qui absentis negotia gessit, deliquisse, quia delictum non est fungi officio procuratoris, sive amici voluntarii, (sic gestor a Cicerone appellatur) Delictum non est sine mandatu suscipere alienorum negotiorum (quorum cura nemini demandata est) administrationem. Et quod dicitur in *tit. de regul. juris* culpam esse immiscere se rei ad se non pertinenti, non respicit ad gesta absentium negotia, qua in re magna versatur absentium utilitas, *l.1. de negot. gest.* Culpa non est bene & utiliter gerere negotia absentis amici: culpa non est, amici rem servare, amicum officiis & fide colere. At culpa est (quæ species apponenda est ad eam regulam ex *l.2. de hered. vend.* quæ est ex ejusdem auctoris libro) Culpa, inquam, est, si forte venditor hereditatis, qui post venditionem præstare debet dolum & culpam, si post venditionem perfectam a debitoribus hereditariis pecuniam exegerit, quia non debuit se immiscere huic rei, quæ jam ad eum desierat pertinere, & cœperat pertinere ad emptorem præsentem: & ideo si eam pecuniam perdiderit, vel casu majore, quia culpa ejus antecessit casum, culpæ nomine tenetur in totum emptori, aliter quam si eam ante venditionem, cum res erat sua, exegisset, & sine dolo & culpa perdidisset: quo casu non teneretur emptori, ut *dict. l.2. de hæredit. vendit.* Et generaliter culpa est, immiscere se rei præsenti, & quæ ad se non pertinet, id est, cum sua nihil interest. Actiones igitur negotiorum gestorum neque sunt proprie ex contractu, neque ex delicto. Eas quidam scripserunt esse ex jure prætorio, hac ratione: quia edicto Prætor se eas esse daturum pollicetur: prava ratione, quia non suas tantum, sed civiles omnes Prætor dat, & edicto se daturum promittit. Et verius est, proditas eas actiones jure civili ex prudentum auctoritate & majorum more ad exemplum actionum mandati. Quod & hæc verba illo loco significant: *Placuit eos invicem obligari*. *Placuit*, non principibus, quoniam vetustior est actio principalis: si non principibus, ergo prudentibus. *Placere*, est commune verbum & principum & prudentum, *ut l. assumptio, §. ult. ad municip. l.3. quibus mod. usufr. amitt. l.8. de usufructu ear. rer.* Id etiam ostendit ratio utilitatis, quam subjicit Cajus hoc loco, & explicat facillime, ut nec necesse sit eam vobis enarrare, propter quam rationem receptum esse ait, ut hi invicem obligentur. Utilitas est mater harum actionum, quæ ab Horatio dicitur, *justi mater & æqui*. Et civiles quoque has actiones esse non prætorias, argumentum præbet, quod sunt perpetuæ, *l.8. Cod. de negot. gest.* prætoriæ, paucissimis exceptis, sunt annuæ, ut & jurisdictio Prætorum annua, edicta Prætorum annua. His, quæ dicuntur negotiorum gestorum, adduntur hoc loco actiones & obligationes tutelæ, directa & contraria ambæ sunt bonæ fidei, quæ etiam sunt quasi ex contractu, id est, quasi ex mandatu, unde & illæ nasci videntur, non ex contractu proprie, quia nullum negotium inter tutorem & pupillum contrahitur, sed acceditur ad tutelæ administrationem, nullo hac de re cum pupillo tractatu habito. Et non eligit pupillus tutorem, sed tantum incidit in eum, *l. ult. rem pupilli sal. fore*: Nam & pupillus ignorat omnia, ignorat quid agatur, *l.1. §. ult. hoc tit.* Cum ignorante proprie non contrahitur, cum absente & ignorante sua negotia geri, non contrahitur, ut dictum est: & generaliter cum ignorante contractus iniri non potest. Non sunt etiam actiones tutelæ ex maleficio. Nemo enim tutelæ gestum, quo quis pupilli res tuetur, dixerit esse maleficium: nemo pupilli providentiam dixerit esse maleficium: & quod tamen tutelæ contractibus adnumeratur in dicta *l. contractus, de regul. jur.* sicut & negotia gesta: hoc non fit ex proprietate verbi, sed per abusionem, quia & tutela & negotia gesta quasi ad contractum accedunt, nempe ad mandatum.

Ad §. Heres quoque, *qui legatum debet, neque ex contractu, neque ex maleficio obligatus esse intelligitur: Nam neque cum defuncto, neque cum herede contraxisse quicquam legatarius intelligitur: maleficium autem nullum in ea re esse plus quam manifestum est*.

POrro his etiam similis est obligatio, & quæ ex ea nascitur actio ex testamento, qua heres legatariis tenetur: nam hæc proprie ex contractu non est. Nec enim cum herede, nec cum testatore legatarius quidquam contraxit, ullumve negotium gessit, ut legatum mereatur & consequatur. Et longe minus tenetur heres ex maleficio, sed tenetur quasi ex contractu, puta quasi ex sponsione, vel ex constituto, quia adeundo hereditatem contrahere videtur, id est, recipere in se solutionem legatorum & totius æris alieni, *l.3. §. ult. quibus ex caus. in poss. eatur.* Aditio hereditatis pro obligatione est. Ergo & si eo verbo uti libet generaliter pro contractu.

Ad §. Is quoque, *qui non debitum accipit per errorem solventis, obligatur quidem quasi ex mutui datione, & eadem actione tenetur, qua debitores creditoribus* (†) *Sed non potest intelligi is, qui ex ea causa tenetur, ex contractu obligatus esse. Qui enim solvit per errorem, magis distrahendæ obligationis animo, quam contrahendæ dare videtur*.

ULtimo, similis est his obligatio, & quæ ex ea nascitur, condictio indebiti soluti, cum quis non debitum sibi per errorem solventis accipit, qui tenetur quasi ex contractu, id est, quasi ex mutui datione, quasi ex promutuo. Indebiti solutio non est mutuum, sed promutuum, & tenetur eadem actione, quæ nascitur ex mutuo, puta condictione hujusmodi, *si paret eum dare oportere*, *§.2. Instit. quib. mod. re contr. obl.* ut hoc genere, quod accepit ab eo repetatur. Tenetur, inquam, eadem actione, non specie quidem prorsus eadem, sed genere eodem. Et eadem quoque, eo quod in ea continetur, nempe ut recipiat actor, quod dedit, non eandem rem scilicet, quam dedit, sed aliam ejusdem generis & qualitatis, ut in mutuo: videlicet si indebitæ solutæ sint res, in quibus mutuum consistere possit. Et sic eadem actio accipienda est in *l. ult. de magist. conven.* & eadem obligatio in *l.1. §. verbis, sup. hoc tit.* ex contractu hanc obligationem vel actionem non esse, est evidentissimum, quia solutione id agitur, ut distrahatur potius, quam contrahatur negotium, & hoc loco cum ait: eum, qui solvit per errorem magis distrahendæ obligationis animo, quam contrahendæ dare videri, illud (*magis*) accipiendum est δεικτικῶς, ac si diceres, dare videtur distrahendæ obligationis animo, non contrahendæ ullo modo. *Magis* non est accipiendum συγκριτικῶς, id est, *comparative*: quia nec fieri potest, ut una eademque obligatio sit aliquatenus ex contractu, aliquatenus ex distractu. Est igitur condictio indebiti soluti quasi ex contractu, id est, quasi ex promutuo, quia & is, qui solvit, aliquid negotii gerit, *l. si in area, de cond. indeb.* videlicet

(†) *Vide Merillium variant. ex Cujac. lib.1. cap.48.*

liceat tacite extra id, quod agitur, tacite etiam adhuc intelligitur, & extenditur, *ut l. 13. in fine comm.* omnibili negotii gerit. Agitur de *diffrahendo*, non contrahendo obligatione, cum quid folvitur: fed extra id quod agitur, tacite etiam adhuc intelligitur: ut fi quid indebitum per errorem fcifi folutum fit, ejus ex bono & æquo conditio denat. Nam & conditio indebiti dicitur effe ex bono & æquo, dicitur effe naturalis, *l. indebiti, l. hac conditio, de condict. indeb.* Hinc de actionibus, quæ quafi ex contractu nafcuntur.

Ad §. Si iudex litem fuam *fecerit: non propria ex maleficio obligatus videtur: fed quia neque ex contractu, obligatus eft, neque peccatio obligandi intelligitur, liter per imprudentiam eum videtur quafi ex maleficio teneri.*

Filiusfamilias ex omnibus causis obligatur tanquam paterfam. ergo in solidum: ergo & sine auctoritate patris: & ex omnibus causis: ergo etiam ex omnibus contractibus & delictis, quod etiam ostenditur in *l. tam ex contractib. de jud. l. ult. §.1. & seq. l. si quis cum filiofam. de pecul.* Cum tamen servus ex contractibus non obligetur civiliter, & ex quibusdam causis, ne quidem naturaliter, *l. servi* 14. ubi exposuimus *l. obligari, inf. hoc tit.* Item
B cum servo agi nulla ex causa potest: cum filiofam. (ut subiicit hoc loco) agi tanquam cum patrefam. ex omni causa potest. Et quod dicitur in *l.3. & 4. ad municip.* filiumfamil. seorsum a patre domicilium habere posse (ad quod potest etiam accommodari *l.5. §. ult. hoc tit.* illo loco, si filiusfamilias seorsum a patre habitaverit) id, inquam, non eo tantum pertinet, ut filiusfamilias munera publica obire cogatur, ubi domicilium habet, sed etiam, ut ibi cum eo agi possit. Nam ibi est forum cujusque, ubi & domicilium. Qua de causa beneficium cessionis bonorum ex lege Julia commune est filiorumfamilias, & patrumfamilias, *l. penult. C. qui bon. ced. poss.* Excipiuntur duæ causæ notissimæ, in quibus filiusfamilias cum effectu non obligatur: excipitur causa creditæ ei pecuniæ ex Senatusconsulto Macedoniano. Excipitur etiam
C causa voti, si quid voverit Deo: nam ex hac causa filiusfamilias non obligatur sine auctoritate patris, *l.2. de pollicitat.* Servius in illum locum Virgilii:

Ipse pater famulam voveo. ----

Bene *pater*, inquit, quia vovendi & auctorandi potestatem non nisi patres habent.

Ad L.XL. Hereditariarum actionum *loco habentur & legata, quamvis ab herede cœperint.*

Exemplum ad hanc legem poni debet in causa separationis bonorum, ex *l. quoties, de separat.* quoties postulatur a prætore, ut separentur bona hereditaria a bonis heredis, ut separentur creditores hereditarii a creditoribus heredis, & ita separatis bonis satisfiat sin-
D gulis, his ex bonis heredis tantum, illis ex bonis hereditariis: In hac causa sive quæstione, creditoribus hereditariis adnumerantur etiam legatarii & fideicommissarii, quamvis obligatio cœperit ab herede, non a defuncto, nempe quia hæc obligatio ex voluntate defuncti originem sumpsit: Ideoque etiam his qui ex contractu defuncti cum herede agere possunt, licet cum defuncto agere non potuerint, creditoribus hereditariis adnumerantur, ut, si quid defunctus se daturum promisisset, cum moreretur, ea de re cum eo nondum agi potuit, cum herede tamen ejus agi potest, & qui actionem habet, hereditarius est creditor. Idemque est, si quis fidejusserit pro defuncto mandatu defuncti, & post mortem ejus solverit, agit enim cum herede, licet cum defuncto agere non potuerit, & pro hereditario creditore
E habetur, *l.7. de reb. auct. jud. possid.*

L.41. exposita est in *l.34.*

Ad L.XLII. Is, cui sub conditione *legatum est, pendente conditione non est creditor: sed tunc cum exstiterit conditio. Quamvis eum, qui stipulatus est sub conditione, placet etiam pendente conditione creditorem esse.*

Ad §. Creditores eos accipere debemus, *qui aliquam actionem vel civilem habent (sic tamen, ne exceptione summoveantur) vel honorariam actionem, vel in factum.*

Hæc lex pertinet ad causam mittendorum creditorum in possessionem universorum bonorum debitoris latitantis, vel absentis, vel indefensi, crediti servandi causa. In qua quæstione, sive parte juris, inter cetera quæritur, an creditoribus adnumerentur etiam hi, quibus quid debetur sub conditione, quandiu ea conditio pendet. Et hoc loco Ulpianus stipulatorem separat a legatario. Nam is, qui stipulatus est sub conditione, pendente conditione, creditor conditionalis est: is vero, cui sub conditione legatum est, pendente conditione, nec creditor conditionalis est, quod etiam ostendit *l. cum in fraudem, qui & a quibus.* Et ratio differentiæ hæc est: quia conditionalis stipulatio, tametsi ex ea non debeatur simpliciter, *l. cedere diem, de verbor. signif.* tamen statim ex præsenti die, vel tempore vires accipit, ut ait *l. usufr. de stipul. serv.* & ex ea igitur stipulatori debetur, non quidem ἁπλῶς, sive simpliciter, ut dixi, sed cum adjuncto, sub conditione. Ideoque moriente stipulatore, pendente conditione, nihilominus ad heredem ejus spes futuræ actionis transfertur, *§. ex conditionali, Inst. de verb. obl.* vel etiam pendente conditione moriente promissore, in heredem ejus sub eadem conditione transfertur stipulatio, *l.57. tit. seq.* Ex legato autem conditionali, nec sub conditone possis dicere, nisi frustra & in vanum legatario deberi: quia legatum vires non accipit statim, sed die legati cedente demum post mortem testatoris: ideoque legatario mortuo pendente conditione, ad heredem ejus legatum non transfertur, *l.4. quando dies leg. ced. l.4. de annuis legat.* Contra vero si heres, a quo legatum relictum est, pendente conditione legati, vita decesserit, legatario superstite, hoc casu nulla est differentia inter heredem & promissorem. Nam ut ad heredem promissoris, ita ad heredem heredis transfertur quandoque futura obliga-
C tio existente conditione, *l. si in diem, de cond. & demonst.* Illud vero inter legata & conditiones discrimen, cum sc. moritur legatarius, vel stipulator pendente conditione: Illud, inquam, discrimen proficiscitur ex varietate mentis testatoris, & stipulatoris. Mens & cogitatio stipulatoris hæc est, ut consulat non sibi tantum, sed etiam heredibus suis, *l. si pactum, de probat.* Cui quidem cogitationi consequens est, ut velit stipulationem statim vires accipere, etiam sub conditione conceptam, ut si forte ipse pendente conditione moriatur, heredi suo stipulatio proficiat, si forte post mortem suam conditio stipulationis extiterit. Testatoris autem mens hæc est, ut soli legatario consulat, cui soli donatum vult, non heredi ejus, quem ignorat: & ideo frustra esset si quis diceret, legatum conditionale statim vires acci-
D pere, antequam conditio existat, quia non aliter ad heredem legatarii testator legatum perventurum existimavit, quam si id cœpisset legatario deberi die cedente, id est, existentis conditionis tempore, ideoque pendente conditione, nec simpliciter, nec sub conditione legatario deberi dicitur. Denique legatarius conditionalis creditor non est, stipulator conditionalis creditor est. Et hac ratione solet etiam stipulator conditionalis mitti in poss. bonorum debitoris latitantis, vel exulantis, vel absentis, vel indefensi, crediti servandi causa, & quasi pignoris vice: non potest tamen ab eo edicto bonorum venditio fieri, antequam conditio extiterit, *l.6. in princ. l.7. §. si in diem, l. pen. in fine, quibus ex caus. in possess. eatur.* Legatarius autem conditionalis non mit-
E titur in possessionem bonorum crediti servandi causa, quia nihil dum est in credito, neque pignoris vice, quia nulla adhuc existit obligatio, nisi jam conditio extiterit: sed mittitur in possessionem bonorum hereditariorum cautionis vice, quam heres pendente conditione ei præstare detrectat, & ideo vocatur possessio vicaria, quia datur vice satisdationis legatorum nomine, vice cautionis, *l. postquam, §.1. ut legat. nom. cav. l.1. §. ult. ne vis fiat ei, qui in possess.* Cautione oblata legatario, solvendi scilicet legati, cum conditio extiterit, de possessione recedit, ut ex causa bonæ fidei contractus ante diem, vel conditionem cautio peti potest, *l. in omnibus, de jud.* Ita etiam ex causa legatorum, vel fideicommissorum ex edicto prætoris, ut legatorum nomine caveatur,

A nisi cautio a testatore remissa sit. At ex causa stipulationis, vel ex aliis causis stricti judicii, cautio ante diem, vel conditionem desiderari non potest, nisi in casu legis 4. *de separat.* Subjicit in hac quæstione de missione in possessionem crediti servandi causa, bonisque debitorum venundandis, creditores dici eos, qui habent actionem aliquam civilem, vel honorariam, vel *in factum*, inquit, id est, utilem & extraordinariam, ut in *l.13. sup. hoc tit.* Sic tamen ne ab actione, quam habent exceptione perpetua summoveantur: hunc adjicit modum sine exceptione summoveantur: Nam creditores non sunt, qui per exceptionem repelli possunt, sicut nec debitores sunt, qui exceptione perpetua se tueri possunt: & nihil interest, debitor quis non sit, an exceptione tutus sit perpetua, *l.7. §. si in diem, quibus ex causis in possess. eat. l. qui cum ber.*
B *sup. hoc tit. l. vel o ligatus, §. obligatus, de liber. caus. l.10. & 55. de verbor. sign. l.66. de reg. jur.*

Ad L. XLIII. Obligari potest paterfamilias *suæ potestatis, pubes, compos mentis. Pupillus sine tutoris auctoritate non obligatur jure civili. Servus autem ex contractibus non obligatur.* (†)

Ut paterfamilias obligari possit, prima fronte hæc lex tria exigere videtur: ut sit suæ potestatis, ut pubes, ut compos mentis. At certe primum, ut suæ potestatis, non exigitur ullo modo. Nam & filiusfamilias, qui non est suæ potestatis, tanquam paterfamilias obligari potest omnibus ex causis, *l.39. sup. hoc tit.* Item non exigitur (ne hoc quidem dixeris) ut paterfamilias curatorem non habeat, quasi paterfamilias, qui curatorem habet, quodammodo
C fit in ejus potestate, ut *l.1. de curat. furios.* Nam & pubes, qui curatorem habet, paterfamilias est, & sine suo curatore obligari potest, *l. puberes, & seq.* At uno tenore, uno spiritu in hac lege, ita hæc legenda sunt, *obligari potest paterfamilias suæ potestatis*, addita subdistinctione, sive scilicet, quasi addita sint hæc verba plenius patrisfamilias demonstrandi gratia. Quis est paterfamilias? qui est suæ potestatis, ut in *l.4. de his, qui sunt sui vel alieni juris.* Patresfamil. sunt, qui sunt suæ potestatis, id est, sui juris, ut ait *l. novare, de novation.* quæ est omnino conjungenda cum hac *l.43.* utriusque eadem est inscriptio: Sui autem juris sunt, qui sub curatoribus agunt. Denique hæc verba; *Paterfamilias suæ potestatis:* patremfamilias tantum significant, & quasi in se continent brevem patrisfamilias definitionem. Itaque, ut paterfam. possit obligari, duo
D tantum in hac lege exiguntur, pubes & compos mentis, ut sit pubes, ut sit compos mentis, quia, ut subjicit statim, pupillus (quem constat esse patremfamilias) omnis pupillus est paterfamilias, id est, parente orbus, in cujus potestate sit. Denique suæ potestatis, sui juris, *l. pupillus, in princ. de verbor. sign. c'est un orphelin.* neque enim idem omnino est pupillus & impubes. Impubes est etiam, qui sub potestate parentis agit. Pupillus proprie est, qui sui juris est. Impuberis nomine significatur ætas parva, pupilli nomine significatur conditio: Nam non omnis impubes pupillus est, sed omnis pupillus impubes est. Pupillus, inquam, qui semper est paterfamilias, si pupilli nomen usurpemus proprie: sine tutoris auctoritate non obligatur jure civili. Valde placet, quod addit jure civili: nam jure naturali pupillus si factus sit locupletior ex
E contractibus, obligatur etiam sine tutoris auctoritate, *l.13. §. ult. & l. seq. de condict. indeb.* qua de re plenius dicemus in *l. pupillus*, sequitur: *Servus autem*, inquit, *ex contractibus non obligatur.* Non satis aperte hoc subjicit de servo, quia propositio legis fuit de patrefamilias, & servus non est paterfamilias. *Servus autem:* Debuit dicere; *Furiosus autem*, & vero mea opinio est, ita Paulum scripsisse, & paria paribus reddidisse, patremfalias ita demum obligari posse, si pubes sit & compos mentis. Hoc proposuit initio *legis si pubes sit*: quia pupillus, qui semper est paterfamilias, non obligatur civiliter sine tutoris auctoritate: *si compos mentis sit*, quia furiosus

(†) *Vide Merillium variant. ex Cujac. lib.3. cap.21.*

sus paterfamilias (nec enim furore desinit esse paterfamilias) ex contractibus non obligatur, recte ex contractibus: nam quasi ex contractibus obligatur, ut & ignorans & invitus quilibet, *l. 46. inf. hoc tit. l. 3. §. & si furiosi, de negot. gest. l. si a reo, §. si a furioso, de fidejuss.* Si legas: *Servus autem ex contractibus non obligatur*, repetendum tibi erit *ἀπὸ κοινοῦ*, ut loquuntur Grammatici, *ex communi*, jure civili hoc subaudiendum erit, ut sit: servus autem ex contractibus jure civili non obligatur: sicut ante dixit, pupillum jure civili non obligari: servus enim non obligatur jure civili, *l. 14. hoc tit.* Sed si legas, *Furiosus*, ut singula singulis respondeant, quæ sunt in propositione legis, nihil tibi erit repetendum *ἀπὸ κοινοῦ*, quia furiosus ex contractibus neque civili, neque naturali jure obligatur, *l. 6. tit. seq.* Denique nihil tibi subaudiendum erit in fine hujus legis.

Ad L. XLIV. Obligationum fere quatuor causæ sunt. *Aut enim dies in his est, aut conditio, aut modus, aut accessio.*

Ad §. Circa diem duplex inspectio est: *Nam vel ex die incipit obligatio, aut confertur in diem. Ex die: veluti*, Calendis Martiis dare spondes? *Cujus natura hæc est, ut ante diem non exigatur. Ad diem autem*, Usque ad Calendas dare spondes? *Placet etiam ad tempus obligationem constitui non posse: non magis quam legatum. Nam quod alicui deberi cœpit, certis modis desinit debere. Plane post tempus, stipulator vel pacti conventi, vel doli mali exceptione summoveri poterit. Sic & in tradendo, si quis dixerit, se solum sine superficie tradere, nihil proficit, quo minus & superficies transeat, quæ natura solo cohæret.*

Ad §. Conditio vero efficax est, *quæ in constituenda obligatione inseritur, non quæ post perfectam eam ponitur: Veluti:* Centum dare spondes, nisi navis ex Asia venerit? *Sed hoc casu existente conditione locus erit exceptioni pacti conventi, vel doli mali.*

Ad §. Modus obligationis est, *cum stipulamur decem aut hominem. Nam alterius solutio totam obligationem interimit. Nec alterum peti potest utique, quamdiu utrumque est.*

Ad §. Accessio vero in obligatione *aut personæ, aut rei fit. Personæ, cum mihi aut Titio stipulor. Rei, cum mihi decem aut Titio hominem stipulor: ubi quæritur, an ipso jure fiat liberatio homine soluto Titio.*

Obligationum, inquit, quæ scilicet ex contractibus nascuntur, & quæ pure ac simpliciter conceptæ non sunt, *fere quatuor causæ sunt: aut enim dies in his est, aut conditio, aut modus, aut accessio*, quod perinde est, ac si diceret, extra eas obligationes, quæ pure contrahuntur, nulla adjecta causa, ceteras vel in diem contrahi, vel sub conditione, vel cum adjectione modi, vel cum accessione extraneæ personæ, quæ dicitur adjecta solutionis gratia. *Obligationum causa*, id est, obligationes, *l. in omnibus, de regul. juris*: vel potius *obligationum causæ*, id est, qualitates, quæ obligationibus inesse, aut non inesse possunt. Earum igitur obligationum, quibus causæ quædam insunt, vel qualitates inhærent quædam, nec omni ex parte sunt puræ; Earum, inquam, hic quadriga proponitur. Et in diem quidem contrahi docet tam eas, quæ non ex die contractus, sed ex futuro die incipiunt, veluti ex proximis Calendis Martiis dari: quam etiam eas, quæ incipiunt quidem ex die contractus, sed desinunt ad diem certum, ut cum stipulamur usque ad Calendas Martias, usque ad annum 25. dari, ut *l. Firmio 26. §. ult. quando dies legat. ced.* Hæ proprie dicuntur contrahi ad diem, illæ ex die. Sed & generaliter & hæ & illæ in diem, hæ in *l. 1. §. item si ex die*, [illegible] *ususf. leg. ced.* illæ in *l. quotiens, §. ult. de le*[illegible] *l. 23. §. ult. de manum. testam.* ubi libertas [illegible] in diem, id est, ex die: quæ tamen dari ad [illegible] *l. 24. eod. tit.* [illegible] cum sit ex eodem [illegible] hæc ad hunc locum conjungi debet: [illegible] constitutione, [illegible] eandem esse causam obligationis & libertatis, quia nec libertas dari, nec obligatio contrahi ad diem potest, ad quem finem accipiat: sed hoc interest, quod libertas vitio temporis sublato manet post tempus, neque ulla ratione convelli potest, *d. l. 34.* Obligatio autem tametsi tempore ipso non perimatur, *l. 56. . qui ita stipulatur, tit. seq.* sive sit ex contractu, sive quasi ex contractu, ut obligatio legatorum, quæ etiam tempore ipso jure non finitur, *l. nemo potest, de legat. 1.* finitur tamen & perimitur, vel infirmatur creditore vel legatario agente post tempus, opposita exceptione pacti conventi, vel doli mali, quia contra placita agit. Et ita servitutes prædiorum licet ex die, vel ad diem, vel sub conditione, vel ad conditionem certam ipso jure constitui, id est, imponi & adquiri non possunt, quia qualitates prædiorum sunt, & qualitates, quæ subjecto imponuntur, per se inhærescunt iisdem statim, nec ex sequenti tempore initium aut finem expectant: tamen si quis ita impositas servitutes ante vel post diem vel conditionem, contra placita vindicaverit, repelli potest exceptione pacti vel doli, *l. 4. de servit.* Et simili modo (quo exemplo hic Paulus utitur) si quis in tradenda domo, quæ ex rebus duabus constat, ex solo & superficie, *l. eum qui, de usucap.* dixerit, *se solum tradere sine superficie*, nihilominus in accipientem ipso jure transit & superficies, quæ natura solo cohæret, jusque & conditionem soli sequitur. Sed vindicanti totam domum obstat exceptio pacti conventi in traditione interpositi, quod valere manifestum est, *l. in traditionibus de pact.* vel exceptio doli mali, quæ semper concurrit cum exceptione pacti, qui dolo malo facit, qui agit contra placita, contra conventa. Per quam exceptionem consequetur is, qui domum ea lege tradidit, ut sibi in ea habitare liceat, non etiam ei, qui accepit, *l. si fundum, §. qui fundum, de legat. 1.* Hoc autem loco, *quæ natura solo cohæret*: natura, id est, naturali ratione, *l. ult. de superfic.* ut natura manifestum est, id est, naturali ratione, *l. 1. §. pen. hoc tit. l. sicut, de usufr.* Et hæc ratio naturalis etiam efficit, ut servitus prædio imprimi vel imponi non possit ex tempore vel ad tempus, sicut nec homini, vel cuilibet alii subjecto innasci alia ex tempore vel ad tempus qualitas potest: Et ratio quoque naturalis efficit, ut semel contracta & constituta obligatio, tempore finiri non possit, quia natura comparatum est, ut omnium rerum, vel simplicium, vel compositarum certi sint modi, quibus nascantur & denascantur; neque enim temere nascuntur, aut denascuntur quoquo modo, sed certis præscriptisque modis. Et naturam jus civile imitatur, ac proinde certos constituit modos contrahendæ obligationis, velut contractum, maleficium, quasi contractum, ut ita loquar, & quasi maleficium: Certos item modos tollendæ obligationis, pura solutionem, acceptilationem, novationem, & contrarium consensum obligatione nata ex contractu, nudo consensu perfecto. His modis non adjecit pactum, & ideo pacto etiam ipso jure non tollitur obligatio, sicut nec contrahitur. Pactum non est modus contrahendæ obligationis, nec distrahendæ. Non adjecit etiam tempus, & ideo ex tempore quoque non tollitur obligatio ipso jure, quamvis id actum sit inter contrahentes, quia jus potentius est voluntate contrahentium. Et hoc est quod ait Paulus hoc loco: nam quod alicui deberi cœpit, certis modis desinit deberi, non ergo aliis modis, ut argumentatur M. Tullius pro Cæcin. *si per has rationes*, inquit, *majores nostri libertatem & civitatem adimi posse voluerunt: intelligimus*, inquit, *alio modo noluisse.* Et huic Pauli sententiæ convenienter *l. 7. C. de sentent. & interlocut.* verborum obligationem tantum certo jure tolli. Et similiter *lex patre, de his qui sui vel al. jur.* furore patris superveniente liberos patris potestate non exire, & generaliter, liberos non exire potestate parentum, nisi, inquit, quibus casibus solent, velut capitis deminutione, vel ut olim flaminio Diali, aut Vestali sacerdotio, ut Ulpianus in regul. scribit *tit. 10. in fine*, vel hodie dignitate patritiali, vel patris morte, aut deportatione. Ergo certis tantum modis, non aliis quibuscunque, alioquin negotia humana nullum haberent certum exitum. Ac secundum hæc quamvis qui promisit dare forte annua usque

usque ad annos decem, post annum decimum ipso jure non liberatur: tamen, ut dixi, contra placita agentem stipulatorem summovere potest exceptio pacti vel doli mali. Et hoc maxime distat obligatio ex die contracta, ab obligatione contracta ad diem: quod si ex die contracta sit, ante diem agi non potest, *l. qui res 63. §. ult. de solut. l. certi condict. de reb. cred.* si ad diem, statim agi potest quasi ex pura obligatione, sed non etiam post diem cum effectu, quia agenti obstat exceptio. Porro obligationi, cui inest dies, obligationi, inquam, in diem velim adjungi eam, cui locus inest, cui locus insertus est, veluti si quis Romæ stipuletur sibi Carthagini dari, quia huic stipulationi reipsa inest dies, quo scilicet Carthaginem perveniri potest, *l. interdum, tit. seq.* Denique qui certo loco dare debet, id est, alio loco quam in quo se daturum promisit, similis est ei, qui in diem debet, *l. 6. §. ult. ad Trebel.* Et ut ex die obligatio constitui potest, non etiam ad idem ipso jure, ut eo die finiatur & intereat: ita initio constituendæ obligationis inseri locus potest: puta, Ephesi dari, Carthagini dari, non etiam finiendæ obligationis, puta, ut det quotannis certam summam quoad Carthaginem pervenerit, *d. l. nemo potest, de legat. 1.* sed ope & remedio exceptionis elidi poterit actio, postquam is pervenerit Carthaginem, quia instituitur contra pacta & placita. Eademque est ratio obligationis contractæ sub conditione: quibus verbis, *sub conditione*, non tantum significatur obligatio, quæ fit vel incipit ex conditione, sed etiam, quæ ad conditionem, puta quoad vivam, *l. pater, §. ult. de condit. & demonstr.* Conditio est dies incertus: locus est dies tacitus, dies de quo prius actum est initio hujus disputationis, est dies certus & expressus, & tamen ut ex die, ita ex conditione constitui obligatio potest, puta, *si navis ex Asia venerit, decem dari.* Nam & conditionalis obligatio ex contractu obligatio est, *l. 10. & seq. l. 42. sup. hoc tit.* Ut vero ad diem, ita ad conditionem constitui obligatio non potest, veluti *decem dari, usquedum navis ex Asia venerit*: verum enimvero existente conditione, idest, postquam navis ex Asia venit agenti: Nam ipso jure actio competit, obstat exceptio pacti vel doli. Et hoc est, quod ait in §. *conditio*, conditionem efficacem esse, quæ in constituenda obligatione inseritur, id est, ab initio, non quæ post perfectam eam interponitur, id est, *ὕστερον*, ut Basilica habent, *veluti*, inquit, *dare decem spondes, nisi navis ex Asia venerit.* Hæc conditio posterior ipso jure inefficax est, quia non extinguit obligationem ipso jure, sed extinguitur per exceptionem, ut subjicit: *Sed hoc casu existente conditione*, puta veniente navi *ἐκ τῆς Ἀσίας* [illegible] locus erit exceptioni pacti vel doli. Conditio, inquam, quæ initio proponitur, constituit obligationem. Conditio autem, quæ postponitur, resolvit obligationem, non ipso jure, sed beneficio exceptionis, *l. 2. de in diem addict.* Beneficio exceptionis si sit contractus stricti juris: nam contractibus bonæ fidei exceptio pacti vel doli inest, ut non sit necesse eam opponere. De obligatione autem, cui modus adjicitur est §. *modus.* Ea fit, cum stipulamur decem, vel Stichum, aut Pamphilum. Nam sub ea lege, eoque modo fit, ut alterum peti non possit, quod stipulator exceperit sibi electionem, vel nisi alterum desierit esse in rerum natura, ut jam dari non possit. Idemque est in solutione alterius, ut quodcunque promissor elegerit, ab omni obligatione liberetur. Obligationi ita contractæ inest hic modus, & modum aliter accipit atque titulo, *de his, quæ sub modo &c. vel tit. de donat. quæ sub modo*, & aliter quam *l. 4. §. modum, de servitut.* Modum vocat hoc loco alternationem rerum, quæ in stipulationem deducuntur, qui à Græcis [illegible] & [illegible] dicitur, & causæ generali nomine, §. *huic autem, Instit. de act.* Modum, inquam, vocat alternationem rerum, aut vim aut potestatem [illegible] alternationis: accessionem autem, de qua mox subjicit, vocat alternationem personarum, puta, cum mihi [illegible] ut mihi adquiratur obligatio, aut Titio, non ut Titio adquiratur obligatio (quod per me fieri non potest) sed, ut ei solvi possit etiam me invito. Titius accedit, non obligationis, sed solutionis causa. Denique accessio est in obligatione, cum hæc mihi aut Titio decem: cujus obligationis natura est, ut ipso jure etiam solutis Titio decem me invito, non mihi tota obligatio perimatur. Vocat accessionem, alternationem personarum & rerum, ut cum stipulor mihi decem aut Titio Stichum, cujus obligationis longe alia natura est, nempe ut ipso jure non liberetur promissor Stichum solvendo Titio, quia aliud solvit, quam quod fuit in obligatione: in obligatione enim tantum decem fuerunt: sed liberatur tamen Titio Stichum solvendo per exceptionem conventionis vel doli mali, ut definit *l. quæ res, §. mihi Romæ, de solut. l. ult. §. cum mihi, inf. tit. prox.* quod Paulus in hoc §. in quæstionem deducit, nec definit, sed definiendum est ex supradictis locis. Et hæ sunt quatuor causæ obligationum. Videntur esse multo plures, quoniam ait, *Fere* quatuor esse causas, sed an sint, in §. sequenti persequemur.

Ad §. Si ita stipulatus *sim*, Si fundum non dederis, centum dare spondes? *Sola centum in stipulatione sunt, in exsolutione fundus.*

Ad §. Sed si navem fieri stipulatus sum, *& si non feceris, centum, videndum, utrum duæ stipulationes sint, pura & conditionalis, & existens sequentis conditio, non tollat priorem, an vero transferat in se, & quasi novatio prioris fiat. Quod magis verum est.*

Prætor quatuor causas obligationum, quæ superius explicatæ sunt, videamus, an sint & aliæ quædam. Et Paulus initio hujus legis indicat esse alias, cum non absolute dicat esse quatuor, sed fere quatuor esse. Hoc enim significat, non esse quatuor custodito numero, sed esse fere quatuor summas, quatuor frequentiores, quatuor propriæ appellationis, diem, conditionem, modum, accessionem, sicut in *l. 1. quib. ex caus. in possess. eat.* tres fere causas esse, ex quibus in possessionem mitti solet, crediti servandi causa, legatorum servandorum causa, & ventris nomine. Hæ sunt summæ & frequentiores: sed sunt aliæ speciales, dotis causa, judicati causa, *l. ea quæ, §. 1. ad municip. l. 2. & 3. C. qui pot. in pign. hab.* Adjectio, *Fore*, temperat divisionem, ut Macrobius in somnium Scipionis, Cicerone scribente, Solis sphæram de septem fere mediam esse, scribit, adjectionem *Fere*, definitionem eam temperare; quod Solis sphæra mediam regionem teneat numero, non spatio: Nam totius spatii, sive intervalli, quod septem sphæræ occupant, dimensione perspecta, regio Solis non invenitur in medio spatio collocata. Et ita cum loquimur de causis obligationum, quibus usus frequentior propria nomina fecit, esse quatuor dicimus: cum generaliter loquimur de omnibus, etiam de his, quæ nullam propriam habent appellationem, dicimus esse multo plures. Exempli gratia, alia est causa obligationis (quam dies, vel conditio, vel modus, vel accessio) quæ nascitur ex stipulatione proposita in hoc §. *ult. si fundum non dederis, centum mihi dare spondes.* Nam etsi hæc verba, Si fundum non dederis, conditionem faciant, conditio tamen ea longe alterius est generis, quam conditio casualis, quæ obligationi inseritur, de qua in §. *conditio.* Nam hæc, Si fundum non dederis, est in potestate promissoris, non in casu, aut eventu futuro. Item fundus, qui in hac conditione ponitur (quod in alia conditione non fit) quodammodo videtur etiam in obligatione poni, ut *l. 39. de operis libert.* quatenus scilicet & in solutione sine dubio ponitur; & solutio quoque fundi totam obligationem perimit. At vero, ut res tota, & harum rerum series tota dilucidior fit, annectam sententiam ejus §. *pen.* cum his, quæ præcedunt in §. *modus*, & §. *accessio.* Si modus inseratur stipulationi, ut si stipuler illud aut illud sub eo modo, utrumque dicimus esse in obligatione, alterutrum duntaxat in solutione, *l. si duo 128. inf. tit. prox.* Et ita Accurs. concludit recte in *l. illud aut illud, de constit. pec.* Sin vero obligationi inseratur accessio personæ & rei simul,

simul, puta, mihi decem aut Titio Stichum dari, fola decem sunt in obligatione, Stichus in solutione. Ubi semen quæritur, ut *Trial. sit in §. penu. fin.* an ipse liberetur promittor Titio Stichus folutio. Dubitatio-nem movet, quod aliud promittor folvit, qui Titio Stichum folvit, quam quod erat in obligatione, ideoque nec liberatio ei contingit ipfo jure, fed per exceptionem, ut in *l. ult. §. cum mihi, ult. pro. inf.* Quod & Paulum refpondiffe, hic §. indicat, in quo, ut *edendum* non effe novum, liberationem ferri etiam alis ex folum, quam effet in obligatione, cum fcilicet id ab initio actum eft inter contrahentes, ftatim fubjicit, ftipulationis ita concepta, fi fundum non dederis, centum dabis, fola centum effe in obligatione, fundum in folutione. Quæritur, quid fentiat, tametfi in obligatione proprie non fuerit, tamen obligationem perimi, quod conjunctim cum hoc §. *Si quis pro eo, mand.* (quæ eft ex eodem libro) aperiffime confirmat. Sed hoc exiguimus, ut fundus folvatur antequam lis de pœnaiis contefta-fit, ut in *l. fi quis ftipulatus 57. de folut.* Si ftipuler mihi decem, aut Titio mihi: fola decem funt in obligatione, mihi in folutione, & folvi mei poteft re integra, etiam invito ftipulatore, qui fecem dictum initio contrahendæ obligationis, ut eft, ftipulationis omnem vim penes fe habere ingra, id eft, antequam decem pervantur. nam poft litem contestatam de pœnaiis, poft litem contestatam, fera nimis eft folutio mellia. Sicut & ftipulatori fecundo, aut Titio, ante litem contestatam, folvi Titio poteft me invito; poft litem contestatam, cum ejus mihi dari oporteret, Titio non folvi recte, *l. ftipulator, de ftipulat.* Et hæc eft caufa ftipulationis, quæ proponitur in §. pen. alia vero eft caufa obligationis, quæ proponitur in §. *ult. nemini ferri, fi nemem non ferret, centum dari*, vel ut proprio exemplo loquiffimus, fundum dari, fi fundum non dederis, centum dari. Ubi quæritur, utrum fint duæ obligationes novis fcilicet vel fimili pœna, & propterea obligationis natura, atque adeo utrum exiftens conditio poftterioris obligationis, puta fi promiffor fuerit in mora ftabilitæ navis, vel deinde fundi juxta diffinitionem traditam a Papiniano in *l. ita ftipulatus, tit. fup.* Utrum, inquam, exiftens conditio poftterioris obligationis, non tollat priorem, ita ut tunc promiffor ftipulatori folvendo non agere nemem ferri, vel fundum dari oportere, quafi utrumque maneat in obligatione, pecunia & fundus, vel pecunia & conditionis natu, an vero una ex duabus conditio poftterioris ftipulationis tollat priorem, & in poftteriorem transfundat, & transferat omnem obligationem, quafi priori pœna novatione facta, ita ut fundus tantum, non navis aut fundus. Et hoc Paulus ait effe verius. Idem, qui ignor & hoc cafu ftatuendum effe, quod fuperior. ve. videlicet nullum tantum effe ufufr fervus alienus, dandi centum, fabitum autem navis effe in folutione, non in obligatione efficaci ad agendum in tempore committendæ ftipulationis illatæ, ut fi Stichus decem aliis centum dari, de qua in §. *pen.* Et hujus ftipulationis poteriorem, quæ in hoc §. proponitur, fundum dari, & fi fundum non dederis, centum dari, hæc eadem eft, navem ferri, & fi navem non fecerit, centum dari, quia non eodem tempore utrique ftipulatio committitur, quemadmodum Papin. docuit in *l. ita ftipulatus*. Pæterea in tempore, quo hæc vel illa committitur & locipa habet, inter eas effe diffrimen, & item aliud quod ex illa, quæ capit a conditione: Si fundum non dederis, centum dari, non ab obligatione illa, quæ navem effe, fine nulla indeti novatio, aut quafi novatio, fecit. In hac quæ capit ab obligatione fundum dari, fi fundum non dederis, centum dari, quafi novatio fuadicitur priori obligationi, fundum dari. In hac autem quæ capit de animo, ut utroque cafu fola pecunia fit in obligatione, fundus tan navis in folutione, duo nullum effe diffrimen, ut quid ait hoc loco in poftteriore ftipulatione ut fupra dixit. quafi novationem ferri, fi ftipulationi fundi fuerit non dati, *fi fundum reddiderit, centum dare*, ftipulationem penitus transferri in poftteriorem, & quafi novationem priori fieri, pugnare videtur cum eo, quod dicitur, ftipulationem pœnalem non novare priorem conventionem, ut *l. penult. de action. empt. aut Rom.* 122. §. *Plautius, tit. fup. & l. 71. §. fi quis a fervo, ad. cum l. fup. pro focio*, ne proinde creditorem non quidem ex utraque obligatione, *l. 4. §. Labeo, de ædil. curul.* (nifi id nominatim actum eft, *d. l. ita ftipulatus, & l. pen. de tranfact.*) non ex utraque, inquam, obligatione, fed ex utra voluerit ad interitum experiri poffe, quia poftterior non novat priorem. Verum hanc pugnam facile in tranquillum conferes, fi ita diftinguas & dicas, poft moram debitoris, ut in fpecie hujus §. ult. id eft, exiftente conditione pœnalis & poftterioris ftipulationis fine pœna novationem, non ante moram novationem effe, qua pœnam recipere poffit creditor. Accedit, ipfo *Scævola* narrante, quafi novationem aurem effe, quia prior obligatio non tollitur ipfo jure, fed per exceptionem, ut probat, *l. 1. §. ult. de fidejuf. pen.* nonnulla legitima ipfo jure tollere priorem. Item, quia non eadem res venit in utramque obligationem, quandoquidem in priori navis aut fundus, in poftteriori fola pecunia venit, & non nifi eadem res, quæ eft in obligatione, in utramque obligationem venisse, priorem & poftteriorem, propter obligationis novatio non fit. Et refte Accurf. in *l. Stichum*, *Cod. de pœnis*, in cuius fpecie priori ftipulationi connexa fuerat ftipulatio pœnalis, ponderat, Imperatorem cum loquitur de re, quæ fola priori obligationi continetur, his verbis uti. *Confequenter ut id ftat*, poft morem, fcilicet debitoris: Cum vero loquitur de pœna, quæ venit in poftteriorem ftipulationem, ita loquitur, *non ante*. Exigere debet, ut primere & extorquere invitiffimo jure & legibus, quod fit poftquam moram debitor fecit in præftando eo, quod priori obligatione continetur. Denique credere ex priori confequitur, quod in ea eft, fi id maluerit obligum accipere: ex poftteriori autem exigere, ex priori non exigit, quia fola poftteriori obligatione poffit pœnam deberi efficax eft, ut de morum utraque eft efficax, utraque manet integra & valida, quæ eft definitio hujus quæftionis.

Ad LXXV. Ii, qui ex ftipulatu Stichum debent, *fi eum extra mortem mortem fecerit, & ipse, proiifquam fuper eo promiffor contrahatur, fine dolo malo fuerit.* Non extra per eum fuiffe videtur, *quo minus eum præftaret.*

SCiendum eft, eum, qui certæ rei debitor eft ex ftipulatu vel ftipulationibus, vel ex alia quacunque causa, puta eum, qui tichum debet, mortuo Stichio ante moram fine dolo malo & culpa eius, non tamen liberari, ut nec reftituentem Stichi debeat, *l. 8. in fegeti 23. tit. fup. pens. l. eum res 47. §. ult. de leg. 1.* Idemque eft, fi Stichus, quem ex ftipulatu debet, non eft ex conftrafta, qui ante eorum promifforis mortem manumiffus eft ab eodem manumiffo fimilis eft mortui, *l. fi mihi, de ftipulat. l. in quibus, tit. fup.* At quærunt, fi Stichus creditoris proprius debitoris, ftque debitor ante mortem, id eft, priufquam fuper eo fervo interpellaretur, eum manumittat. & mox idem fervus poft manumiffionem ante mortem in furtum conceffit, an debitor liberetur? Et refpondetur, in hac lege debitorem liberari, proinde atque fi eum fervum non manumiffiffet, qui verum eft, per eum non fteriffe, qui minus eo vivo eum creditori dares: verum eft, eum moram non fteriffe, mortuum quippe eum fervum ante moram. Idemque dicemus, fi eum fervum alii venditaverit, & mox idem fervus vita decefferit ante moram debitoris, qui eum alii promiffum. Eadem ratio eft, *l. 21. de hered. vend.* poft moram Stichi mortuo, nemo dixerit debitorem liberari, ima debitorem teneri in eftimationem Stichi mortui, quod tenetur perfecte & ita fe habere, fi Stichus vita decefferit ante moram, ante interpellationem debitoris, fed poft confeffionem debitoris fi fuffus fit in igne fe debere Stichum: quæ poft eam confeffionem debuntus Stichus, poft moram, poft litem contestatam, poft condemnationem fecutam, ejus debuntus videtur. Confeffio enim pro condemnatione habetur. Et ita explicanda eft *l. 8. §. de confeffis*. Hæc vero (t) lex eft Pauli ex libris ad Plautium, ex quo etiam eft *l. 8. de ædilitio. quæ tamen* offendit, poft litem contestatam Sticho mortuo eum liberari, quod ad Stichi caufam vel eftimationem attinet, & fructuum tantum remanere perfecutionem. At, ut breve faciam, & paucis dicam, quod in re eft, fine qua nodus ufe expediri non poteft, ex his §. non eft de actione in perfonam, fed de actione in rem, ut ex his *fi fervus, public. folut. & l. utique. de rei vind.* quæ eum omnino ftatuit. Et quod in ea fcripfum eft, fi Stichus ex ftipulatu petitus poft litem contestatam mortuus fit, illud *Ex ftipulatu*, infinitivum eft, profecto fapit Glofographum. Aliud (ut ut plane loquar) habuimus non in dubium in *l. 3. quibus modis pign. Sive pignoratis*: quæ ibi proculiduhio eft Gloffema, quo paterfamilias defiderat jus quis fit debitum: Ergo & in *l. 8.* derrectio ille Gloffemate, *Ex ftipulatu*, legendum eft, *bona petitio*: cum & peti proprie dicitur qui vindicatur actione in rem: homo petitus eft, id eft, vindicatus judicio in rem. Et ratio differentiæ eft evidens inter actionem in rem, & actionem in perfonam. In actione in rem poft litem contestatam fus fatis defunto homine petitio, hoc perculum non pertinet ad bonæ fidei poffeffores, quos ipfa contestata eft, ac proinde in eas actionem in rem non damnatur, fed fructuum tantum nomine poft litem contestatam rum, & partium ratio habenda eft *d. l. utique, d. l. ft fervus, l. illud, de petit. hered.* in actione in perfonam poft litem contestatam, atque adeo de perfonæ contrafta, perfonam omne pertinet ad debitorem. Moram non fuiffe bonæ fidei poffeffor, qui judicium in rem fufcipit, fed morum debitor, qui judicium in perfonam fufcipit, & litigare mavult, quam folvere, *l. 8. §. 1. tit. fup.*

Ad LXXVI. Furiofus, & pupillus, *ubi ex re actio venit, obligetur, etiam fine curatore, vel tutore auctore; alterius ei fi commodum ex ea re quæratur, habeatur pro illo, qui ipfe interpofuit, vel damnum inde pupillus doceret: Nam judicio eum damnari divifionis obligationum.*

A tutoris, vel curatoris auctoritate: itemque pupillus, non etiam furiofus, dolo potens eadem actione reatur, fi rem communem fecerit deteriorem: Nam & hoc quoque damnum venit in actionem communi dividundo, *l. 3. §. penu. comm. divid.* Item actio tutelæ, & actio negotiorum geftorum contraria ex re ipfa venit, id eft, ex adminiftratione negotii alieni: Ideoque ex caufa eft non pupillus & furiofus obligantur fine tutoris & curatoris auctoritate, fi qui eorum negotia utiliter geffit. *l. 9. §. penu. de tutel.* vel quafi tutor, vel quafi curator, vel quafi procurator voluntarius, *l. 3. §. & fi furiofus, l. non fervus, §. ult. de negot. geft. l. 1. in princ. de comm. act. tut.* Denique quafi ex contractu furiofus & pupillus, etiam fine ullo dolo fuo, & fine curatoris, vel tutoris auctoritate obligantur, ut *l. 3. §. & fi furiofus*. Et hinc caufam referendi funt omnes loci, quibus penitur, pupillum aut furiofum jure obligari effe fine tutoris & curatoris auctoritate, ut *l. ftichum §. 1. & fi a pro, l. & a furiofo, de fidejuff.* Excipi tamen volo a quafi contractibus actionem hereditatis, per quam quafi contrahitur eorum hereditatis. Nam pupillus adeundo hereditatem fine tutoris auctoritate alioli agit, tutore auctore eam adire poteft, ideoque benigne recipimus eft propter utilitatem pupillorum, *l. pupillus, de adquir. hered.* & in eo non comparatur furiofo. Nam furiofus ex curatoris auctore adire poteft hereditatem, quæ ei non furiofo defertur: non delata hereditas adiri non poteft. Et in ceteris omnibus contrahibus, qui vel ex re ipfa, vel ex verbis, vel literis, vel autoritate fiunt, etiam differentia eft inter pupillum, & furiofum. C Nam furiofus nullum omnino negotium contrahere poteft, & ex eius quafi obligationibus civiliter, vel autoritate, vel adhibito quidem curatore. Pupillus tamen infante omnia negotia tutore auctore contrahere, & ex eorum quafi ipfe civiliter obligari poteft, *l. 1. §. penu. l. pupillus, de inutilib. ftipulat.* licut & illud benigne receptum eft, ut pupillus ex quafi aliqua contractu furiofo, tutore auctore hereditatem adire poffit, *d. l. pupillus*. Denique in negotiis contrahendis, atque etiam in adquirendo & retinendo, & licet alterum non poffidente poffidente) cedat, qua in aliis caufis frequens eft comparatio pupilli & furiofi.

Ad LXXVII. Arrianus ait, multum intereffe, *quarer, utrum alienum fundum quis emerit, an aliquem fundum. Ubi de aliis quidem quæritur, propterea effe debere ita, fi habeamus occafionem, ad ea perfequenda. Ubi de liberandis, ea ratione, ut fufficiat fine fua culpa non emiffe.*

PLacet Trifide defenfio Arriani juriconfulti, qui fecipe in his libris in teftimonium vocetur, quæ talis eft: ut cum quæritur, an qui fit liberatus, juriconfulti fcilicet, quæ ad liberandum debeant liberationem, id eft, facile refpondere debeant, effe liberatum: cum autem quæritur, an qui fit obligatus, propenfiones & facilitatem refpondere debeant ad agendum, ad dicendum, non effe obligatum. Quæ cautio optima eft, & potefi effe bini in negotiis quamplurimis, additis fcilicet, *fi habeamus occafionem*. Nam habenda E negandi obligationem effe eum, de quo quæritur, vel adferendi effe liberatum, fi occafionem aliquam habeant, occafionem juris fcilicet, *l. ult. Cod. pro emptor.* & vel adjecta cautionem, modo fit juris occafio, ut *l. 49. §. adfidelia, de fideicommiff. liber.* Si aliquam, inquit, occafionem habeamus. Et hoc eft omnino, quod ait idem Paulus in *l. 108. de regul. jur.* rapiendum eft occafionem, qua prebet benignitas refpondens, expendum igitur ftrictæ, & late conftantem, non vafe expeditam, Labeo alia ratione, quam qua Quintilianus ait *Declam. 288.* in ea re, qua ut magiftri, *non reprendam, fed expectandam occafionem effe*. Et ita M. Cato, *reprende non citiufto primo*. Et Horatius, *reprenes annos occafionem de die*. Occafio autem idonea eft ad negotium

(t) *Vide Merill. Variant. ex Cujac. lib. 3. cap. 21. & 22.*

obligationem, & affirmandam libertionem, si res fit dubia, & ambigua oratio sit relatorum, vel contrahentium, vel obligati, nec caperit, quid actum sit, *l. Servo pronitio, de legat. 2. l. 1. l. 8. pro. & legat. 3.* Ex quibus locis apparet in dubio parendum esse heredi, ut minus noceatur. Nec mihi hanc l. conjungenti *l. verum probabitur, de excusat.* quæ est ex eodem libro. Ex ait enim non prohiberi pluribus defensionibus uti, quamvis diversis sint, etiam exceptione inter se pugnante, exceptione rei judicatæ, pacti, cum tamen certo constet actorem pluribus actionibus uti non posse idem omnino perfequutibus, *l. plures, infr. hoc tit.* Quod plane indicat, propterea hos effe juris auctores in rebus, quam in actorem, in dubiorem, quam in confitentem, in liberationem, quam in obligationem, ut & M. Tullius ait pro domo sua, *multa contra ius scripta sibi dicta putamus, atque ad misericordiam.*

Ad L. XLVIII. In quibuscunque negotiis *fermone opus non est, sufficiunt conjecturæ, sis etiam fordes intercurrere possit: quia pacti intelligere, & confirmare voluit in testamentis, codicillis, fideicommissis, & cæteris.*

HOC tantum l. 48. sit, in contrahibus, qui nudo consensu perficiuntur, ut in emptionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, quæ nudo consensu perficiuntur, nec ullum verborum proprietatem desiderant) etiam fordes intervenire posse, etiam interfordes hoc contrahitus haberi posse, quis fordi intelligere, & confentire possunt, & hoc sufficit his contrahibus perficiendis: imo & fieri reipublicæ causa. Idemque dicendum est de unoto, quamvis de eo magis dubitari poterat, quia est intelligere, & consentire posse, reſpondere tamen non potest. Verum unoto idem est, quod in fordo *l. 2. adv non vere 124. de reg. jur.* Hæc ratio etiam facit, ut pro herede gerere, & hereditatem obligati munus & fordes esse, quia in eo ita fermone opus non est, *l. 5. de adquir. hæredit.* At in contrahibus, qui verbis perficiuntur, hæ personæ intervenire non possunt, *l. 1. t. tit. seq. l. 1. §. 2. de pact.* Quæ causa fordes & mutus tutores esse non possunt, *l. 1. §. adv. tut. l. pen. §. adv. the legat. tut.* quia nec ripulari possiti nomine, aut fide, vel promittere, nec interponere prætorem auctoritas. Auctoritas præbetur verbo, non nudo consensu, & inde separatio auctoritatis tutoris a consensu, *l. 1. tut. quidam, Cod. de admin. tut.*

Ad L. XLIX. Ex contrahibus venientes actiones *in hæredem dantur, licet debitum nunquam perfonæ, sed rebus datum fuerit, ut in tutela gerendo dolo fecerit, aut ti, apud eum depositum eſt. Quæ cauſa etiam cum filiisfam. aut furiosi quid tale commiſit, de peculio actio datur, non noxalis.*

REgula juris eſt: Ex contrahibus, vel quaſi ex contractibus venientes actiones in hæredem dari. Inde fit, ut in *l. 12. §. pen.* licet in eo delictum quoque ſecutum, pura dolus malus deſcribatur, in hæredem dari in iudicium, etiamſi ex dolo malo ipſe hæres fit locupletior. Et apponit ad hanc regulam Paulus duo exempla, quorum unum eſt de actione quaſi ex contractu, ut ibidem tenetur, pura ſi quid tutor in tutela gerendo dolo malo fecerit. Alterum eſt ex contractu, puta de actione depoſiti, ſi quid depoſitarius in ſervanda re depoſita dolo malo fecerit. Denique inquit, omnium apponit de actione quaſi ex contractu, & alterum de actione ex contractu, ut intelligamus ſolliceſ, ideſt juris eſſe Romanorum in certis omnibus actionibus, quæ veniunt ex contractu, vel quaſi ex contractu, ut ſolliceſ omnes heredes heredes, etiam ob dolum malum defuncti, reſpondere tenere non poſſe. Verum unum inde eſt, quod in fordo dixi, qui dolum admiſit, nihil quicquam ad rem pertinere, *l. 25. fup. hoc tit.* actio ex contractu vel quaſi ex contractu, in qua ipſe perſonalis, aut bona hæredum ſint. Nam in heredem ejus, qui dolum admiſit, etiam non quæ ex eo dolo pervenerit, qua

A principaliter ex contractu, & rei perſecutione venit, non ſolum, vel delictio. Quo intentione etiam, ut oſtendit hoc locus cum in contrahibus ſimilitudines, vel pervi contrahentis dolus verſatur, in partem vel dominum datur actio de peculio, non actio noxalis, qua obligatio ex negotio geſto venit, ex contractu, non ex delicto, ſive nova principaliter, *l. 1. §. cum furtum, de hoc qui deberet. l. 38. de reg. jur. & ut in l. 12. fup.* (quemadmodum in cæteris interpretatione docui) ita in hac lege, *l. 38 pœna, vel. de pœnis*, augit differentiam eſſe ſupplendam, aut diſtabulendam: quia ab his actionibus, quæ ex contractu, vel quaſi contractu veniunt, ſeparantur illæ, quæ veniunt ex delicto, vel quaſi ex delicto: nam hæ in hæredem non dantur in ſolidum, quia pœnales ſunt: niſi ſit cum defuncto fuerit conteſtata: ſed dantur tantum in id quod ad eos heredes pervenit. Et ex delicto ſervi dominus tenetur noxali actione, non de peculio. Ex delicto filiifamilias aulla actione hodie tenetur pater, & cum ſolo filiifamilias ab eo eſt, *l. 5. vel. tit. ſeq. §. filiusfamilias, Inſtitut. de obligat. quæ ex delicto. Certera*, quæ hac hoc quadtionem ſive regulam pertinent, expoſuimus *ſup. in l. 12. hoc tit.*

Ad L. L. Quod quis aliquo anno *dare promiſit, aut dari damnator: ei poteſtas eſt, quilibet ejus anni die dandi.*

REgula eſt communis ſtipulationibus, quotiam aſt. *Quod quis dare promittit:* & loquitur etiam, qui legatarium inſtituit, quotiam aut. *Qui quis dare damnatur*, in teſtamento, vel codicillis. Igitur ex his caſibus cauſis relicti per damnationem, vel ex ſtipulata mihi aliqua anno, puta hoc, vel proximo anno, vel quinto, vel decimo anno dare debeas, ſingulis annis dare poſſum, quilibet ejus anni die id dare: neque igitur me ex ea cauſa tecum agere poſſe, antequam is annus exierit, in prima dare, & in ultimo, quo dare debeas. Ergo non poſſum tecum agere ex ſtipulatu, vel ex teſtamento quocunque die, imo nullo eius anni die, quia ſolitum tempus præterierit, ut ſtatim poſſim agere: ſed debeo tu eius anni non habes in me conditionem indebiti, qui ſolviti ex cauſa judicati, *l. 5. ſtipulatio, §. in annuis, mand. l. cum pecuniam, fami. erciſc. l. Cod. de condict. indeb. l. 2. Cod. de compenſat.* Sed ſi ſine judice id a te exegero, ſi te forte decepero, delinero, atque ita id a te expreſſero, ſtatim ſolvendo, hæc ſolutio habet alteram conditionem indebiti. Obſerva autem attente, Paulum hoc loco loqui de legato relicto per damnationem, hoc modo: *Titium heredem meum damnas eſto dare L. Titio centum dare*, quo genere manifeſtum eſt hæredis cauſa, qui donatur, annum adſcribi: atque in hoc non poſſe hæredem heredis, antequam annus exierit. At ſi legatum ſit relictum per vindicationem hoc modo: *Lucius Titius centum meo cuique capito ex bonis meis dato*, vel *heres meus dato*, tum ſtatim annus eius diebus. Titius legatum vindicare poteſt. Ergo & ſtatim initio anni: ſicut cum ſervus aliquo anno liber eſſe jubetur, ſtatim initio anno ſe adiſſe re in libertatem poteſt, ut eodem libro ſcripſit Paulus in *l. ſi in tuo fervi 41. de manumiſſ. teſtamento* cum hac lege conjungenda eſt huius differentiæ conſtituendæ cauſa inter legatum damnationis, & legatum vindicationis. Proinde hoc generis legati, quod per vindicationem relinquitur, tempus adſcribitur, non heredis, ſed legatarii cauſa, qui legatum vindicare jubetur, ut quo

B

C

D

E

F

quocunque eius anni die, vel primo die ſi voluerit, a legatum vindicet. Quæ differentia ſumme notanda eſt.

Ad L. LI. Nihil aliud eſt adſtipulari, *quam ſpe, quod filii debeatur, publicis perſequendi.*

Secunda hæc eft: Bona eorum, qui in caufidia fuit, hereditibus eorum non auferuntur, fi quis in testa fuit mente, vivere decreverit fpeciem, quia mortem expetit, & perit caufa criminis, fi moritur indemnatus, id eft, ante damnationem, l. 3. 5. *ult. fup. de bonis eorum, qui ante mor. quæ lex ideo fupra ftatuit, quod hæc fententia Pauli fecunda. Verum hoc eft, etiamfi quis in cuftodia fit, vel in vinculis, vel in compedibus teus poftulatus vita defenderit: utrum ea pro damnatione non habeantur, ac quæ infumiam irrogant. Hoc vero vult Paulus, verum hoc eft, etiamfi quis reus criminis poftulatus ante fententiam defenderit: interim tamen ex vinculis exemtus, bona ejus fifco non vindicari, fed tranfmitti ad heredes ejus. Idemque eft, fi reus abfens, qui ad requirendum abfentem eft, nunquam, id eft, antequam bona publicarentur abierit e vita, qua & hoc cafu bona fervantur heredibus, l. 1. & 2. 5. *ult. fup. de requir. reis*, l. 3. *Cod. apoft. reis, nec fupersun.* Excipio eum mortuum, cui

bus restituuntur. Et hoc nomine (ut arbitror) a privatis A fiscus conveniri potuit actione ad exhibendum, ut ait *l. ult. C. ad exhibend.* Verbi gratia, si quod debeo Titio ex chirographo, ei solvero, mox antequam restitueret mihi chirographum, bona Titii pervenerint ad fiscum, agam cum fisco actione ad exhibendum, ut mihi restituat mea chirographa, & instrumenta omnia ad hunc contractum pertinentia, quem solutio mea dissolvit. Nam actioni ad exhibendum inest restitutio, id est, in hac actione exhibere significat restituere, *l. 3. §. si mecum, l. 9. §. quantum, ad exhibend.* hoc est, quod ait, a fisco esse restituenda. Et idem etiam ostenditur in *l. solutione, sup. eod.* in qua ex Basilicis, & ex *d. l. ult. C. eod.* pro *creditor, debitor*, est restituendum, pro *debitore, creditore*. Et sic hic locus explicandus est, quem non capiunt Glossæ.

Ex septima sententia intelligitur, neminem compelli B instrumenta vel acta sua ad jus suum pertinentia edere adversus fiscum: sicut nec compellitur quisquam adversus seipsum sua edere instrumenta, *l. pen. ad exhib. l. ult. C. de eden.* quod apud nos eodem loco esse debeat, causa fiscalis sive publica, quo res & causa nostra. Denique ut adversus meipsum, ita adversus fiscum non cogor edere instrumenta. At adversus alium cogor edere instrumenta mea, si modo id fiat sine incommodo meo ex secunda constitutione Græca, quam reposuimus ad *titulum de fide instrument.* Ipse vero fiscus, si quando cogatur acta sua, vel instrumenta edere aliis, id est, describendi copiam facere, ea edit sub conditione, vel cautione, ne is, cui eduntur eis utatur adversus fiscum, addita pœna in cautione, ut si eis utatur adversus fiscum, frustra utatur, id est, causa cadat. Et recte ait, adversus fi- C scum vel rempublicam. Nam hæ Pauli sententiæ, ut initio dixi, sunt ductæ ex libro de jure fisci, & populi. Ergo cavere debet, se non usurum instrumentis, quæ ei fiscus edit adversus rem fisci, vel populi. Illo loco, actorum suorum appellatione comprehendit etiam acta communia, instrumenta communia, quæ fiscus habet cum alio, ex *l. procurat. C. de eden.* quæ ait, ea postulanti edi a fisco secundum morem, hoc est, præstita illa cautione, de qua hoc loco. Est etiam de instrumentis, vel actorum editione sententia octava, ut scil. a fisco, id est, a procuratore Cæsaris, vel a præfecto ærario, apud quem agitur, recte postuletur editio actorum judicialium, ut jure meritoque eis ex causa uti liceat. Quod confirmat etiam *l. 2. C. de eden. & l. 6. C. de accusat.* Et quia hæc acta eduntur ad investigandam veritatis fidem, ut ait *d. l. 2.* D ideo exempla actorum, quorum fit copia, habere debent subnotationem, id est, subscriptionem commentariensis, id est, officialis procuratoris Cæsaris, a commentariis, sive ab actis, qui etiam actuarius dicitur. Gallice *[illegible]*. Alioquin si quis acta publica proferat sine adnotatione commentariensis, causa cadit, quia non explet fidem, quam [illegible] ex actis fiscalibus. Et observandum, [illegible] instrumentis, quæ ex edicto de edendo [illegible] faciendæ fidei causa. Nam editiones [illegible] instrumentorum non desiderant subscriptionem edentis, [illegible] quia etiam subscriptio edentis nihil [illegible].

Ad §. Quotiens iterum apud fiscum *eadem causa* [illegible] *priorum actorum, quorum usus* [illegible] *fuerat postulan*[illegible] E [illegible] *recitatio jure poscetur.*

Postremo de editione additur in *§. quoties iterum*, [illegible] nona Pauli sententia, aliquando causam eandem [illegible] apud fiscum, [illegible] ex præ[illegible], ut [illegible] *adversus* [illegible]. At tunc (ut ait hoc loco) si forte per injuriam [illegible] priorum actorum [illegible], qui postula[illegible] causa ex [illegible] jure repetitur recitatio [illegible], inquit, in [illegible], id est, a [illegible] desiderabitur, ut in posteriori judicio [illegible] prioris judicii [illegible].

Ad §. Qui pro alio a fisco conventus *debitum exsolvit, non inique postulat persecutionem bonorum ejus, pro quo solvit. In quo etiam adjuvari per officium solet.*

Restat ut absolvamus Pauli sententias sex, quæ supersunt in hac lege. Perveni heri usque ad decimam. Sententiæ primæ verba hæc sunt: *Qui pro alio a fisco conventus, &c.* Hæc sent. sic explicanda est: fidejussor, qui fisco solvit pro debitore principali, quem tamen priorem fiscus convenire debuit ex l. 1. *C. de conven. fisc. deb.* Is fidejussor juste desiderat sibi præstari persecutionem bonorum debitoris principalis, quasi jure hypothecæ, quam habuit fiscus, aut sibi ea bona tradi per fiscum, ut in specie *l. 5. C. de sentent. & interlocut.* Et ea in re etiam B adjuvabitur per officium fisci, ac si ageret fiscus ipse, id est, per officium fisci occupabit bona debitoris quasi jure tacitæ hypothecæ, quam fiscus habuit in bonis debitoris principalis, pro quo solvit. Potest etiam poni species ad hanc sententiam ex *l. cum possessor, inf. de censibus*, cum plures essent possessores prædiorum in pago uno, aut vico tributario, fiscus unum locupletiorem ex illis possessoribus convenit pro universo vico negotii expediendi causa, ut ait illa lex: quia scilicet uno convento facilius lis expeditur, *l. 3. §. apparet, de administrat. tut.* Et convenit unum pro omnibus, *tributorum jure* (inquit lex) quod notandum: quia non dicit tributorum nomine, sed jure, quod est privilegio tributorum, id est, eo jure, quo tributa unius territorii ab uno exigi poterant per fiscum pro omnibus: quod etiam hodie ita C servatur, licet repugnent posteriores constitutiones, *l. jubemus, C. de omni agro deserto, l. 4. C. de exactor. & exact. libro 12. l. 1. C. ut nullus ex vican. lib. 12. l. 2. C. Theod. de exact. lit. institut.* At *l. cum possessor*, omnino demonstrat fiscum pro omnibus possessoribus unius territorii unum convenire posse: nec sine calumnia id possis efficere, quin hoc statuat *d. l. cum possessor*. Et hoc fuit jus tributorum, id est, jus fiscale sive privilegium fisci. Et hoc quidem casu, qui fisco solvit pro omnibus, id est, pro omnibus prædiis (quia prædia tributa debent, non personæ) recte desiderat fiscum sibi cedere suas actiones, nimirum personales, & hypothecarias adversus ceteros possessores, pro quibus solvit. Et, ut addit Paulus hoc loco, in ea re etiam adjuvabitur per officium fisci, id est, per officialem fisci: quod potest intelligi de com- D mentariensi, de quo sunt duæ superiores proximæ sententiæ.

Ad §. Fiscalibus debitoribus petentibus, *ad comparandam pecuniam, delationem, negari non placuit, cujus rei æstimatio, ita arbitrio judicantis conceditur, ut in majoribus summis, non plus quam tres menses: in minoribus vero non plus, quam duo prorogentur. Prolixioris autem temporis spatium ab Imperatore postulandum est.*

Undecima sententia hæc est, debitori fiscali, cum dies solvendæ pecuniæ venit, adhuc petenti dilationem ad conficiendam pecuniam, & parandam (Accursius est suavis, qui in ipso ingressu non intelligit, quid sit, *ad comparandam pecuniam*) Paulus ait, dilatio- E nem esse dandam a judice. Nunquam fuit probata severior instantia creditorum, *l. si bene, de usur.* Dilationem igitur ait esse dandam a judice: cui tamen modus præscribitur, ut si major summa debeatur, non plus quam tres menses fiscus debeat: si minor, non plus, quam duos. Prolixiora tempora solum principem dare posse. [illegible] hæc est sententia hujus §. quem esse ex aliqua Constitutione non est dubium, qua finiuntur tempora: quoniam finire tempora (tres aut duos menses) est legis, non jurisconsulti. Et aliæ fere omnes sententiæ Pauli ductæ sunt ex constitutionibus principum. Multa sunt soli principi reservata, nec concessa judicibus. Solus princeps restituit natalibus, solus restituit famæ, *l. Imperiales, C. de nuptiis, l. si qua, C. ad SC. Tertull. l. 1. §. de qua, & §. seq. de postul.*

solus princeps permittit viduæ nubere intra legitimum tempus, *l. solet, de iis qui notant. infam.* solus dat veniam ætatis minoribus, *l. 3. de minor.* solus minorem restituit in integrum adversus libertatem, *l. nisi ex magna, sup. de minorib.* solus pœnæ dat veniam, *l. Divi, de pœn.* solus jusjurandi gratiam facit, *l. ult. ad municip.* solus invitum curatorem dat bonis, *l. 2. §. quæritur, de curat. bon. dan.* solus prolixiora tempora dat heredibus ad deliberandum, *l. ult. §. & hæc quidem, C. de jure delib.* solus prolixiora dat tempora debitoribus fisci ad solvendum, ut hoc loco, & non tantum debitoribus fisci, sed etiam debitoribus privatorum, dum dat inducias anni, vel quinquennii, ut in *l. universa, C. de precib. Imper. offer.*

Ad §. Si principalis rei bona ad fiscum devoluta sint, *fidejussores liberantur: nisi forte minus idonei sint, & in reliquum non exsoluta quantitatis accesserint.*

Sententia 12. quæ est in hoc §. habetur difficilior, & omnino sic est accipienda, ut apparebit sub finem meæ interpretationis, ut si fiscus occupaverit bona debitoris sui, tardius pecuniam inferentis, & ea distraxerit suo jure tanquam creditor hypothecarius, fidejussor debitoris liberetur: quia fiscus suam pecuniam recepisse, & sibi solvisse intelligitur, occupatis bonis debitoris. Et hoc ita verum est, nisi forte debitor principalis minus sit idoneus, minus locuples, & fidejussor accesserit in reliquum non exsolutæ pecuniæ, id est, in id quod a debitore principali servari non posset. Quo casu, si bona debitoris non sufficiunt adimplendo fisco, in reliquum fi- C dejussor tenetur, *l. 2. de fidejuss. tut.* Et hoc, ut dixi, si fidejussor intervenerit in omnem debiti causam, vel in id quod a debitore princicipali servari non posset. Nam si intervenerit simpliciter in id, quod reus principalis esset debiturus, bonis debitoris occupatis fidejussor liberatur, quia jam reus principalis nihil debiturus est, quia occupatis bonis debere desiit, perinde atque si fisco cessisset bonis, *l. 3. C. de bon. auct. jud. l. pen. C. de revoc. iis, quæ in fraud. l. heres, §. quod si stipulator, de fidejuss.* In qua tamen l. debitore liberato, bonis possessis, inquit, a creditore, & distractis, ait fidejussorem obligatum manere. Sed locus ille est intelligendus, non de eo, qui fidejussit simpliciter, sed de eo, qui fidejussit in omnem causam. Nam hac in re idem est jus fisci, & privati creditoris. Illo vero loco *h. §. nisi forte minus idonei sint*: intellige, rei princi- D pales: quia est manifesta enallage numerorum in his libris, & aliis frequentissima.

Ad §. Si plus servatum est *ex bonis debitoris a fisco distractis, jure ac merito restitui postulatur.*

Sententia 13. hæc est: Dixit in superiori sententia de bonis debitoris fisci, de quibus minus servatum est: nunc dicit de his, de quibus plus servatum est, plus redactum, quam fisco deberetur, ut scilicet, quod superfluum est, fiscus restituat debitori: quod etiam obtinet in quolibet creditore distrahente pignus, si ex pignore plus servaverit, *l. ult. C. de distract. pignor. l. quamvis, §. ult. l. seq. sup. de pignerat. actione.*

Ad §. Conductor ex fundo fiscali nihil *transferre potest: nec* E *cupressi materiam vendere, vel olivæ, non substitutis aliis, ceterasque arbores pomiferas cædere. Et facta ejus rei æstimatione, in quadruplum convenitur.*

Sententia 14. hæc est: Conductorem fiscalis fundi, si excidat arbores frugiferas, non substitutis aliis confestim, & vendat materiam, conductorem, inquam, fisci facta æstimatione, quanti interest, condemnari in quadruplum, & nominat specialiter materiam cupressi sive olivæ, quoniam hæc est pretii majoris, quia neque cariem, neque vetustatem ullam sentit, neque fissuram ullam capit cupressi vel olivæ materies. Plin. *lib. 16. cap. 40.*

A Ac proinde ex materia cupressi naves ædificare utilissimum est, *l. sed si ex meis, de adq. rer. dom.* Et Arrian. 7. *ἀναβάσεως*, & Veget. *lib. 4.* scribens de liburna, quæ est navali bello peridonea, Gallice, *une Galere*: *Ex cupresso*, inquit, *præcipue Liburna contexitur.* Hæc vero actio in quadruplum, quæ datur locatori in conductorem, qui cecidit, & vendidit materiam cupressi, & olivæ, vel alias arbores pomiferas, non substitutis aliis, propria est fisci. Et valde nobis usui erit hæc sententia in interpretatione *§. ultimi l. seq.* Nam privato locatori in conductorem, qui idem admisit, quæ datur actio levior, est in duplum tantum, puta ex 12. tab. de arboribus succisis, quæ est tantum in duplum. Datur actio ex locato, sed in simplum tantum: datur actio leg. Aquiliæ, id est, datur interdictum quod vi aut clam: sed his gravior est actio arborum cæsarum, B quæ continet tantum duplum ejus, quod interest locatoris, *l. si merces, §. culpæ, loc. l. duobus, §. colonus, de jurejur.* Ergo hoc annumerari etiam debet inter privilegia fisci. A primo die, quo cœpi hunc titulum interpretari, vos debuistis in unum congruere omnia privilegia fisci, quæ fuere vobis recitata per partes, quæ recitabo, & potero proxima lectione allegare.

Ad §. Minoribus vigintiquinque annis, *neque fundus, neque vectigalia locanda sunt: ne adversus ea beneficio ætatis utantur.*

Decima quinta & ultima sententia hæc est: minoribus 25. annis non esse locanda vectigalia fisci, non posse eos esse publicanos, fiscum etiam eis non locare prædia fiscalia, quia adversus conductionem possent re- C stitui beneficio ætatis, & gestum rescindi, ut in *l. si Titius, §. 1. de fidejussor.* fiscum non locare sua prædia minoribus propter incertum ætatis & restitutionis beneficium, non locare vectigalia filiisfamilias, quia suæ potestatis non sunt, nec suæ tutelæ, *l. 3. §. 1. ad Maced.* quæ ait, filiumfamilias non immerito haberi pro patrefamilias, si vectigalia conducta habeat. Cur ita? Quia soli patresfamilias accedebant ad conductionem jurium rerumque fiscalium. His sententiis Pauli ex eodem libro & titulo de jure fisci, possunt & aliæ addi, quæ sunt in fragmentis Pauli, & in *l. locatio, sup. de publican.*

Ad L. XLVI. Aufertur ei, quasi indigno successio, *qui, cum heres institutus esset ut filius post mortem ejus, qui pater dicebatur, suppositus declaratus est.*

D Initio hujus l. proponitur sive ostenditur, ei velut indigno fiscum auferre hereditatem, qui cum esset institutus ut filius, testatore existimante, eum sibi filium esse, post mortem testatoris subditus & suppositus declaratus est, quia non habet voluntatem defuncti, qui si suppositum scivisset, eum non heredem instituisset, *l. 4. C. de hered. inst. l. 5. de testam.* Et facessant, qui dicunt ei quidem auferri hereditatem, sed eam agnatis defuncti cedere, non fisco, quia nec juvantur *l. nec apud, C. de hered. instit.* quæ non loquitur de fratre supposititio, & supposititii tantum bonis indigni existimantur: sed loquitur tantum de fratre adoptatitio, quæ adoptio jure non consistit.

E Ad §. Qui aliquid sciens in fraudem fisci suscepit, *non solum rem, in qua fraudis ministerium suscepit, sed alterum tantum restituere cogitur.*

In §. 1. ostenditur, eum, qui sciens aliquid acceperit in fraudem fisci, vendente scilicet aut donante debitore fisci, in duplum mixta actione teneri, ut scilicet res sit in duplo, quod est ex constitutione aliqua, & est valde singulare in fisco. Nam quod alienatur in fraudem privati creditoris, ab eo, qui suscepit, revocatur in simplum actione Pauliana. At quod alienatur in fraudem fisci ab eo, qui id sciens recepit, revocatur actione extra ordinem in duplum: ut ait in hoc §. *extra ordinem*, ut in *l. pecunia, C. de privilegio fisci.* Nam actio Pauliana, quæ

ell ordinaria actio, non pertinet ad ea, quæ alienantur in fraudem filii, quod maxime notandum est. In libertatibus datis in fraudem, idem jus est privati & filii, ut ipse jure non valeant. *l. prox. §. a delatore, & l. 3. C. qui manumitt. non possunt.*

Ad §. Quod a prædæ, seu procuratore, *vel qualibet alio in ea potestate, in qua administrat, licet per fraudulentam professionem, comparatum sit : inferendo contractus, vendicatur, & affirmatio ejus fisco infertur. Idem jus est, si in eadem potestate, in qua per administrat. affirmatus est.*

Inter causas puniendi fisci in *l. 1. hoc tit.* hæc numerata, ut, quod pœna ex contractu privato, fisco debeatur. Cujus exemplum est in hoc §. si quid prædæ provinciæ, aut procurator Cæsaris, vel quilibet alius officium gerens in provincia, vera ejus esse dixerit, & pecuniæ, & pœna bona exempta a provinciali, nihil interest, an per fraudem personam, & nomen alterius, vel suum sibi fuerit mancipatum, aut emere ex officio, quod quis administrat. Ergo vitiat illicitus contractus reficiendæ rei empta, & affirmatione ejus fisco adjudicata, quia (ut dixi) nihil licet mercari ex officio, quod administratur. *l. non licet. 3. non licet. 4. non licet.* Ergo repugnat quæstio, & ex officio suo quæstum facere, puta frumentum potestate officii sibi emere (ut fit) viliori pretio imponendo & indecernum est. *l. 1. non licet*, majoribus personis flagrante, quam hic *l.* nimirum, ut fiscus rem auferat emptori, cumque condemnet in quadruplum. Et cognat. *l. pen. Cod. de debitor fiscum.* & *l. 2. Cod. de fur.* vult rem restitui venditori, id est, provinciali, non adjudicari fisco. Hæ pugnæ quemadmodum componemus universi? Non male Accurtius hoc loco, Interim & debitor ex dicta *l. non licet*, æstimationem rei empte intelligit emptorem fisco inferre in quadruplum, sed emptorem petitum quasi emit & solvit, poti rem habet. Non enim fisco, reponere a venditore, *l. 1. Cod. Theod. de his qui administr. sed eff. publ. gerunt*, ut Agrippina heres emptoris petitum petit a venditore. Et hujus rei argumentum est in *l. fenestræ. de remotis.* Vel expeditius erit, si dicas hæc in re duplices fisco præberi vias, ut rem vindicet ab emptore, qui rem emit illicite, & venditori adferat pretium, quod accepit, & hoc amplius fuperit fisco posse trigil adversus emptorem. Item alia via, ut protinus cum vindicat ab emptore, & ab eodem quæ quadruplum pretii exigat; salva eidem emptori repetitione pretii soluti a fiscum adversus venditorem. Quod autem diximus, fiscum rem auferre, fic eft accipiendum, fi venditor, *l. 1. Cod. Theod. de his qui administr.* non deposuit ab emptore officium, venditionem etiam facias, vel fi eam comprobet ille magistratus, cui hoc est officii, *ubi dicit l. 5. & 6. Cod. Theodof. de his qui administr. vel officium gerent*, id eft, Evenditor nolit rem repetere, ut rem fiscus eam exigat emptori, aliquod venditori eft integrum vindicatio rei, vel repetitio per affionem quod metus causa, dicta *l. pen. C. de his qui vi metusve causa*, *l. 5. & 6. C. de his qui admittit.* Et hoc est primum, quod venditor, aut reprehenditur ea vendita venditor non redditerit emptori, fiscus venditori aufert: & hoc amplius exigit triplum ab emptore, quia nomine : vel ultro venditor repetere a fisco potest emptori, emptor damnatur fisco in quadruplum, quanti rem emit, & ita omnino prope componentur hæc.

Quæ adiicitur etiam in hoc §. eum, qui in provincia exercendi administrat, nasum ei ex adsimare non posse, *l. 1. Cod. de magistrat. provinc.* Sed quæritur, si ab ipso provincia, qua etiam est pater, & a qua re-

A detur per mare. Nam huius juris constituendi, quod vetustissimum est, rationem hanc esse, indicat Cicero lib. 1. de Offic. *ne qui provinciæ regant, privatæ habeant, quo fiant & prædes in provincia ædes, & provincia deserpant.* Igitur iis, qui provincias regunt, non licet quoquam proficisci, nisi publice navibus præbitis sumptu publico proficiscantur, & vectura gratis. Quod eft in §. *fiscus*, id propterea expreffimus in *l. 37. fup.* & quamvis non semper habeat jus pignoris.

Ad §. Qui compensationem opponit fisco, *intra duos menses debitum fibi debere debet.*

B EX hoc l. intelligimus, debitorem fisci, cum quo fiscus agit, posse fisco opponere compensationem rei, quod vindicat fiscus a debet, fed necesse habet fibi debitum probare intra duos menses, cum compensationem objicit fisco, alioquin fisco non obfuit compensatio, qui locus eft ftrictiffimi juris : nec tamen in omnibus casibus fisco opponi potest compensatio : non, fi fiscus exigat tributa, vel stipendia, vel folemnes annonas, ut ait in §. fequenti : non etiam (quod fingulare eft) fi fiscus 2 20 ex vendito de pretio rei, quam vendidit, in *l. 17. C. l. de compens.*

Ad §. In reatu con itutus bona sua alienare non potest. *Quæ debitor reliquit bona fide fubiit.*

C IN hoc §. notandum eft ei, qui eft in reatu capitali, ex quo fequitur confiftatio bonorum, interdictum effe alienationem in fraudem fisci. Item & debitori, qui a reata condemnatione revocari potest, *l. qui pater. de manumiss. & l. vulgatiffimus, a post convictum, fup. de donat.* qui in Florent. absolutus, ut tantum una, & ita scribi eum oportet : *Post convictum capitalis crimen, donationes facta non valent, fi condemnatus fuerat fic.* Denique fiscum bonorum alienatio in fraudem fifci, ei interdicit, eft ; ut adminiftratio bonorum fiorum ei, qui eft in reatu, non eft interdicta, licet interdici foler furiofo & prodigo, aliquin reo capitalis criminis duplex effet cuftos. Item & debitor ea bona fide ei folvit refte, emancipationem plerique necessario fumpsu egerunt, *l. ea, de solutionib.* in qua tamen cauffus eft, ut fiscus ei non præferatur, quia tum enim debitor non folvit refte : & rem profugum, ne ei fugæ infraetur folutæ pecunia. Quod eft in §. *actores*, expofitum eft fupra in *l. 8.*

Ad §. Servus Cæsaris, *fi juffu procuratoris aditi hereditatem, Cæsari solenti adquirit.*

NOtandum eft ex hoc §. fervum Cæsaris heredem inD ftitutum, fi ab eo adire hereditatem juffu procuratoris Cæsaris, & eam acquirere Cæsari violenti, id eft, eatum habenti: voluntas hic eft rei habitæ, ut in *l. 3. §. 1. Commodum. de rei vindic.* & in *l. 1. §. 1. Commodum. de adquir. poss. l. penult. de donat.* Et idem, quod in hoc §. proponitur in *l. 1. de offic. provinc.* Et hoc etiam fingulare eft in fiscum. Nam fervo extraneo heredis inftituto, necesse eft eum adire hereditatem juffu domini, & juffum precedere adeuntem : nec fi domini inuffu adierit, fufficit ratihabitio, quæ tamen fufficit in aquirendo libertatem juffu domini, *l. 1. §. 1. fi quis mihi ferva, §. juffum, de adquir. hered.*

Ad §. Si multi fisco fraudem fecerint, *non ut in actione furti, fingulis folidum, fed omnino femel quadruplo pœnam pro viribus portionis debent. Sunt pro rem idonei, qui sunt idonei, conventionis.*

IN §. ultimo demonstratur, eum, qui fecit fraudem fisco, tenere in quadruplum. At contra in §. 1. huius legis habuimus, eum, qui alienatum a debitore fisci scires accepit in fraudem fisci, teneri in duplum : & in *l. decem. fup. hoc tit.* decimum ornatricem delatorem in fraudem fisci, teneri in fimplum, & poftea eum quæ, quæ fraudem participavit, teneri in fimplum, quæ videntur pugnare cum hoc §. Sed refte Accurf. qui ea men eget interpretatione & adminiculo quodam, illis casibus, quibus teneatur in duplum, vel in fimplum tantum, ita quo quid fecit in fraudem fifci, furtum fifco non fieri, quia res fiscalis nulla fuerit. Et hic §. ult. intelligi debet de furto tantum, quod quis fisco fecit, re fiscali furto fubtracta fisco. Ac fubtili omnino animo furti, manifeste demonstrat, & omni allevveratione affirmo in hoc §. fic eft ingenium : *fi multi fisco furtum fecerint*, non quidem ut in furto *l. si multi. 2. penult. fup.* fimiliter, quæ privato in furem, vel in eum, qui furtum arbores cæcidit, adio eft in duplum, puta fi arbores eavas vendiderit, aut ligna ex illis fecerit, ex 11. tabul. quæ in duplum : ex fisco competunt in quadruplum, ut ibi oftendimus. Et ita manifeste in *l. ad publicos, §. item, ne. adquir. rer. dom.* Nifi forte gratis fiscus, quam privatus habet in duplum, vel aftionem rerum amotarum possessarum adioni furti, quam privatus habet in fimplum, licet & fiscus in uxorem, fiscum id quem bona devoluta funt, habere contra alios in quadruplum. Et in alio, quod quæ conflituit pro furtum fuftum fit, quæ alii competit in duplum, *l. ult. C. de mon. eft.* fifco competit in quadruplum, furto commiffo rei fiscalis, *l. 6. §. penult. ad Leg. Jul. peculat.* furtum rei peculiaris fiscalis, id eft peculiaris, gravius coercetur, quam privatæ peconiæ furtum, idque eft ex antiquo lege Jul. peculat. Et in Paulo §. *furtum*, lit. 22. ait, eum, qui rem fisci fubripuerit, mutarit & in alias fum converterit, quod eft furtum, five peculatus, condemnari in quadruplum. Quod etiam confirmat hoc §. *pen. fere. ad Leg. Jul. peculat.* Denique hæc aftio fiscalis in quadruplum eft de furto tantum, non de aliis casibus fiscalibus extra furtum petitum, reive publicæ, quod etiam eft valde fingulare in fifco. Præterea in hoc §. ult. oftendimur, hinc effe differentiam inter fiscum & peculum, quod fi plures privato raptoribus rem, vel peculia furtim fubtraxerint, nec manifeftum, id eft, fi non deprehenfi fint, finguli teneantur in duplum, quanti privato creditor interfit, *l. 6. C. de obligat. & act. l. 13. C. de condict. furt.* ita tamen ut pro non idoneis, id eft, pro egenis, idoneis & divites non conventantur, quia non fecit dolo, nec culpa, nec obligatur, quibufcum feparatim agitur in foliidum. At fi plures furtum fisco fecerint, univerfi tantum in quadruplum pro viribus portionis teneantur : pro non idoneis, idonei conveniuntur, id eft, quod ab uno præftari non potest, fiscus ab altero petit. Hanc quæftionem Quinctilius, *lib. 10. cap. 2.* ita refert, Defenditur effe de quantitate & numero & pondere : pender enim ex jure, & cum duo pecunam abftulerint, & deprehenfi fuerit rerum quadruplum, quod debent ex furto manifefto, quifque debeat, id eft, foliidum, an duplum id eft, viriliter portionem. Sed defuiendo eft hæc quæftio, fiscus differentiam inter furtum & peculatum, inter privatum & fiscum. Eft igitur hoc in fisco præcipuum, & fiscus furtum manifeftum patitur, apud eum pro manifefto, ut furti non manifefti competat fiscus in quadruplum, quæ privato competeret in duplum. Sicut & aftio, quod ope consilio fiscus ab eborum furtum cæfarum, quæ privato competerent in duplum, competit. Et hoc loco, fieut pollicitus fum, fummatim colligem cæteris omnibus juris privilegia, quæ fiscus habet, & quæ habuimus ante.

Summum privilegium fifci, eft privilegium exaftionis, quod habet in peculiaribus adiunctum, & meritis : veluti in petitione hereditatis. Item aliud privilegium eft fummum in fisco, ut ex fua contradibus habeat femper tacitum hypothecam. Quod & privilegium fifci dicitur in *l. 2. C. de fero pignori dato*, & jus ifci in *l. 10. fup. de manumiff.* item hoc eft privilegium in fisco, quod ope consilii, & ministerium liti abfente fuo advocato : ut extorquenat conductionem publicorum ab invitis, ut non prælet ufuras ex fuis contractibus, nec ex mora quidem in contractibus bo-

I. Tit. XIV. De jure fisci. lib. XLIX. Digeft. 470

na fifci, ut concurfu hypothecæ præveniat aliam creditorem : nec prius, quam habuit communitus quis alio, poffit vendere in foliidum : ut revocet etiam non acquifita in fraudem fuam, ut revocet alienata in duplum, ut vendita hereditate ari alieno non obligetur, ut non patitur compenfationem, fi agat ex vendito, nec ex alia alia cauffa, nifi contra fifci debeat probet intra duos menses debitum fibi, non qui fifcus, ut aquirat heredit atem per fervum adeuntem juffu procuratoris fifci. Et hoc omnia funt præcipua, quæ expofui ante, qua ex non dantur privatis. Et (ut oftendi ad Inftit. princip.) invenies immunem effe fifcum a vectigalium præftatione, *l. 1. cauta. §. penult. de pofl.* & exiftum aditum non patere ad hereditates filiales, *Lit. §. filiali, de relation edicto*, & nunquam operari fifcum fcindiatione ullo in negotio, qua eft femper fubrenda, *l. 1. §. ad fiscum, fiscum, ne. reparat. non. de fcindiat.* Item gratis fiscus, quod fervatur etiam hodie, nec ullas præftare portoria, nec fi vinctarur vectori ullas refundere impendia, quod eft ex conftitutione aliqua Gracea in *vit. de fcorbitis*. Et res quoque fifci ex iis funt, quæ ufuapi non poffunt, *§. res fifc. Inftit. de ufucap.*

Ad L. XI. VII. Mofchis quæstus fisci debitoris *ex rendatione sacrificiis, ferculis balneatis a quibus publicum debentibus Favia Semilla, & alia prædia emerunt. Cum convenientes propter Mofchidis reliqua, dicebant, heredes Mofchidis ita obnoxios effe, ut nemo aliter ex eifdem bonis emere poffit, ac quam patuam Imperator, prius heredes convenire debere : in reliquum poffeffionem venerit. Et ita pronunciatur.*

C EXplicaturus fum hodie ex l. 27. & 28. autoue de Cerea Imperatoris Antonini. Primo definitur in 1. 27. fiscus debere prius exporiri cum debitore principali, velut publicano, actione perfonali, quam perfequi bona debitoris, quæ habet : vel qui in alium transtulit, quæ habuit : vel actione hypothecaria, ut in *l. 1. C. de execrat. fisci debitor.* neque enim fifco eadem cauffa competit, quæ privato creditori, *l. 4. C. de obligat. & act.* id eft, quæ debitur privato creditori jure antiquo. Nam hodie fubfiat electione idem jus fifco, quod privato creditori ex Novella Juftiniani jure antique & mortuo (ut loquebatur Hortenf.) hæ re mino habebat fiscus, quam privatus. Nam & Adjudicatio fiscalis, quæ debitori fisci competit, & debitoDres, conveniri non nisi inexcuffo publicano, exemplo ejus, qui fideiuffit apud Rempubl. l. 1. *C. de decurion.* Item, debitor, qui fideiuffit fiscus non habet beneficium, quem privatus creditor habuit : non habuit etiam Pofidonius, fideiuffor, & ip ubjudum aliis cafibus etiam minus habeat fiscus, quam privatus. Nam & plurium fifco fortum fecisimus, non ut fiscus illicitus in fingulos adionem in foliidum, ut heri diximus in *l. pen. §. ult. fup.* & ex cauffa fraudatoria non potuit debitor decedere in cæcerem, *l. 1. C. de exulib. tribut.* & olim non potuit fiscus capere ex codicillis, vel epiftolis, *l. 9. C. Theod. de infirm.* Et hæc omnia poffidet fiscus, quæ privatus habet. Jure novifimo hac in re, de qua tractamus, idem eft jus privati creditoris & fifci. Et prius agatur cum reo principali, quam cum fideiuffore, vel mandatore, vel poft-ffore hypothecario, quod etiam jus vetuftiffimum fuiffe Juftinianeus ait, & *Cod. l. 22. & 26. ad Senatusc.* Spondeo : id eft fideiuffores appellare, fi reus fit locuples, habet quandam *Beneficium*, ut fcilicet rubore fuerit demittere cognatos fi, qui prius appellat debitorem, quam reum principalem, & reus principalis fit folvendo. Male vero Accurf. hic differentiam facit inter hypothecam tacitam & expreffam. Si fit tacita, prius effe agendum perfonali, quam hypothecaria actione : fi fit expreffa, creditori electionem dari. Male. Nam reipublica non habet tacitam hypothecam, fed expreffam tantum, *l. 2. de jure Reipubl. l. penult. §. 1. ad municip.* Et ficut fiscus, ita Respublica non habet electionem, ut aret expreffam hypothecam habeat, *l. 11. C. de obligat.* G g 2 *§. ult.*

§. ult. de administ. rer. ad civit. portin. l. libertus §. filium, inf. ad municipal. Porro observandum est, speciem posse hic in malitiose pulsatam, & Molchide quadrare, ex qua apparet mulierem admitti ad conductionem publicorum, modo materfam. fuerit & major 25. annis, secundum ea quæ diximus in l. in fraudem 3. ult. fup. Nihil ad Molchus, femina Molchis, ut hoc loco: & Afranius apud Nonium, ubi hæc Molchis oratio mutata est. Neapolitis, & in antiqua inscriptione: hæc sita est illa pia fregit cassia, puella Sempronium Molchi, cui pro merito a conjuge grata valeto sit.

Ad §. Æmilius Ptolomæus conduxerat a filio pofteffionem: eumque pendurum pluribus locaverat annuo quantitate, quam ipse folvebat. Convenitbatur a procuratibus Cæfaris in eam quantitatem, quam ipfe percipiebat. Hic inquam Ptolomæus, ut hæres, vel fuccefor, ad eum pertinebat, qua, quibus locaverat, convenire. Itaque procuratores, in eum folum quantitatem eum conventi debere, qua ipfe conductor exiterat.

Equitur aliud decretum Imperatoris ejufdem. In hoc A §. ipfe refti. eft. Qui a filio pofteffionem conduxerat (quinquagina exempli gratia) eam alii relocavit majori pretio, pura ex. ut potuit, l. 6. Cod. de locato, quia & in conductione & in locatione hoc agitur. Ex conductori frui licebat, non uti tantum: ergo ut ex locatione conductione quidem facere licet: & (ut ait) relocare eam poffeffionem per partes modicas, pura, dummodo, per consuetudo, quo genere plus ex hac locatione redigitur, quam univerfi poffeffione locata uno nomine: & magique ampliore hoc meret. Quæ enim major mercede poffeffionem feliciam relocavit: queritur an a procuratore Cæfaris conveniri poffit in eam mercedem, quæ eft uberior, quam pretium ipfe ex relocatione? Et refpondet Imperator, non poffe conveniri in majorem mercedem, quam de qua inter eum & filium convenit, ferundum effe ftatum, quem ipfe locatione conductori invidendum effe quaftum, quem ex relocatione facit, cum & periculum relocationis ad eum pertineat, l. fi. pup. ad l. Falcid. Indulgentia & diligentiam cuique fuam prodeffe debere, non alii oblatam, cui quæ fecutus fortunam prodeffe debere, non alii, vi. l. pen. Cod. de offic. Præfect. Præt. Afric. ut fundum ex re, ipfe, id eft, conturi bonam fidem, qua in locatione exigitur, & fido inuile, damnoperafit, ut in l. conductore, §. 1. de adminiftr. rer. inutile effe pupillo, ut fundum ex re, tore legitime fofta, non fervetur, quia nemo veller accedere ad emptionem rei pupillaris. Et ita in hac lege, fi admittamus imperitias fervatas fuiffe, fic fiet, ut nemo velit accedere ad conductionem prædiorum fiscalium. Et ea ne non poffit fibi quæftum aliquem parare, ipfe eft, fi fini ea non poffit. Et ait hoc §. cum poffeffionem illam relocaffe pauloum, per partes paulas. Nam & paulatim trahitur a paulo: & modico & pufillo, ut in Apophoret. Martial. quæ vulgata inscriptio habet Multa paucula, vetus & caftigatior habet Multæ paulæ. Sunt fane multa merda in illis Apophoretis, atque etiam in Xenijs euffem: unde ille noniffimus verbis depravatus.

Inque quadrupedes glavia prima lepus.

Nam rede caftigatores codices habent:

Inque quadrupedes malfere prima lepus. Ut apud Svetonium, malfione venentia, le bourre. Et hæc fufficiant ad l. 47.

Ad §. XLVIII. Statius Florus teftamento fcripto heredis Pompeii tertiæ filiæ nomine fuit, ut non capienti fundum Cornelium pomeria quantitatem daret: & eo nomine cautionem a Pompeio exegerunt, fe reftituturum eo, vere ei per cautionem deberet. Pubes idem Florus, falfo fecundo teftamento, & eodem Pompeio & Fauftino heredibus inftituto, cautionem interpretum Pompeio dederat. Hoc pro-

per præfumitur fraus errare quidam, mutuo teftamento, nec tamen herede mutato, qui tacitam fidem interpofuit contra leges in teftamento priori, aut tempore faciendi priorig teftamenti. Et ita quidem refcripfit Imperator. Procuratores Cæfaris fequuti refcriptum, heredem non prohibuerunt mutuum voluntatem defendi, fifco condemnatum, ut ea fua portione totum fideicommiffum præftaret, fed heres condemnatus appellat ad Principem, exiftimans Principis refcripto fe non adjudicata, quod pponitur in l. 3. §. 1. de appell. & l. 22. Cod. eod. tit. & apud Principem heres defideratur, ne ex fua portione totum fideicommiffum fifco præftaret, qui fucceffit in locum incapacis: fed confertet etiam coheres ex fua portione totum. Et utebatur hac ratione, quod id fideicommiffum relictum ex præceptionibus, fibi datis priori teftamento, quæ fubmentor non ex fua portione, aliquin eflent inutiles præceptiones, fed fecundo ut univerfi hereditate id eft, partim jure legati capiuntur, partim jure hereditatis, a fe, partim a coheredes quas tamen præceptiones non acceperunt poffeffione, fed tamen dicebat eas fibi dari oportere, fi quidem ftcus vellet a fe fideicommiffum præftari, ex Bafilicis, ex eo cafu fruitus notaretur in §. 6. fieri poffe, ut alias res heres acquirat poft confideicommiffum, ex aquibus adimpleatur fideicommiffum cohæredi præftitutum ad Bafilicas, ut ex hac hereditate, quæ adeo hoc cafu a fifco fit petendum fideicommiffum. Et eandem rationem, quæ eft in fpecie §. 4. Inft. de fideic. hered. ubi fi prægrados heres, juventus effe in fpecie 2 pater, 3. praditum, fup. de leg. 2.

Ad l. XLIX. Cum tantum fideicommiffum fit, cui datum erat, capere fe nihil poffe dereliquit: in quofcumque verbi, obtinebat, & quamvis ea ipfa pertinebant ad fideicommiffum ex Basilicis Divi Trajani recipere debeat. De qua re extat refcriptum Imperatoris Antonini in hac verba: Imperator Antoninus Julio Refio. Qui certum fideicommiffum accommodatus, ut eum expleris reftituere hereditatem: fe dedufta parte quarta reftituit, nihil retinere debet. Quadrans autem, qui heredi imputatur ipfum, quantum ad heredem ipfum pertinet. Unde declaratis familiam folum capit, qui fe defcit.

Hæc l. eft de tacito fideicommiffo. Heres tenetur fi datus eft hereditatem reftituere incapaci, eam reftituit dedufta Falcidia: reftituit igitur dodrantem heredi fideicommiffario incapaci fe deficit, ut in l. 2. §. 1. de Divi Trajani, pro præmio confequitur dimidium partem dodrantis, quem ab eo heredi acepit, id eft trientem, & femiffem, altera pars dimidia cedit fifco, Falcidiam autem, quam deduxit heres, ei heredi fifco reftituit, ut indigno, qui quod excitare fibi heres interpofuit contra leges, atque etiam expleverit reftituendo fideicommiffum, atque ita fifcus habet feptuncem & femiffem totius hereditatis, fi fuit fe deficit, heres femiffem dodrantis, id eft, trientem & femiffem totius affis. Unde apparet, heredem ex tacito fideicommiffo non retinere Falcidiam, quod eft ex Senatufconfulto Trajano, l. hereditas, ad leg. Falcid. l. heres, & l. fi quibus, de his qua ut indigne. Sed ex Senatufconfulto, Falcidia, quæ non retinetur heredi, præftatur cretio fideicommiffi. Quod mutavit refcriptum Divi Pii: Falcidia, quam non retinet heres, pertinet ad fifcum, d. l. Imperius. Et hoc quidem refcriptum, quod mutatur in l. 2. pen. D. Pii eft, non Antonini. Nam in hac l. eft D. Pius, non Antoninus Caracalla, cujus funt decreta, l. 49. & ult. hoc titulo. Et obtinet quidem, quod ait hæc lex, ipfi heredi Falcidiam erip, quam deduxit, quod eft partum tanquam indigno, ut in l. fi quis, ad leg. Cornel. de fal. Unde, quæ dicuntur recipere, vel (ut in archetypo) aceptare, ab Upiano ibire regul. tit. de damnat. recipere, quæ dicit effe, quæ fifcus aufert ut indigno. Pone huic refcripto D. Pii locus tantum eft, fi extraneus fit heres inftitutus, qui tacitaref fidem, accommodaverat. Nam fi fit filiusfamil. vel teftatoris fervus, ex

creti suscepti, id est, tacitæ fidei ratione, non amittit Falcidiam, quia non potuit jussum patris, vel domini detrectare, & necessitate parendi, qua ductus fuit, excusatur, ut *l. si tacitum, ad leg. Falcid. l. in fraudem*, §. *ult. de iis quæ ut indign.* ut in atrocioribus quidem delictis necessitas potestatis nos non excusat, quia nulla est potestas, cui, si jubeas atrociora quædam proba, obsequendum sit: & mors obeunda potius, quam parendum patri, vel domino, turpia vel atrociora imperanti. At tacitam fidem accommodare contra leges est ex levioribus delictis, & in levioribus delictis, necessitas parendi nos excusat. Hæc autem postrema verba hujus *l. unde dodrantis, semissem solum capit, qui se detulit*, puto esse Pauli, non rescripti Imperatoris.

Ad L. ult. Valerius Patronius procurator Imperatoris, *Flavio Stalticio prædia certo pretio addixerat. Deinde facta licitatione, idem Stalticius recepta ea licitatione obtinuerat, & in vacuam possessionem inductus erat. De fructibus medio tempore perceptis quærebatur. Patronius, fisci esse volebat. Plane si medio tempore inter primam licitationem, & sequentem adjectionem percepti fuissent: ad venditorem pertinere. Sicut solet dici, cum in diem addictio facta est, deinde melior conditio allata est. Nec moveri deberemus, quod idem fuisset, cui & primo addicta fuerant prædia. Sed cum utraq; addictio intra tempus vindemiarum facta fuisset, recessum est ab hoc tractatu. Itaque placebat fructus emptoris esse. Papinianus & Messius novam sententiam induxerunt, quia sub colono erant prædia, iniquum esse fructus ei auferri universos: sed colonum quidem percipere eos debere, emptorem vero pensionem ejus anni accepturum, ne fiscus colono teneretur, quod ei frui non licuisset, atque si hoc ipsum in emendo convenisset. Pronuntiavit tamen secundum illorum opinionem, quod quidem domino colerentur, universos fructus habere. Si vero sub colono, pensionem accipere. Tryphonino suggerente, quid putaret de aridis fructibus, qui ante percepti in prædiis fuissent: respondit, si nondum dies pensionis venisset, cum addicta sunt: eos quoque emptorem accepturum.*

In hac l. ult. proponitur unum decretum Antonini Caracallæ, quod fecit sibi assidentibus in consilio, ut ait lex, Papiniano, Paulo, Tryphonino & Messio, & aliis Jurisconf. Messii Jureconsulti mentio fit hoc loco tantum: nec novum nomen videri debet, cum in antiquis inscriptionibus legamus, Messium rusticum, alvei & riparum Tyberis curatorem. Et in epist. Plinii ad Messium Max. Et quod alter Plinius scripsit lib. 28. cap. 6. Mæcenatem Messium sibi silentium triennio imperasse, ex convulsione reddito sanguine. Non solebant autem optimi principes, nisi de sententia & consilio Jurisconsultorum (non aliter quam alii judices) decernere. Et inde elegans illa inscriptio *l. 6. C. de usucap. pro emptore*. Imperator Philippus Augustus, cum consilio collocutus, dixit. Et in Actis Apostolicis, *cap. 25.* Portius Festus præses Syriæ cum consilio collocutus, respondit. Ut autem intelligatur species hujus legis, sciendum est, præter ea privilegia fisci, quæ supra retulimus, & hoc privilegium fiscum habere, ut post venditionem & addictionem factam a fisco publice hasta posita, *apres l'estrousse faicte*, alius intra certa tempora admittatur, si licitari velit & pretio adjicere, rescissa prima addictione, *s'il veut encherir*, nisi is cui prima addictio facta est, paratus sit fisco tantum præstare, quantum alius. Nam hoc casu alius præfertur, *l. si tempore, Cod. de fide, & jure hastæ fiscal. lib. 10. l. 1. Cod. de vendend. reb. civitatis, l. Lucius, ad municip.* Quod dico, breviter hoc est, omnem addictionem, quæ fit a fisco, tacite videri factam in diem, ut si intra illum diem, alius meliorem conditionem, id est, majus pretium offerat, ut res priori addicta inempta sit. Denique non est secura prima addictio, quam fiscus facit, quia alia licitatio exspectatur [illegible] quod autem, de in diem addict. Dies autem intra [illegible] licitatio alia admittitur, non inveni-

A tur lege expressa, ideoque merito præsumo, eundem fuisse diem, intra quem privati res suas addicere solent, puta hoc modo; *si quis intra duos menses meliorem mihi conditionem fecerit, fundus inemptus esto*, ut in pacto commissoriæ venditionis, *l. Ælius, sup. de minoribus* quem privatus in addicendo diem, exprimere debet, in quem addicit, cum fiscus dixisse tacite semper intelligatur, id est, omnis venditio fisci, in diem est addictio, id est, in eum diem, in quem nominatim alii addicunt, aut solent addicere. Hoc cognito ponamus speciem hujus legis: fiscus vel procurator fisci prædia quædam, puta vineas, prata, arva, quæ locaverat colono certa pensione, ea vendidit, & sub hasta factis licitationibus, tandem Titio plus licitanti addixit eo pretio, quod ipse Titius pollicitus fuerat: deinde Sempronio
B longe plus licitante intra constituta tempora, id est, Sempronio offerente majus pretium, Titius, quod ex licitatione Sempronius adjiciebat, recepit etiam se fisco super adjecturum, atque ita Sempronio excluso obtinuit prædia, idest, emptio & addictio posterior apud eum secure remansit, quæ securitas significatur in hac lege, cum dicitur Titium fuisse inductum in vacuam possessionem prædiorum: vacua enim possessio dicitur, quæ secura est, quæ jam moveri non potest ab alio; prior addictio non fuit secura. Hinc quæritur, utrum fructus, qui medio tempore percepti sunt ex prædiis inter primam & secundam licitationem, pertineant ad fiscum, an ad emptorem, qui & prima & secunda licitatione vicit? Et constat ad fiscum pertinere, sicut privato rem addicente in diem, ac postea meliore con-
C ditione oblata, placet medii temporis fructus pertinere ad venditorem, liceat eadem sit persona, cui initio addictio facta est, quæ meliorem conditionem offert, puta offerendo, quod ex licitatione alterius accessit. Et ratio est, quia alia emptio est: & prima emptio pro infecta habetur, *l. item quod*, §. *ultimo*, & *l. Imperat. de in diem addict.* Ceterum fructus percepti post secundam emptionem proculdubio pertinent ad emptorem, quia secura jam, rata & firma ea emptio est. Sed in specie proposita varia esse prædia posuimus: ita observandum est varios fuisse fructus: alios liquidos, puta ex vineis: alios aridos, puta ex arvis & pratis: Frumentum, fœnum, legumina, fructus aridi sunt, in fine hujus *l.* & *in l. 15. Cod. Theodos. de suscept.* & *in Novell.* 32. Varro lib. 1. de re Rustica, cap. 13. *Fructus aridos*, in-
D quit, *ut est, faba, fænum*. Imperator in *l. 1. Cod. Theodos. de usur.* divisit fructus in fruges humidas & arentes. In hac igitur causa proposita duo fuerunt genera fructuum, liquidi & aridi. Et (quod notandum) eo tempore, quo Sempronius meliorem conditionem attulit, & Titius repellendi Sempronii causa eam conditionem se subiturum recepit, fructus liquidi nondum erant percepti, ut proponitur, quia nondum erant vindemiæ lectæ. Ideoque de fructibus vindemiarum quæstio non est, an ad fiscum perveniant, quia nulli sunt medio tempore percepti inter primam & secundam addictionem: & postea percepti, id est, post utramque addictionem, videntur omnimodo pertinere ad emptorem. Et vero, ut concludamus, vel ipsi pertinent, vel pensiones eorum a colono præstandæ, cum pridem
E eadem prædia fiscus locaverit. Nam, ut initio posuimus, vineæ erant sub colono, *elles estojent affermees*, cui & omnia prædia fiscus locaverat. Papinianus & Messius dicebant, vindemiarum fructus colono cedere, sed & colono emptori esse præstandam pensionem etiam ejus anni, & sequentium. Porro si in longius tempus conductio protendatur, quia scilicet faventes fisco, fingebant, aut præsumebant tacite actum inter fiscum & emptorem, ut colono conductione perfrui liceret, alioquin citra hanc tacitam conventionem, emptor potest colonum expellere, & fructus percipere, *l. 9. Cod. de locato, l. arbor*, §. *1. de usufruct.* Et expulsus colonus ageret in fiscum ex conducto, quanti interest frui conductione prædiorum. Sed ne eo nomine fiscus

fiscus teneretur colono ex conducto, exonerandi fisci causa, hanc novam sententiam Papinianus, qui & multa alia in jure invenit pro ingenio & eruditione sua, multumque jus civile locupletavit: Papinianus, inquam, & Messius, cui non fuit pudori esse adsessorem Papiniani, hanc novam sententiam excogitarunt, qua darent fisco tacitam conventionem non expellendi coloni. Et quamvis hæc nova & inaudita sententia esset, tamen Antoninus Caracalla Imperator, apud quem hæc causa agitabatur, secundum eam sententiam pronuntiavit, & ita favit fisco suo. Unde superioribus privilegiis fiscalibus ex hac lege duo addamus. Primum, ut omni addictioni fiscali tacite insit dies, quo alii pluris licitari liceat, & priorem licitationem infringere. Alterum, ut omni venditioni & addictioni fiscali tacita insit pactio non expellendi coloni, si prædia addicta fuerint sub colono. Et hæc quidem de liquidis fructibus, qui medio tempore inter primam licitationem, & secundam addictionem, nulli percepti erant. Nunc dicamus de aridis. Fructus aridi medio tempore percepti sunt a colono, ante posteriorem addictionem. Et proculdubio, si etiam dies pensionis solvendæ jam venerit ante addictionis diem, eorum fructuum pensio debetur fisco. At si nondum venerit dies pensionis solvendæ fisco, id est, si nondum erat pensio debita fisco (ut & in hac causa contigisse ait) & venit dies pensionis post addictionem, ea quoque aridorum fructuum pensio emptori præstanda est a colono. Recte Accurs. in fine hujus legis ait, eos quoque emptorem esse recepturum. *Eos quoque*, id est, pro eis fructibus debitam pensionem, quæ scilicet deberi cœpit post addictionem postremam. Quia Accursius quoque significat non tantum liquidorum; sed etiam aridorum fructuum pensionem emptorem accepturum. Et hoc postremo de aridis fructibus Imperatorem Antoninum Triphonino Jureconsulto suggerente, id est, quærente, quid statueret de aridis fructibus (Paulus) ait, respondisse Imperatorem Triphonino: denique omnium fructuum pensionem emptorem accepturum Triphonino, inquit, suggerente, quid Imperator putaret de fructibus aridis, respondit Imperator, quod dixi ante. Et ita in *l. Aufidius, de leg. 3.* quæ est etiam ex decretis ejusdem Imperatoris a parte legatarii suggestum est, id est, quæsitum ab Imperatore, qui de hac re judicabat. Et sequitur, respondit, Imperator scilicet. Deo sit laus, hic est finis hujus tituli, ex quo spero vos multum fructum percepturos. Multa possem præstare in titulis sequentibus, sed feriæ magis erunt in rem meam, & in rem communem, si Deus nos servet incolumes.

JACOBI CUJACII J.C.

RECITATIONES SOLEMNES

Ad Titulum XVI. Libri L. De verborum significatione.

De Inscriptione tituli.

CAjus in lib. 8. unde ſumpta eſt hæc l. tractavit de petit. hered. & incipit a definitione, quæ hoc loco proponitur, *hereditatem* nihil aliud eſſe, quam ſucceſſionem in univerſum jus, quod defunctus habuit. Heres eſt ſucceſſor univerſi juris, quod mortuitus fuit, *l. quotiens*, *5. heredes*, *fup. de hered. inſtitut. l. pœna in anno jus*, *fup. de adqu. hered. l. cum heres*, *fup. de diverſis & temp.* Univerſum jus eum dicimus, multa dicimus. Complectimur enim commoda, debita & credita. In hac omnia heres ſucceſſit. Atque ita non tantum ſucceſſit in dominium rerum ſingularum, ſed & in nomina, & obligationes, tam activas, quam paſſivas. Item quodammodo in vitia & virtutes defuncti: in delicta & miſeram fidem defuncti: adeo ut mala fides defuncti obſtet heredi, imo minus poſſit ufucapere rem, quam defunctus cujus poſſidet heres, quia mala fides ufucapionem fui culpa comitatur, *l. vinia*, *Cod. de adquir. poſſ.* Heres ipſe tut eſt ſucceſſor univerſi juris, quod cuiuſque, cum is moreretur, fuerit: vel etiam, qui pleno jure ad eum ſe contulit: nec enim in definitionibus, ut Gall. docuit quodam loco, pernoctare vocabula, vel alia atque alia vocabulis uti, damnoſa res eadem atque concludere: permutatis inquam, ſuperfluentibus vocibus, definiemus hereditatem *jus univerſum ſucceſſionis*: & ita *tex* 108. aperte ait, hereditatis nomine, ſignificari univerſitatem quandam, ac jus ſucceſſionis. Eſt igitur hereditas nomen juris, quod juris intellectum habet, non ſignificat corpus ullum, non eſt hereditas, ſed intelligitur, id eſt, animo percipitur, non tenibus, *l. hereditas*, *de furt. fuſcipiendi*, *l. 30.* hereditas, inquit, eſt nomen juris, & compoſitionis, non rei, quæ ex nomine hereditatis, id eſt, A quidquid juris eſt in hereditate defuncti, feu plus commodi, feu plus incommodi habeat, & ut ajunt definitum in *l. 1. de rer. diviſ.* hereditas res eſt incorporalis & inſucceſſionis, ſicut omnia fere vocabula noſtris auctoribus ſignificant, ita non corpus, ut *dos*, *res ſua dotis*, *peculium*, jus peculii, non corpus quod eſt in peculio. *Obligatio*, jus obligationis, quamvis ex illa obligatione corpus aliquod debeatur, ſed id quod debetur, non eſt obligatio. Sicut *ſucceſſio* eſt jus utendi fruendi eſt, jus percipiendi fructus, nec eo nomine ſignificatur fructus percipiendus. Item *hereditas*, *de diverſis*, & agitur ab Accurſi. in *l. 1. ſup. pro hærede*, & eſt verum, hereditatem non poſſe, quia jus eſt incorporale, incorporalis rem poſſideatur, ergo nec ufucapiatur, qua line poſſeſſione non conſtitit ufucapio.

Ad L.XXV. Recte dicimus eum fundum *totum noſtrum eſſe*, *etiam cum ſubſtituto alienus eſt*: *quia ufuſtructus non dominii pars eſt*, *ſed ſervitutis ſit*: *ut via Cl' iter*: *nuc ſolo dici*, *totum meum fundum eſſe*, *cujus nunc proprietas eſt pars dici alienata eſſe*, *hoc & Julianus*. Et eſt verius.

Ad h. Quintus Mucius ait, *partes appellatione*, *rem pro indiviſo ſignificari*. *Nam quod pro indiviſo*, *non partem*, *ſed totum eſſe*. *Servius non indigenter partis appellatione utramque ſignificari.*

LEX 25. & duæ, que ſequuntur, pertinent ad vel vitia dicationem civilem, vel prætoriam, idque ex inſtitutione Ulpiani Inſtitut. *Rem ſuam* quis dicit, eſſam eſſe petere, & aſſerere, ſuam eſſe dicere, & poſſe hiis verbis: *Fundum Tuſculanum*, *qui eſt in agro*, *qui Sabinus vocatur*, *cum ſuis pertinentiis meum eſſe ajo*. Item *Cornelius pro Mœv.* id quam formulam vindicationis omnino repiciet Paulus hic, dum ait: *Recte dicimus eum fundum partem noſtrum eſſe*, *etiam cum is fit leg. ut Florent.* *ſubſtituit. alienus eſt*, reſpicit ad ea verba, *eum ego ex jure* D *Quiritium*, etiam cum ufuſtruct. fundi, non eſt meus, ſed proprietas nuda. *Recte dicimus*, *ait*, quod in *l. 1. tem 23. l. 3. pro. de rei vindicat.* Si quæ ſtatue poſſem alienum adiecere, vere, inquit, dicam, *statuam meam eſſe*, cum totius ſtatuæ dominus ſim, & pes alienus mihi ſit adjuctus jure accellionis, quamquam tenear eo nomine actione in factum: ceterum tota ſtatua mea eſt, & vere mea eſt: vere vindicabo, tametſi pes alienus adjectus ſit, aut brachium alienum. Ex formula autem vindicationis conſtat adhuc eam dicere tantum, quod fundi ſit, ſubſtituto tamen non dicere locum, in quo eſt fundus, *l. 9. in fin. de rei vind.* qui eſt in agro, qui Sabinus vocatur. Sic notatur locus fundi, ubi ager, ager ſit, non eſt, ubi eſt, ſi ſit ædificium. Sed hoc non ſatis, debet etiam adfor delignare, ut ait *d. lex in prive.* utrum totus fundus, an pars petatur, id quod debet delignari *ex formula rei vindicatio*, *ut ejus eſſe*. Et hoc genere hovve modo vindicatur proprietas, ideoque recte quis totum fundum ſuum eſſe dicit, non tantum ejus, qui plene jure eſt, ſed & ejus, qui ipſe proprietatis tantum ad eum pertinet, uſufructu ad alium pertinente, dominium enim perfici ſola proprietas, ſola pars vindicationem, & ut dicitur hic, uſufructuarius non eſt pars dominii, ſed ſervitutis, ut via, quod ſic accipiendum eſt, ut uſufructus dominio non ſit pars, neque ſpecies: ſic ſervitutis ſit pars: ſpecies, ſicut via eſt ſervitutis ſpecies, iter, actus, aquæductus. Et quemadmodum fundi ſive loci corpus non eſt dominii ejus, cui iter debetur, ſed jus tantum habet, B

bet, *l. 49. in princip. ſupr. ſi ſervit. vindic.* Ita fundi corpus A non eſt dominii ejus, qui uſusfructum habet, cui uſufr. pertinet, ſed jus utendi fruendi habet. Proinde ut iter eſt ſervitutis pars, ita uſusfructus eſt ſervitutis pars, id eſt, ſpecies, ut recte interpretatur Accurſ. Si dixeris idem eſſe partem & ſpeciem, confunditis artem, fed falva arte, recte dixeris, ſpeciem eſſe partem generis. Ariſtot. 4. Metaph. Itaque recte nodus proprietarius fundi, totum non eſt fundum ſuum eſſe dicens, etiamſi uſusfructus alienus ſit. Uſusfructus vel ſervitutis alienatio non minuit dominium: dominium eſt proprietas, *fi proprietatem*, *de adqu. rer. dom.* Idem integra proprietas etiam ſublato uſufructu, & impoſita ſervitute pradio. Ex hoc idem confirmatur *l. Marcus*, *9. fi fundi*, *de leg. 1. l. Pomponius*, *fi proprietas*, *de uſufruct. & quemadmod. S.* *lud.*, *de acceptilat.* Non inficior tamen, fructuarium in multis cauſis pro domino haberi, *l. invenditæ. de reb. auct. jud. poſſ.* adjudicatum, qui omne res inclumentum continet, partis dominii inſtar, & effectum etiam quandoque obtinere, *l. 4. de uſufr. l. qui uſumfructum*, *de servit. &* ait *d. l. 4.* Uſuſfr. in multis cauſis pro domini eſt, id eſt inſtar partis, & effectus domini habet, non utique in omnibus, ſed proprie, *l. ſi Titio 23. ſi. ubi. de uſufr.* Ergo uſufructus non eſt pars dominii, ne que ſpecies. Sed quis continet omne rei commodum in pleriſque cauſis, inſtar partis domini & effectum habet, & fructuarius pro domino habetur. Idem dici non poteſt de ſervitute prædiali. Nunquam enim via aut iter pro parte domini habetur. Dominium enim ſolidum eſt, etiam ſi fundo impoſita ſit ſervitus, ut iter, dominium non eſt plenum abſcedente uſufructu, *l. cum filius*, *5. dominus*, *de leg. 1.* Dominium non eſt uſusfructus ſed proprietatis plene. Nec tamen ideo uſusfructum dominium definiendo redte, quod ſit pars plenæ proprietatis: Pars enim eſt, non eſt ea, quæ non tum non affirmatur de partibus, id eſt, totius univerſi natura non inteſt ſingulis partibus: cum tamen generis univerſi natura non inſit ſingulis ſpeciebus. Ad dominium fi dixerit ſimplicitur, non dominium plenum, uſusfructus dominii ſpecies non eſt, quia proprietas ſub ſe alias ſpecies non habet, ſed neque dominium pars eſt, quia proprietas per ſe ſola conſtitit, conſtat, conſtituitur fine uſufructu. Et ideo rem totam meam eſſe vindico, etiamſi proprietas tantum ſit mea, uſusfructus alienus. Et hoc ſi verba ſtatuæ fubtilius, conſtituamus tres ſpecies dominii, plenum proprietatis, *l. 4. C. de probat.* dominium uſusfructus, *l. Pomp. 2. de uſufr.* dominium proprietatis deſtitutum, *l. ſubnexa*, *5. pen. C. de fideicomiſſ. libertatum*, *Gothofredus*, *l. hæredes*, *de diverſis temporib.* *l. 11. l. 2. C. Theodoſ. de bonis maternis*. Nam & dominus ſæpe accipimus pro poſſeſſore, non pro proprietario: Nunc ſi conjungas dominii proprietatis cum dominio uſusfructus, plenum dominium effeties: aliquoties nudum eſt, & dominium ſimpliciter, femper eſt nudum, ſicut pudium propter ſe pudium nudum. Et Paulus cum hæc dixiſſet de rei vindicatione, atque ita demonſtraſſet in *tit. de rei vindicat.* rem ſignificare nudum proprietatis, ſubjicit de parte rei: Recte dicimus eſt de toto, ſtatis de parte. Partem duplicitur accipio, pro diviſo & pro indiviſo. Utrumque recte vindicari. De parte pro diviſo ait, ſubjuncta quæ vere dicitur, definitæ eſſe pars, dicitquie eſſe totum. De parte pro indiviſo ambiguo ſermone, ſed hanc etiam recte vindicari, ſi ſcitur quota ſit, puta, tertiæ, quartæ, ſed diviſa, *l. 5. ſupr. l. 8. de rei vindic.* quod exprimere adhibet, ut, dicit, ſi partem petat, quotam petat, non vaguri fub incerto. Imo interdum dominis tantis interventibus pretor dat vindicationem partis, etiamſi ſe dicitur quota ſit, ut cum perfect ratio fuga Falcidiæ, & evidant legatarii deductarum partium, ex hereditate quadrantem, interim du n purgatur ratio l. Falc. *Lege de tertia*, *5. 1. de rei vindi. l. 8. 5. comm. divid. l. 2. in fin. fi. pater Brevid. pec.* Omnis pars pro indiviſo, eſt incerta, quia certa, pecapis non poteſt, nec ſub abjectum vel tactum cadit, ſed B aliquatenus certa eſt, ſi dicatur quota eſt: ſacerta eſt pars, ſi ignoretur quota ſit. Et hæc, quæ incerta eſt, poſſideri & ufucapi non poteſt. Illa quando non ignoramus quota ſit, & ufucapi & poſſideri poteſt, *l. locus. 3. 5. incertum*, *de adqu. poſſ. l. 8. ſupr. 5. incertum*, *de ufucap.* Eſt autem pars pro indiviſo propriæ pars, ut hæc lex ſignificat, agri communiſ rum unius, ſicut pars indiviſo communis quoddam potius eſt, quam pars, & commune pro diviſo, eſt pro ſua regione ſuum cujuſque proprium potius, quam commune.

Ad L.XXVI. Partem non eſſe partem rei furtivæ, *Scævola lib. 11. quæſtionum ſcribit.*

C Ettioe etiam hæc lex ad rei vindicationem, non quidem ad rei vindicationem civilem, ſed prætoriam, quæ appellatur *Publiciana*. Civilis vindicatio datur proprietatem: Publiciana bonafidei poſſeſſori, qui nondum ufucapivit proprietatem ufucapione. Bona fides tantum præſtat bonafidei poſſeſſori, quantum proprietas proprietario. De utraque vindicatione Julianus tractavit *lib. 16. ad Edict.* ut conſtat ex multis legib. ubi inter ceteta dicitur, Publicianam locum non habere in his rebus, quæ ufucapionem non poſſunt, *l. ſive actor*, *5. pen. de Publ. in rem act.* Ergo Publiciana non pertinet ad res furtivas, quarum ufucapioni obſtat *l. 12. tabul.* Unde quæritur, an ancilla furtiva partum ſuum furtivum, & D idem, an venatus in Publicianam amiſſa poſſeſſione, an furti retineat actionem? Paulus ait, quafi partem ancillæ furtivæ? Et Scævola, ut ait hic Ulpian, partum ancillæ eſſe partem menciſſa furtivæ: Putabat enim partum eſſe in fraudem furti. Paulus autem non eſt ei, putavit partum poſſe ufucapi etiam apud bonæ fides poſſeſſorem, non ab eo quidem, apud quem editus eſt, cum ſtatim ex utero ceciderit, quia ex eſt ipſius dominus, ſed ufucapi poſſe ab alio bonæ fid. poſſ. apud quem non fit editus. Hoc latius explicatur in *l. aliens*, *5. ult. de uſurpat. Et ideo* non eſſe Publicianæ actionem. Non eſt Julio, & aliis auctoribus longe aliud fuit iudicium. Marcellus putat, partum eſſe partem ancillæ furtivæ: putat enim partum non eſſe in fraudem furti, vindicatum non eſſe in fraudem, ideo partum ancillæ furtivæ non poſſe ufucapi quaſi partem furti, & ad actionem Publicianam non pertinere, *l. 48. ſupr. l. 9. de rei vindic.* Pomp. *l. 3. de publicia. in rem act. l. qui vas 47. 5. ancilla 27. de furtis.* Ergo ſi recepta eſt Marcelli ſententia, omnino Julii recedentia huius lexis, partum non eſſe partem rei furtivæ: Non diſcrepant eſt a Sextum. Scævole: Nec enim partus eſt in fraudem furti. Et ſane ancillæ eſt, quam qui ſcripſit, ſcripſit, ea, admiſti hæc fent. poteſt, videliſet ſi ancilla furtiva concepterit, & pepererit apud bonæ fid. poſſ. Tum enim partus ancillæ non poteſt *l. nec filius*, *de ufucap. l. ſi quis pecus*, *C. pro emptr. d. l. qui vas*, *5. ancilla*. Non etiam, ut Scævola voluit, ſi ancilla furtiva concepterit apud furem, vel furis hæredem peperterit apud bon. fid. poſſeſſ. Nec enim Scævola etiam ufucaponem admittebat, ceteri non. Partus autem vindicandi mentio habita in *l. 25. fuſtit. fubjici hunc quæſtionem de partu ancillæ, an quaſi pars vindicari poſſit actione Publiciana.*

Ad L.XXVII. Ager eſt locus, *qui ſine vallo eſt.*

Ad ſe Stipendium *a ſupe* appellatum eſt, *quod per ſtipes*, *id eſt*, *ramices ſere colligatur. Idem hoc ſolum tributum appellari Pompejus ait. Sic ſine appellatur ab introducente tributum: vel ex eo, quod militibus tributur.*

LEx 27. pertinet etiam ad res vindicationem. In eo tra- E dat Ulpianus propoſitæ fc. varia agrorum genera. Docuit primum rei vindicationem pertinere ad agros latifos, quoniam eorum agrorum poſſeſſor. ſunt domini & ipſe Quiritium. Interim ait, *proprie agrum eſſe locum ſine*

edificio, & fire ille, comparatum ad usum hominum. Quod in urbe est area, id rure est ager, modo fit comparatus ad usum hominum. Italici agri vindicari possunt. Dubitabam de *stipendiariis*, & *tributariis*, an possent vindicari? Quinobrem definitionis agri, subjicit definitionem stipendii, & tributi. *Stipendium* inferunt populo, tributum privato. Stipendiarii agri populo, tributarii privato pendunt, ut docuit Theoph. *in §. per traditionem. Ad. de rerum divis.* Italici agri fiunt mancipii, quemadmodum civiles agri non fiunt immunes, nisi ipsi Italicum eis datum fit. Qua de causa Provinciales cententur non esse domini agrorum ex jure Quiritum. Unde dubitabam an ex eam agrorum vindicationem habeant, datur tamen eis vindicatio. *L. eos quoque*, §. *si vectigal. de Publ. in rem act.* quod omnium, quæ sit Publicum, ideoque habere in prædiis vectigalibus, id est, Emphyteuticariis, quam-B vis emphyteuse non sint proprie dominii ? & in aliis prædiis, puta Stipendiariis, vel tributariis. Et ita etiam Augustus Ulricus libro 2. de limitibus agrorum, *stipendiarii agri nexi non habentur*, id est, non sunt perfectum jure civili, vindicentur tamen. Eodem modo Provinciales possessor reste eis imponit servitutes, *l. 3. C. de servitus. & aqua*, & eorum nomine reste novum opus nuntiat, *quod dominus*, *l. in pomerium. 13. de verb. oper. novi nuntiat.* Inde capta occasione tradens de rei vindicatione Ulpianus exponit, quid proprie significet agri appellatio, quid dispendii, vel tributi. *L. 1. de appellationibus* agri, vel tributarii quæstionem. Hoc loco id refert Ulpianus ex Pomponio, promiscue nos uti dispendii, & tributi appellationibus ? Proprie autem inferri populo, alterum Privato : abutimur his vocabulis : Nam *stipendium* a ſtipe appellatum eſt, quod per ſtipes, id eſt, moduca ara colligatur, *vide verbum aspectare.* Plin. 33. *con nullum ſtipendium*; *hoc eſt, ſtipi ponderando perferatum.* Vel Ulpianus exponit, quid proprie ſignificet dicitur ab intributione collectorum, vel quod militibus tributatur. Igitur licet ſit fabtilis quædam differentia inter ſtipendium, & tributum, tamen Ulpianus docet, eam non ſemper obſervari.

Ad L. XXVIII. Alienationis verbum etiam *ufucapionem comprehendit. Vim ſibi emit, ut vim videatur alienaſſe, qui patitur ufucapi. Item quoque alienare dicitur, qui non vendo amittit ſervitutem. Qui ſervitutem prædio ſervienti acquirit, non emit, ſed ſibi alienare videtur qui hereditatem omittit, aut opinionem intra certum tempus datum non amplectitur.*

Ad §. Oratio, quæ neque consultum, neque disputationem habet, ea mera pronunciantis, vel disjunctæ vel conjunctæ accipitur.

Ad L. XXIX. Conjunctionem enim nonnunquam pro *disjunctione accipi*, *Labeo ait : ut in illa ſyllogiſmo : Mihi hereditque meo, te hereditque tuum.*

INſcriptio legis 28. hac eſt : *Paulus lib. 21. ad Edict.* ſcribit quam referendo ad ufucapionem, vel ad vindicationem rei, ut res ſuperius proponitur, ſed hæc res nihil occurrit, cur reddere poſſis hanc legem. Reditus libri ſcripti compulſare habent *lib. 23. ad Edict.* qui indicio intelligitur commodiſſime hanc legem referri ad titulum *famil. erciſc. & communi dividendo.* In hoc titulo poſſit commodiſſime alienationis materia tractari, *l. 23. famil. erciſc. l. 1. C. comm. divid. 12.* tabulæ, ut puto, unde tantum illa actionis familiæ erciſcundæ, & communi dividundo, cum & generaliter ad omnes alienationes, vel deſtinatio ad certas leges 12. tabularum, *l. 3. de ſing. bonis.* Inde hoc loco declarat *alienationis* verbum in ea lege non tantum venditionem ſignificare, aut donationem, aut permutationem, ſed & ufucapionem, & interdictis alienationis, interdictum inter ufucapionem, id eſt, ne quis patiatur non amplius poſſi item conteſtatem : ideo ſi poſſi item conteſtatem judicio familiæ erciſcundæ, aut communi dividundo, aut hereditatis, vel res communis inchoatur, & ufucapionis abſcipio, ſcilicet & patiente cohærede, aut cohærede nomine tenebitur : quia itaque pa-

A tientia pro alienatione eſt, idque ſignificat ex contrario ſenſu *lex 14. famil. erciſc.* Eodem modo *alienaſſe* videtur, qui ſervitutes, non utendo, patitur paſſus eſt, qui ita uſus non eſt poſſi item conteſtatam, & ita ea amiſit, ut hic declaratur. Dominium adquiritur, & amittitur ufucapione : ſervitus non ufucapitur, ſed amittur non utendo : ſervitus, inquam, ruſticorum prædiorum, ut iter, actus, via. Servitus urbanorum prædiorum non amittitur ufucapione non utendo, quod tradidit *l. 4. §. ult. de uſurpat.* Ergo alienare videtur, qui rem patitur uſucapi, qui ſervitutem perire ſinit non utendo : & ita *alienationis* verbum accipitur in *lege ſua, de fundo dotali non alienando, & in matrona Senat. de reb. eorum, qui ſub tutele funt, ſine decreto non alienando.* Nam hæc leges ſimiliter complectuntur ufucapionem, vel non ufum, *l. 8 fundum, de fundo dot. l. 1. §. pen. de ſed. eorum, & At.* ut ſubjicitur hac lege, is, qui oratione adjecta poſſi item conteſtatam, non videtur alienare : ſi ſocius univerſorum bon. poſſi item conteſtatam, communi dividundo ſuticio hereditatem ſibi delatam omittat, vel ſi opinionem ſibi tributam datam intra certum tempus non amplectatur, non videtur *alienaſſe*, neque videtur incidiſſe in legem, quæ vetat ſocium *alienare* poſſi litem conteſtatam, usque adeo ex mente hujus teſtatur, ſi optionem ferri, vel cujusvis rei, datam intra certum tempus non amplectatur, ut hereditas dari ſolet intra certum tempus genere certandi, *l. 1. C. de repudiand. hered.* & optio. Ceterum aliud eſt alienare, aliud non adquirere. Alienatio interdicitur poſſi litem conteſtatam, non obſtante occaſionem adquirendi emolumenti. Quod etiam ſequitur in edicto Pauliano, & Fabiano, id eſt, in titulis, *qua in fraudem creditorum, & ſi quid in fraudem patroni*, ubi videtur dominus vel alienare, quamvis, qui non utitur occaſione adquirendi, cum nihil eroget de ſuo, *Aquilius expoſitus*, Paulus ad alia migrat, & ſubjicit : *Oratio, quæ neque conſultionem, &c.* Cui ſententiæ ſtatim lex 29. ni nos etiam aptabimus interpretationi *l. 29.* Oratio, quæ neque conſultionem, ex quo patet lex tota, cocalienem dedit Ulpiano fribendi de actione ſolutis, cum ex mente pronuntientis, ut ait, vel ut ait lex 30. *ex mente Titiæ*, ſcribendi ſit ſolutis pecuniæ materia, modo pro conjunctis, modo pro disjunctis accipi. *Oratio ſolutis* eſt, ut hic ait, quæ neque conſultionem habet, neque disjunctionem. Quæ conſultionem & disjunctionem habet *Gregor.* & Antiſtius vocant *copulativam* : Donatus & Aquila, & Ruffinianus *conjunctivam*, ſicut Rutilius Lupus corruptæ *enunciationis* : pro *enunciativa* : pro oratio ſuperiori contraria eſt, quam Græci vocant *διάζευκτον*. Oratio ſolutis eſt, ut quæ ad queſtionem hereditam attinet, ſi quis teſtibus *Titio, & Seio, & Titiæ, & Maviæ, & Mevio liberis ſuis heres*, vel ita : *Lucius Titius, Publius Maevius, C. Seius pro parte dimidia heredes ſunto*, quæ oratio interdum a nonnullis dicitur *disjuncta* ſi ea forma fuſa adjecerit aliam coheredem ex alia dimidia parte *in l. triplici, inf. hic.* Sic igitur ibi tres, Titius, Mævius, Seius, qui nominati ſunt heredes, non conjunctim Cornelii, ſed pro dimidia, & re verbique conjuncti. Ait *in dict. l. triplici*, interdum eos pro conjunctis haberi, quaſi fecerit aliud ſcadere poſſi item conteſtatam, ut hic ait. Ad hoc ſubjicit *in l. ſeq.* ubi eſſe mari, ſi ſolata aliquando acciperatur pro conjunctis, cum & conſultum orationem interdum pro disjunctis accipi conſuevisti, *ut ſi ſtipuler mihi, hereſque meo dari, vel te, hereſque tuo*, ſtipulatio eſt disjuncta. Nec enim mihi heredem acquiro cum tuo, ſed id ago, ut vel mihi, vel heredi meo detur, non ſimul utrique. Et ita conjunctionem pro disjunctione accipio ; Hæc Paulus ſecundum interpretationem ſequentis ſcripti propriæ ad hereditatem de itinere, adhuc pervato, quæ nondum expiceta eſt : in quo intendido conjunctio, inquit, pro disjunctione accipitur. Sententia hujus interdicti hæc eſt, te vis ſtat ei, qui hoc anno, vel modico tempore huius anni, id eſt, non minus, quam menſe uno uſus eſt itinere, adhuc pervato, non vi, non clam, non precario. Et adverſus eum,

A eum, qui vim fecit, quo minus uti itinere, adhuc pervato, ejusdem loci non amplius quam itinere tantum uſus fuero, non actu, neque intendam & experiar illo interdicto, quod itinere, adhuc pervato uſus fuit hoc anno, &c. Nam ſufficit alterutrum probare, vel iter, vel actum me in uſu habuiſſe, & conjunctio pro ſeparatione accipitur. *l. 1. §. ſi vero hac interdicto. de itinere actuque privato.* Quod etiam idem Paulus ſcripſit eod. *tit. lib. 61. ſi mancipio ſervit. annot. ſervitutes retineri*, id eſt, uſurpari per locum, per fructuarium, per bonæ fidei poſſeſſorem, id etiam referendum eſt ad interdictum de itinere : adhuc privato, ut feliciter interdictum competat etiam ei, qui non ipſe ad uſus iter, ſed per colonum, vel per alium eius uſus ſit, vel fructuarius, qui proprietario poſſidet ſemper, vel bonæ fidei poſſeſſori. Nam per hos videmur uſurpare poſſe, quod per ſervum, vel idem interdicit illum ab Ulpiano propoſitum eſt, *l. 3. §. ſi ui videmur, de itinere, actuque privato.* Igitur in eo interdicto, ut dixi, accipitur, (quæ ſi pro disjunctione recipiatur, ſit ea ſtam, ut offendit *lex 53. hic. in fine. l. 12. tabul.* hæc verba *agnatorum gentiliumque*, pro disjunctione accipiuntur : *ſi furioſus inquit lex, caſtur, agnatorum, gentiliumque eo res, pecuniæque eius poſſeſſor eſto.* Qua lege curatio furioſi defertur agnatis, & gentilibus ; ſi furioſus exiſtat, id eſt, ſuffit incipit, ut Cicero interpretatur, quod eſt *apparet*. Et ita apertius interpretatur, ſi furioſus exiſtat, id eſt, ut non apparet, ſi furioſus eſſe videatur, gentilique, quo ſenſu dicimus, ſuum heredem, heredem extare, cadere, *l. ult. §. ſi non ſervo parere, C. de ſervit. for.* ita inquit, apparet, & ſubjicit : Et in ea lege ſimiliter tabulis, *Cui bona nec extabit heres : nemo rei erae Gentem adeto. Gentiles* autem in ea lege ſeparandi ſunt ab agnatis, licet oratio conjuncta ſit ; & ſubjicit : *Agnatis gentiles* ſimul cum agnatis ad curationem furioſi non vocantur, ſicut nec ad tutelam, aut hereditatem legitimam, ſed vocantur poſt agnatos. *Agnatis* ſunt, qui ſunt ex una eademque ſtirpe & familia. *Gentiles* ſunt, qui ſunt ex una familia, ſed non eadem ſtirpe, ex eodemque ſanguine, & nomine. Agnatio ex una ſtirpe conflitur : gentilitas ex pluribus. Atque ita jus agnationis, ut ait Paulus, ſublato capite, cum ea legatur, quod *dedi, aut damnas, aut in uſum eroſti*, hæc verba conjunctis accipiuntur : ideo videtur donaſſe omnia, quæ dedit, donavit, expenſa tulit, &c. *l. pen. de ſol.* Sic in legato, *auri vaſtem, ornamenta, quæ uxor ſua ſuæ paravit, &, lege* : dimidium auget legatum in *l. ſi quis ita ſcripſerit, de auro & argento legat.* Eadem ratio eſt in dedicommiſſo, ſi quis ita ſcripſerit : *ſi filius meus intestatus, aut ſine liberis, aut ex his decederit, hereditatem meam ad Titium pervenire volo* : Titius non admittetur ad fidecommiſſum, niſi filius & inteſtatus, & orbus, & cælebs moriatur. Ita Paulus dimidium pro conjunctis accipiuntur. Ideo ſi vel una conditio defecerit, omnis ſi certæ exiſterent, omnes videntur defecifſe, videlicet, quia pro conjunctis accipiuntur : ſi pro disjunctis acceperitur, una conditio exiſtens, ſubſtituto locum faceret. Hoc ita propoſuitur in *l. C. de inſtitut. & ſubſtitut.* Sed Ulpianus ſcripſit *ad Sabinum*, ſi legatum ſit *Titio, aut Mævio fundum do, lego*, incertum eſt, cui legatum voluerit, & ne inutilis ſit legatum, meliore erit hoc caſu in incerta voluntate, ſi legatum ſit conjunctis acceperi : & ita demonstrat utrique legatum deberi, *l. 4. C. de verb. & rer. ſignificat.* Nam ſi teſtator hereditatem reliquerit, utrique non videtur heredem inſtituiſſe, ſed neutri, *illeg. aut illi, cui voluerit heres. Manilelium* eſt enim, non nos voluiſſe conjungere, cum diverſi, *aut voluerit heres, l. 16. de leg. 2.* Idem erit ſi appareat eum voluiſſe alium alii ſubſtituere, *i. eum patere*, §. *penult. leg. 3.* Alias disjunctionem pro conjunctione accipiemus, ſicut ſi heredem reliquerit *Sticho, aut Dama*, vel ſi *heredem, aut tutorem inſtituerit illum, aut illum, d. l. 4.* ubi elegantur illa interpretatio recusatur *ſi quis ita ſcripſerit*, quaſi ſilla ſi mutuo disjunctio, ſicut Phil. quidam axiomata *ex vocibus* quaſi ſilla & mendacia vocant, quæ disjunctorum regu-

lam non fervant, *Gellius l. 16. c. 8.* Ut rem concludam, ſi. A ſed eſtendi conjunctim. pro disjunctione, & contra disjunctiuum pro conjunctione interdum accipi ex re, vel ſententiæ pronuntiantis: ita dicimus ſolo jam ordinem modo pro coajunctâ, modo pro disjunctâ accipi, ut oſtendit *lex 53.* Pro disjunctâ, ornato ſolutî accipitur in aliquibus in pertinim, quarum ſumma hæc eſt, *quod te dare facere oportet.* Hoc formula utitur etiam rectè is, cui *reî* tantum oportet, rectè intendam nihi dari fieri oportere, etiamſi dari tantum oporteat, alteratum ſufficit probare, quia hæc oratio non accipitur pro conjunctione. At in edicto prætoris, ſi libertus donum, munus, operas redemerit, quo ſignificatur libertum ea, quæ patronus libertis caſu impoſſunt operas, donum, munus, ſi ea redemerit a patrono, nancifci liberum teſtamenti factionem, ut eſt, patronum pertinentem non poſſe, niſi ſi libertum tum impugnare petita bonorum poſſeſſione contra tabulas, *l. 4. C. de oper. libert.* Ex verba prætoris, quæ ſolent fieri, accipiuntur pro conjunctis, ſi ea omnia ſint impoſita libertô. Nam ut conſequatur liberum teſtamenti factionem, ea omnia debebit redimere, nec ſufficiet, ſi aliquid eorum redimat. Sed libertus tantum fiat impoſitæ operæ, earum redemptio ſufficit ex eodem edicto, atque ita pro re nata eiuſdem edicti verba unum pro conjunctô, modo pro disjunctô accipiuntur. At in actione furti, *ope, conſilio tuo furtum factum ajo*, cujus formula extat in *l. 8 furtus fortum. §. ſi quis de nomine, ad leg. Aquil.* & eſt actionis ſimilis, *l. ult. C. de usu. offi.* In ea, inquam, actione, ope, conſilio, quæ diſſoluta eſt, verba conjunctim pro ſeparatione, & disjunctim pro conjunctione. Nam aliud eſt ſolum, aliud conſilium dare. Qui opem tulit furi, B tenetur illa actione, *ope conſilio*, &c. in duplum, & conditione furtiva. Qui conſilium dedit furi, non tenetur actione *ope conſilio*, non conditione furtiva, nisi illa actione, *ope conſilio*, non conditione furtiva, nisi furtum fequentium ſit, & fit puniendi conſilio, *l. qui ſervum*, 9. 1. & 2. *l. Julianus Pompon. l. 8. ſervus*, de furt. At furto fecuto, qui conſilium tantum dedit, etiam teneatur conditione furtiva, tenetur actione *ope conſilium*. At quomodo illa actione tenetur, qui opem non tulerit? Quia ſcilic. falutem orationem ita accipimus, *ope, aut conſilio*: ſufficit alterutrum probare, atque ita in *l. 1. qui ſervum*, quem conſulto dedisti, qui conſilium non tenetur, & poſſis tamen dicere eum opem, conſilium tulisſe, quoniam hæc oratio disjunctionis intellectum habet. Non eſt omittendum, quod C. de referendam ad edicta de rebus auctoritate judicis poſſidendis, quæ fuerunt compluria, de magiſtris fabricandis, de rationibus diſpungendis, & a creditoribus ſeparandis, de ſeparationibus, de curatore bonis dando, de bonis poſſidendis, & vendendis: eam, inquam, legem 53. rebus vendim eſſe ad illa edicta, ſicut ſuperiore legis, quæ illam ſequuntur. In illis edictis erat disjunctio pro conjunctione, ut in *tit. de reb. auct. jud. poſſid. ſex* verba disjunctionem ſcriptur. Nam ut tutor poſſeſſio, nihil ut defendatur mox ad vendriionem bonorum. Et in *tit. de curat. bon. dan.* qui explicat ſententiam eius edicti de curatore bonis dando, & utitur verbis quibuſdam quæsquam non id edixerat aperte, ait ſi urget ea illetum, curatorem bonis conſtituendum, aut vendenda bona, ſpecie disjunctio eſt, poſſitque conjunctio. Nam curatorem conſtituitur ad vendenda bona. Atque ita Accurtius ibi ſentiſſime, *aut*, pro *&*, accipi monet. Quæ antea dixi de actione, *ope, conſilio*, plerique non recogerunt, vel ego fortaſſe dum propero tradidi negligentiùs, & facere debeo, ut omnes facile aſſequantur. Summa rei hæc eſt. Qui conſilium dedit ut furtum fieret, furti non tenetur ex conſilio, furto non ſequuto, ſed furto ſequuto, furti actione tenetur in duplum: conditione autem nunquam tenetur, ſive ſequtum ſit furtum, ſive non, quia conditione furtiva, ſiu furtiva res ſolus fur tenetur, vel heres furis, *l. 5. de condict. furt.* Longe alia ratio eſt ejus, qui opem tulit, de quo non agitur niſi furto facto. Nec enim poteſt quis dici opem tulſſe, niſi furto facto: ita, inquam, omnimodo tenetur vel furti in duplum, ſive propria actione *ope, conſilio*, & tenetur conditione furtiva: quia non mutuam abeſt a fure, vel ab eo, qui conſilium dedit. Hic igitur ſemper tenetur furti, & conditione furtiva. Et ita ait l. 1. hoc ita poſſe conduci, conſulitori non poſſe conduci, & ſi furtum factum ſit, ait tamen cum eo furti poſſe furto facto. Et quod *l. 1. §. ei*, qui opem tulit conduci, oppoſuit *l. proinde, de condict. furt.* quæ ibi conducitur non poſſe ei, cui ope, conſilio furtum factum eſt, quamvis furti teneatur. Ergo conducî non poteſt ei, qui opem tulit. Reſpondeo, verba illa accipienda disjunctim, licet ſocietatem in formula, *ope, conſilio furtum factum ajo*, & ſecutentium *l. proinde*, tantum referendam ad alterum partem disjunctionis, id eſt, ad eum, qui tantum conſilium dedit: huic non poteſt condici, ſed ut dixi, qui conſilium tantum dedit, non male dicet, eum opem, conſilium tulisſe: Nam diſſoluta oratio accipere pro disjuncta.

Ad L. XXX. Spira cadua eſt: *ut quidem putant quæ in hoc habetur, ac cadaretur. Servius eam eſſe, quæ ſacrificantes ex ſtirpibus, aut ſacrificia remittitur.*

Ad §. Stipula illa eſt ſpicæ in meſſe deſectæ, nec dum lecta, *quæ vulſtici, cum vacuerint, colligunt.*

Ad §. Novalis eſt terra præcifa, *qua non ceſſeoit, quam Gracci novam vocant.*

Ad §. Integra autem eſt, *in quam nondum dominus poſſeſſionis gratia ſerra immiſit.*

Ad §. Glans cadua eſt, *quæ ex arbore cecidit.*

Ad §. Pilum fylva eſt, *quæ paſtui pecudum deſtinata eſt.*

Ad L. XXXI. Pretum eſt, in quo ad fructuum perceptionem *ſolus dominus opus eſt, ex eo dictum, quod pretium ſit ad fructum pertinens.*

EXponamus legem 30. quæ Gramm. eſt pervia, cum in ea explicetur quid ſit *ſylva cædua*, quid *ſtipula illa*, quid *novalis terra*, quid *integra terra*, quid *glans cadua*, quid *paſtua ſylva*. Eaſdem eſt conditionis ſit. in qua explicatur quid ſit *pretum*, quæ ad Grammaticos & litteratores magis pertinet, quam ad nos. Sed ſi in hac re Jurisconſulti tractarit, erit difficile, nec quis ad prælixit plene. Pertinet lex 30. & 31. ad tractandum de uſufructu. Quæritur in eo tractatu, an is, cui legatus, vel cedit uſusfructus, nihil refert quo tempore fit, cujus particula quædam habet ſylvam cæduam, an ſylva cædua uti poſſit. Omnes quæſtiones, quæ hic ſunt, ſunt quotidianæ. De prima quæſtione ita ſtatuo: Si nominatim ſylvæ cæduæ conſtitutus ſit uſusfructus, fructuarius eam cædere poteſt, cum ejus rei cædis habeatur, non vendere poteſt, id eſt, ne hoc quidem facere, non utetur ea tantum ad ſuum uſum, ſiquique familium, ſed & quidem ex ea facere poteſt, ejus cædere, & vendere, *l. 1. §. ſed ne ſylv. C. habit.* etiam intempeſtive, puta ante quinquennium: Nam cædendi quinto quoque anno ſylvas cæduas, *l. 8 adjecto §. ult. ne ſylv.* Nam & olivæ intempeſtive ſi cædantur, id eſt, pertinet ad fructuarium: Et fœtum immature cæſum, aut etiam ſylva immature cæſa in fructu. Quod ſi *ſylva ſuerit cæſuba*, id eſt, pulcua, ſalicus, lucus ſylvæ, aut ex hac ſylva faciet compendium fructuarius ex paſtione pecudum, imminuendo pecudum fœtum, vel alienum, accepta certa pecunia. Itaque paſtionis annuæ commodum ad eum pertinet, cum ſit nominatim fructuarius. Cædere autem arbores, depoteſt, cum non ſit cædua, niſi uſus ſui cauſa, de mortuis tamen arboribus cædere poteſt, *Lege, de uſufruct.* Sed ſi fundi uſusfructus legatus ſit, qui fuit cæduis arbor propoſita, in quo ſit ſylva cædua, hoc cæſa, ſtatim ſylva cædua uti non poteſt quibus ſit, & omnibus cædi cæſa ut vendat, interetur: ſed ad eum dominum medium pro partibus illis ea uti, eamque cædere ſolebat, id eſt, non plus poteſt cædere, quam ſolebat cædere dominus: quod tamen ad eum modum cædendi, id vendat ſolebat, id vendat, ſed ad alias vendat, etiam dominus ea ex quibus vendere ſolebat, *l. 9 §. 1. de uſufruct.* Quod vult *l. 1. §. ſed ne ſylv. C.* quod dicitur, *fructuarium poſſe ſylvam cædere ſolitam cædi, non quotidianam*, ſic referendum eſt, ut ſolitam cædi, ſignificet, videndum quantum pertinimus cædere debeat, ante quinquennium cæſa ſylva cædua ſtatim poſſeſſorem ad vindat, & *vendat*, ut ait *l. 10. comm. quib.* & *de rebus eius fundi* ſit quotidianum in fructu cædendi, ut eo quotidiano fructu vendendo, ſuppleat vitilitas fundi, tantum eſt in *l. 1. §. ſed ne ſylv. C. habit.* & *arbores*, *l. 9. §. ult. de uſufruct.* Quotidianæ ſylvæ cædua, ut poſſit vendere, ſed ſi ſylva cædua ſit, ut poſſit vendere, ſed ſi ſylva cædua ſit, ut poſſit vendere, ſed ſi ſylva cædua ſit

tere, ne aliter utatur fundo, quam paterfamilias, seu proprietarius. Opponit autem *novalem terram* integræ terræ, & definit novalem terram præcisam, ut est Florent. quæ anno cessavit, quam Græci *νεωτὴν* vocant, primum legendum *νεωτὴν* perspicue, ut in Basilicis. Quod ait *terra præcisa*, malunt quidam legere *proscissa*, hoc est, quæ ferro vel aratro proscissa est. Sed & præcisa rectum est, cum Græci vertant *προτμηθεῖσα*. Hæc terra dicitur uno nomine *vervactum*, & *veteretum*, cui opponitur non tantum integra terra, sed & cruda, quæ non est præcisa, & *restibilis*, quæ non cessat, quæ aratur quotannis. Affirmo autem hoc loco ita legendum: *Novalis est terra præcisa, vel quæ anno cessat*: deest disjunctio, *vel*, duas ponit significationes terræ novalis. Prima est, ut sit terra præcisa, id est, nunc primum aratrum experta, *de frichee*, atque ita veteres Grammatici, novalis ager, inquiunt, est, qui primum præcisus est, ad quam significationem respicit Ovidius primo Metamorph. *Nec renovatus ager gravidis canebat aristis*: renovatus, id est, novatus in *l. ult. de term. moto*: dicitur actione de termino moto eum teneri, qui finium turbandorum causa ex sylva novale faceret, quod est sylva cæsa illic primum sationes facere, *l. 10. §. sed etsi stagnum, quibus modis ususfructus amittit.* quo genere finitur ususfructus: Nam is finitur mutatione rei, si ex sylva fiat novale. Ita Servius Grammaticus, *novalis dicitur, unde sylva tollitur*. Alia significatio hæc est: *vel quæ anno cessat*. Ita superiores Grammatici, *novalis ager est, qui primum præcisus est*, vel *qui alternis annis vacat novandarum sibi virium causa*. Ut autem emendavi, ita scriptum est in Basil. verba hæc sunt: *νεατὴ γῆ ἐστὶν ἡ προτμηθεῖσα*, ἢ (quæ disjunctio est) *ἐπὶ ἐνιαυτὸν ἀργήσασα*, id est, *vel quæ anno cessat*. In hanc terram, quæ anno cessat, immitti solent pecora, in novalia immittuntur pecora. Ideo recte opponitur novalis terra integræ: integra est, quæ non recipit pecus: novalis est, quæ recipit, quæ anno vacat: est enim eo anno herbosa valde. Ob id Columella *lib. 6.* dum ponit differentiam inter pastorem, & agricolam, ait, *agricolam* gaudere solo subacto & puro, id est, non herboso, pastorem gaudere solo novali & graminoso. Merito igitur opponit novalem integræ: una recipit pecus, altera non. Itaque fructuarius, ut hoc hic aptemus, immittet pecus in novalia, non in integras terras: nam & hujus rei causa non habentur, & [illegible] herbam, quæ quotannis subigatur. Postremum de prato pertinet ad eundem tractatum *de usufr.* Nam l. 31. pertinet etiam ad fructuarium, in qua definitur *pratum*, ex eo dictum, [illegible] paratum ad fructum capiendum, quia [illegible], aut parvam sane desiderat. Ideo [illegible] primas deferunt pratis. Sed ut hic [illegible] prati fructus non statim pertinent [illegible]. Necesse enim est fœnum cæsum [illegible] ad fructuarium, *l. si absente*, [illegible] Sed nondum facto [illegible], in poterit fœnum cædere heres [illegible] prati ad proprietatem recurrent.

Exposui *l.* [illegible] *in l.* [illegible].

Ad L. XXXIII. Palam est, [illegible] *am pluribus*.

PAlam (inquit hæc lex) est coram pluribus. [illegible] tam exempla, qui [illegible], quibus [illegible] non addunt, [illegible] utar primum exemplo [illegible] [illegible] coram pluribus [illegible] bus, vel coram pluribus, quam septem, *l. heredes, §. 1. qui testam. fac. poss.* Nam plures quam septem testes ad testamentum adhiberi possunt, non minus quam septem. Superflua facta prodesse possunt, nocere non possunt. Ideo si plures, quam septem adhibeantur, nihil nocent, prosunt potius. Vota etiam nuncupantur præsentibus multis, ut ait Festus in *v. nuncupata*, id est, palam: unde nascitur obligatio ex ea nuncupatione voti, modo fiat palam, h. e. coram pluribus, *l. 2. sup. de pollicit.* Igitur quoties de nuncupationibus agitur, idem est palam, & coram pluribus. Grammatici *palam*, dici ajunt generaliter de omnibus, coram, specialiter de quibusdam præsentibus. Proprie autem hanc legem arbitror pertinere ad edictum de interrogationibus in jure faciendis, & quod facile admittit ordo librorum (qui in hoc titulo, si attendistis, diligenter observatur) vitiatam esse inscriptionem, ut pro 21. legamus 22. Et mendum est facile. Eo lib. Ulpian. tractavit multa de interrogationibus in jure faciendis. Ex eo edicto tenetur, qui in jure interrogatus respondit. Et jus ibi accipitur latissime pro jure, id est, sella magistratus Populi Rom. seu tribunali, & judicio quolibet, pro subsellio quolibet, pro quolibet loco, in quo quis consistit judicandi causa, vel juris dicendi causa, etiamsi id agat domi, vel in transitu, in itinere, de plano, *l. 4. de interrogat. in jure faciend.* dum interpretatur verba, *qui in jure interrogatus respondit*. Igitur cum ea verba complectantur quemlibet locum, etiam domum, videtur Prætor exegisse, ut is etiam responderet *palam*, atque ita teneretur, qui in jure interrogatus respondisset *palam*, id est, coram pluribus; non clam, coram nemine. Nam ille titulus affinis est titulo de confessis, in quo titulo certum est, confessos eos demum intelligi, ut scilicet habeantur pro damnatis & convictis, qui confessi sunt palam in jure vel judicio, *l. post rem, de re judic.* Alioqui confessio nihil præjudicat, *Novell. 90. l. 1. §. proinde, si quid in fraudem patr. l. quidam, de donat. l. 4. §. pen. ad l. Juliam majest. l. 4. Cod. de repud. hered.* Sed hoc est discriminis inter eos titulos *de confessis, & de interrogationibus in jure faciendis, & responsionibus in jure palam faciendis*, quod titulus *de confessis* pertinet ad eos, qui ultro confitentur [illegible] in jure vel judicio: titulus *de interrogationibus* [illegible] *faciendis* pertinet ad eos, qui respondere coguntur interrogante prætore, ubi eum æquitas movet, vel interrogante adversario imminente prætore, & hi tenentur ex sua confessione, vel ex mendacio, vel ex taciturnitate, ut mox dicam, actione interrogatoria, quasi ex contractu obligati, *l.* [illegible] [illegible] *de interrog. in jure faciend.* id est, quasi obligati [illegible], unde agitur, aut unde actor actus [illegible], [illegible], id est, quasi ex [illegible] contractu, qui in litem deducitur, vel [illegible] post interrogationem. Ita interrogati si fateantur, tenentur: Si negent vere, non tenentur, si negent falso, ut si cum essent heredes ex semisse, responderint se non esse heredes ulla ex parte, hi [illegible] mendacii pœnam ferunt, ut teneantur in solidum, & ex asse, qui alias non tenerentur nisi pro semisse, [illegible], *§. si cum* [illegible], *l. si* [illegible] *non sit* [illegible], *de interrogat. in jure faciend.* [illegible] si taceant, si nolint respondere, si contemnant majestatem prætoris interrogantis, vel præsentis & adsistentis, adversario interrogante, tenentur quasi mendaces, & ideo tenentur in solidum. Idem est si responderint obscure & [illegible] [illegible] respondendi ad interrogatum [illegible] [illegible] & pro mendace [illegible] pro negante habetur [illegible] [illegible] inquit, is, [illegible] [illegible] [illegible] quod [illegible] [illegible] rius in Topic. Cic. [illegible] qui habetur pro negante, neque [illegible] tenetur actione [illegible] damni injuriæ non tenetur confessoria legis Aquiliæ in simplum, neque ejusdem actionis inficiatoria in duplum, qui nec pro confesso, nec pro negante habetur. Præterea titulus de confessis est de his, qui palam fatentur de intentione principali actoris, id est de lite, ut in rei vindicatione, qui fatentur rem actoris esse. In actione legis Aquiliæ, qui fatentur se occidisse, aut vulnerasse, qua de re est lis summa, in actione si certum petetur, qui fatetur se debere pecuniam, & de eo nunquam respondent inviti, id est, de lite ipsa, de re summa, quæ in judicium deducta est. Titulus *de interrog. in jur. faciend.* pertinet ad eos, qui fatentur, respondentve de eo, quod intentionem actoris instruit, & format, non qui fatentur de intentione, & lite, sed qui fatentur, aut diffitentur aliquid de controversiis, quæ ad litem pertinent. Omnis lis habet controversias multas, quæ præcedunt, & quæ sequuntur, atque incidunt. Exempli gratia, cum agitur de petitione hereditatis, interrogatur quota ex parte sit heres scriptus, quod non est de lite. Nam de lite, sic interrogatur, an non hereditas pertineat ad actorem? de his, quæ ad litem pertinent, deque his, quibus lis instituitur, interrogatur, quota ex parte heres sit, qua ex re cognoscit actor, quemadmodum cum eo agere debeat. Si fateatur se esse heredem ex semisse, cum eo agere debet pro semisse tantum. Necesse vero, ut de eo certioretur ab initio, ne incidat in periculum plus petitionis. Quamobrem ex his causis interrogationes, vel responsiones sunt necessariæ, & coactæ, qui tacet, pro contumaci & negante habetur, & ut magis oneretur tenetur in solidum, etsi alioqui non sit in eum actio in solidum. Igitur summa est hujus differentiæ: in titulo de interrogat. in jure faciend. invitum respondere, & confiteri palam, in titulo de confessis, non agi de eo, qui palam confitetur invitus: quoniam de lite summa nemo unquam confitetur invitus.

Exposui l. 34. in *l. 12. supra*.

Ad L. XXXV. Restituere autem is intelligitur, *qui simul & causam actori reddit, quam is habiturus esset, si statim judicii accepti tempore res ei reddita fuisset, id est, & usucapionis causam & fructuum*.

Ad L. XXXVII. Verbum oportere non ad *facultatem judicis pertinet, qui potest, vel pluris, vel minoris condemnare, sed ad veritatem refertur*.

HUjus legis inscriptio etiam vitiata est: legendum enim *lib. 26. ad edictum*, idque exigit ordo librorum, qui semper hic observatus est. Id etiam verba hujus legis indicant, quæ aperte referuntur ad rei vindicationem, & actionem ad exibendum, quæ sunt conjunctæ, & finitimæ actiones. Una enim comparatur propter alteram, exhibitoria scilicet propter vindicationem, suntque ejusdem naturæ, ambæ arbitrariæ, *§. præterea, de actionib.* Prius enim arbitratur judex rem restitui, id est, jubet rem restitui: cujus arbitrio si non pareatur, tum sequitur gravis condemnatio: condemnationem tamen præcedit hoc lene arbitrium: *Arbitrii* autem verbum est *restituere*, quod ita hæc lex interpretatur, ut is intelligatur restituere, qui simul & causam reddit actori, id est, ei, qui eam vindicat, quam is habiturus esset litis contestatæ tempore, id est, ut restituat usucapionis causam, id est, ut restituat etiam rem usucaptam, perinde ac si non fuisset usucapta, usucaptam post acceptum judicium, & restituat fructus, partus, fœtuum fructus, generaliter omnem causam, & utilitatem, quæ fuisset si statim initio rem restituisset. Et ita accipi *restituendi* verbum in aliis actionibus, ostendi in *l. 22. sup.* Et hoc idem de actionibus in rem demonstravi, ad quas proprie pertinet: hoc est proditum in *l. qui restituere, l. Julianus, §. item Julianus, l. præterea, de rei vindicat. l. Julianus, §. qui autem, ad exhibend.* Ait *§. idem Julianus*, in actione in rem non tantum fructuum restitutionem fieri, sed etiam partuum, & omnis causæ. Ideo dixit, non *tantum fructuum*, quoniam secundum verba legis 12. tabularum fructuum esset tantum facienda restitutio. Nam lex 12. tabul. loquuta est tantum de re, & fructibus restituendis. Constat vindicias & vindicationem esse ex 12. tabulis. Constat etiam fructus restituendos esse in vindicatione ex 12. tabulis, *l. videamus, de usur.* quæ est ex libro ad 12. tabulas, & restituendos esse fructus a bonæ fidei possessore, fructus duplos a malæ fidei possessore, post litem contestatam, a quolibet fructus duplos, qui in libris nostris appellantur fructus majores, *l. 6. §. ult. mand. l. rescriptum, §. 1. de distract. pign.* Cum quo jure consentit, quod olim obtinuit in actionibus personalibus, ut inficiator teneatur in duplum. Nam si in realibus *inficiator*, id est, qui secum patitur litem contestari, tenetur damnum decidere duplo fructus, ut scriptum est in 12. tabulis, ita æquum est, ut in actionibus in personam, inficiator teneatur damnum decidere duplo pecuniæ, atque eo argumento æquitatis utitur *l. 1. Cod. Theod. de usur. rei judic.* Quamobrem dum Justinianus in Novel. *de trien. & sem.* revocat dupli pœnam adversus debitorem creditæ pecuniæ, eundemque inficiatorem, debuit eadem æquitate revocare actionem de duplis fructibus. Sicut novissime lex, dum revocat pœnam dupli in debitorem pecuniæ secundum illam Novellam, quid vetat, quin primum revocet actionem de duplis fructibus, ut eadem ratio dupli servetur tam in actionibus in rem, quam in personam. Sed lex XII. tabularum, quæ loquitur tantum de fructibus restituendis, porrecta est ad omnem causam rei, & emolumentum. Ad easdem actiones in rem pertinet, quod ait lex 37. de verbo *oportere*. Pertinet ad rei vindicationem. Nam cum edicto de rei vindicatione dolo non fecisset, quo & si minus possideret, culpa tamen aliquid fecisset & admisisset, quanti ea res esset, eum a judice damnari oportere, *d. l. qui restituere, de rei vindicat.* Qua de causa in eo titulo non raro usurpatur hoc verbum oportere judicem, *l. is a quo, & seq. eod. tit.* Paulus interpretatur, verbum *oportere* referri ad veritatem, hoc scilicet sensu, reum damnari oportere in pretium, quanti res est, non quanti rem æstimaverit judex, vel non quanti æstimari a judice potest. Sequi enim judex debet veritatem, non rem æstimare suo arbitratu, cum tamen alia parte ejusdem edicti, qua cavetur, ut is, qui dolo desierit possidere condemnetur, aut eum, qui dolo desierit possidere, a judice damnari oportere, quanti ab adversario in litem juratum fuerit: ait, verbum *oportere*, in eadem parte edicti pertinere ad judicis facultatem, hac ratione, ut judex ex causa, non aliter possit non sequi jusjurandum in litem, sed vel prorsus absolvere eum contra quem juratum est, ut repertis aliis probationibus, vel minoris condemnare quam juratum sit, *l. 4. §. ult. & l. 5. de in litem jurando*. Sed hoc tantum ex causa. Itaque plurimum in utraque parte, vel qua dicitur reum oportere damnari quanti res est, vel qua dicitur reum damnari oportere quanti in litem juratum sit: verbum *oportere* refertur ad veritatem, id est, verum pretium rei, & quantitatem expressam jurejurando.

Ad L. XXXVI. Litis nomen omnem actionem *significat, sive in rem, sive in personam sit*.

LEx 36. pertinet ad tit. *de in litem jurando*: Nam ut titulo *de jurejurando* in Digest. subiicitur tit. *de in litem jurando*, ita verisimile est, cum Ulpianus lib. 22. ad edictum tractasset de jurejur. 23. ex quo sumpta est hæc lex, eum subjecisse aliquid de in litem jurando. Qua in parte docet litis nomine significari tam actionem in rem, quam in personam. Sane in omnibus actionibus in rem & in personam, in litem jurari potest, *l. 5. de in litem jurando*. Ideo generali nomine recte appellatur jusjurandum in litem: complectitur enim omnem actionem: *litis* nomen refertur ad quamcunque actionem, cum in quacunque actione in litem jurari possit; & est jusjurandum in litem, quod juratur rei, quæ in judicium

D esse: Nam tu interdices mecum, si eum locum possideam, qui protecto tegetur, seu projecto, quæ verba sunt accipienda pro formula interdicti. Tu igitur ita interdices, *si eum locum possideam, si solum possideam, qui protecto tegetur.* Sequitur in ea lege, *an etiam interdico tecum?* an affirmat; ut apud Ciceronem sæpe. An interdico etiam quo facilius retinere possim possessionem ejus projectionis hoc modo, *uti possidetis eas ædes, ex quibus projectum est*, quæ verba etiam sunt accipienda pro formula. Sic igitur Labeo concludit, utrique utile interdictum esse, & neutrum vincere: Nam & tu possides, & ego possideo. Projectionis autem verbum eo loco accipiendum est latissime, etiam pro injectione, seu immissione, ut sæpe in libris nostris, neglecta differentia inter projectum & immissum, quæ proponi-
E tur in *l. malum, §. ult. inf. hic.* Competit igitur interdictum uti possidetis de servitute projiciendi, vel tigni immittendi. Quo in proposito, sicut in omni tractatu de servitutibus, *tigna* sunt materiæ ligneæ, quibus insident trabes ad sustinendas contignationes. Tigna (*des poutres*) trabes (*des solives*) ita tigna accipiuntur in interdicto uti possidetis, & tractatu de servitutibus. Longe plenius accipiuntur tigna in lege 12. tabularum, quod tractans illud interdictum [illegible] Caius, [illegible] nimirum, quod hic ait in *l. 12. tabul.* non in illo interdicto, vel in libris de servitutibus, [illegible] appellatione significari omne genus materiæ, &c. Imo vero & omne genus materiæ, quæ ædificiis necessaria est. Atque ita *tignorum* appellatione continentur perticæ, peda-

pedamenta, juga, compluvia, & in ædificiis, non tantum materiæ ex ligno, sed & testæ, tegulæ, lapides, calx, arena, & generaliter omnia, quibus ædificia constant. Idemque potest dici de trabium appellatione: nam *trabes* dicuntur ex lapide, ut *trabes Hymettiæ* Vitruvio, & *trabes ex mito* lapide Plinio. Verba legis 12. tabularum, quæ retulit Festus, confido ita emendari debere nihil morans ceterorum opiniones (nam nuper memini me id uberius tractasse titulo ad exhibendum) verba inquam legis hæc sunt: *Tignum junctum ædibus vineæque, & conceptum ne solvito.* Sensus est, ne tignum alienum junctum ædibus alienis, aut vineæ, & a domino conceptum, id est, inventum, separetur exhibendi, aut vindicandi causa, quod saluberrime constitutum est, ne diruantur ædificia, neve vinearum cultura turbetur, sed si fuerit tignum furtivum, in scientem est actio in duplum pretii nomine ex lege duodecim tabularum, quia mera pœna continetur: Nam præter duplum superest rei persequutio diruto ædificio, vel manente ædificio, quasi dolo tignum desierit possidere, in nescientem est actio in duplum, sed mixta furti concepti apud eum nomine, quod dominus conceperit, & cognoverit tignum. Ipse vicissim habet actionem furti oblati, vel hodie simpliciter furti in eum, qui obtulit tignum furtivum: si non fuerit furtivum, datur tantum actio prætoria pretii nomine, ut cum ferruminatione meæ statuæ pes tuæ adhæsit, est tantum actio in factum prætoria, quod explicatur *l. 9. ad exhib.* Ad hanc legem duodecim tabularum, non proprie pertinet hæc lex, ut dixi, cum pendeat ex interdicto uti possidetis, sed ad eam proprie pertinet *l. 235. inf.* In qua declaratur quid sit ferri, portari, agi, qui sint fabri tignarii. Primum enim constat vindicationem & actionem ad exhibendum, quæ præparat vindicationem, esse ex duodecim tabulis, sed a vindicatione, & exhibitoria actione mox legem duodecim tabular. [illegible] de tigna juncta ædibus, aut vineis alienis: Nec enim ea voluit exhiberi, solvi, vindicari a domino, *l. in rem, §. pen. de rei vindicat.* Utraque actio est de re ferenda, vel portanda, non agenda, quod est etiam ducenda: idem est agi & duci, de eo esse utramque actionem ostendit *lex sed etsi hereditas, §. 1. ad exhiben. l. l. si res, de rei vindicat.* Eaque verba fuisse duodecim tabularum, vel Sexti Ælii antiqui interpretis, & conditoris juris decemviralis, cujus verba accipiuntur sæpe pro verbis legis ipsius. Igitur ea verba esse, vel legis, vel interpretis Sexti Ælii, indicat satis lex ducentesima trigesima quinta, quæ cum sit ex libris ad duodecim tabulas, definit proprie *ferri*, quæ quis suo corpore bajulat; *portari*, quæ quis secum jumento ducit. Secum ducere est verbum legitimum, secum ducito, & vincito: agi autem, seu duci, quæ animalia sunt, feruntur, vel portantur inanima. Ita etiam hæc verba accipiuntur in *l. unus, si quis jus dic. non obtemper.* Sic Ammonius: ἄγεται τὰ ἔμψυχα, φέρεται τὰ ἄψυχα, quod congruit cum sententia Jurisconsultorum. *Tigni* autem nomine, quod lex duodecim tabularum vetat ædibus eximi, & alio perferri, vel portari, comprehendimus omnem materiam, ut dictum est sup. quomodo voluit docere in *l. 235.* Jurisconsultus nos loqui hodie: Nam dicimus fabros tignarios non tantum eos, qui tigna dolant, sed & omnes, qui ædificant; structores, carpentarios, [illegible] scriptum est, *fabros tignarios dicimus non eos [illegible], qui ligna dolant, &c.* Sed legendum est *tignarios, & tigna* [illegible] habent [illegible], omnino legendum est, *tignarios.* Id [illegible] accommodatius ad legem duodecim tabularum, ad quam est ea lex scripta. Ita Vegetius auctoribus libris antiquis: *habet,* inquit, *legio fabros tignarios, structores, carpentarios, ferrarios, pictores, & reliquos artifices, ad hibernorum ædificia fabricanda.* Legendum, ut [illegible], *fabros [illegible],* sed non est legendum, pictores, [illegible] pictores ad fabricas? Videtur legendum [illegible] *Sentent. tit. de leg. Instructo prædio legato [illegible] tignarii, & [illegible] cedunt legato.*

A

Ad L. LXIII. Penes te amplius est, *quam* apud te. *Nam apud te est, quod qualiter a te tenetur: penes te est, quod quodammodo possidetur.*

LEx 63. pertinet ad interdictum de tabulis exhibendis, & de liberis exhibendis. Interdicto de tabulis exhibendis jubet prætor, *ut exhibeas tabulas, quæ penes te scriptæ sunt iis, quibus aliquid in eis adscriptum, vel relictum est.* Tenetur eo interdicto, qui eas tabulas possidet, vel detinet jure aliquo, ut depositarius, qui eas retinet, & habet facultatem restituendi, ut ædituus, vel tabularius, simul etiam, qui deposuit, quia depositor possidet per depositarium: depositarius possidet alii, *l. 3. §. si tabula, de tabul. exhib.* Interdicto au-
B tem de liberis exhibendis, jubet prætor, *ut filium filiamve, qui apud te est, exhibeas patri*: non dixit, *penes.* Liber homo proprius apud nos esse dicitur, quam penes nos: nam *penes*, amplius est, quam apud: Penes nos est, quod jure aliquo possidetur: trahitur enim a penitus: apud nos est, quod qualiter qualiter a nobis retinetur, etiamsi non possideatur. Liber homo non possidetur, retinetur quidem. Ita subsignificat, prudentes uno interdicto dixisse penes, altero, apud, non penes. Erravit ergo Accursius, qui in interdicto de tabulis exhibendis accipit penes pro apud. Id enim est contra hanc legem quæ differentiam statuit inter hos articulos, habita ratione illorum interdictorum, id est, statuendæ differentiæ causa, quæ inter ea interdicta intercedit. Contrario errore idem Accursius in *l. Titius Gajus, de legat. 2.* lapsus
C est, dum ibi penes non accipit pro apud. Nam ibi penes est apud, ut promiscue his utimur sæpe.

Ad L. LXIV. Intestatus est non tantum, *qui testamentum non fecit, sed etiam cujus ex testamento hereditas adita non est.*

PErtinet hæc lex ad interdictum de tabulis exhibendis. Definit quis intestatus sit: est enim is, qui testamentum non fecit: sed & intestatus dicitur, cujus adita hereditas non est, cujus testamentum ab herede desertum & destitutum est, quia pro eo est, ac si testamentum non fecisset herede repudiante: eo genere dicitur irritum fieri testamentum. Sed quid hoc ad interdictum de tabulis exhibendis? quia huic interdicto locus est non tantum, si
D quis sit testatus, sed & si quis sit intestatus, [illegible] tabulæ testamenti. Potest enim fieri, ut extent tabulæ, & sit intestatus, ut si factæ [illegible] vel si ruptæ sint agnatione [illegible] falsæ, repudiatione heredis. Consistere enim [illegible] sed irritæ factæ sunt, [illegible] & potest interesse eorum, quibus quid adscriptum est illis tabulis, ut exhibeantur. Quid enim si, quod scripsit in tabulis testator, cavit se velle ab intestato præstari apposita clausula codicillari, nonne tunc interest legatariorum & fideicommissariorum, ut inspiciantur tabulæ *l. 1. §. si quis autem, de tabul. exhib.* [illegible] hanc legem pertinere etiam ad intestatum: nam intestatus dicitur, etiam is, qui testamentum fecit, sed non adierit heres scriptus. Notandum est autem *l. 2. de tabul. exhib.* habere eandem inscriptionem cum hac lege, ut est lib. 67.
E emendatius, quam vulgo editum est 64. [illegible]

Ad L. LX[illegible]. Heredis appellatio non solum [illegible] proximum heredem, sed & ad ulteriores refertur. [illegible] heredis heredem [illegible] heredis appellatione [illegible].

Ad L. LX[illegible]. *[illegible] arbitratu [illegible] fieri, jus significat. [illegible] cedunt.*

Ad L. LXIX. *[illegible] rei dolus malus aberit, [illegible] generaliter comprehendimus omnem dolum, quicunque in hanc rem admissus est, de qua stipulatio est interposita.*

Ad L. LXX. Sciendum est, *[illegible] per multas successiones accipi. Nam paucis [illegible] heredis appellatio proximum continet. [illegible] in substitutione pupillari: Quisquis mihi heres erit, idem filio heres esto; ubi heredis*

redis heres non continetur, quia incertus est. Item in lege Ælia Sentia filius heres proximus, potest libertum paternum, ut ingratum accusare, non etiam si heres extiterit. Idem dicitur in operarum exactione, ut filius heres exigere possit, non ex successione effectus.

Ad §. *Verba hæc*: Is, ad quem ea res pertinet, *sic intelliguntur, ut qui in universum dominium, vel jure civili, vel jure prætorio succedit, continetur.*

LEx 65. est ex Ulp. 71. quo libro tractavit de accessionibus possessionum, ut constat ex *l. 13. de adquir. possess.* Accessiones possessionum sunt conjunctiones, & continuationes temporum, quibus diversæ personæ eandem rem possederunt, ut heredi accedit adjungiturque possessio defuncti: emptori possessio venditoris ad explendam usucapionem, vel præscriptionem longi temporis. Accessionibus opponuntur interruptiones: Nec enim accessioni locus est facta interruptione possessionis, ut si medio tempore alius possederit rem, quam possederit defunctus, possessio defuncti non accedit heredi, *l. possessio, de usurpat. & usucap. d. l. 13. §. quæsitum*. Et in hoc proposito, ut ait, *heredis* appellatio refertur, etiam ad ulteriorem heredem, id est, heredis heredem, & deinceps. Nam etiam ulteriori heredi, procedit possessio defuncti, nedum proximo heredi, *l. 2. §. etiam, pro empt.* sicut ulteriori emptori accedit possessio primi venditoris, *l. pen. §. 1. de divers. & tempor. præscript.* & eo spectat proprie hæc lex: Sed sciendum est, heredis quoque appellationem intelligi per multas successiones in prætoriis stipulationibus. Eo pertinet lex 70. hic. Habeo tria argumenta, quibus efficio eam legem 70. pertinere ad Prætorias stipulationes: unum ex conjunctione legis 2. *de prætoriis stipulat.* Alterum est, quod in fine ejus legis explicatur sensus horum verborum: *Is, ad quem ea res pertinet*. Hæc conjungi solent in eis stipulationibus, ut in stipulatione de rato, hoc modo: *si is, cujus de ea re petitio, actio, persecutio est, ratam non habuerit, heresve ejus, vel is, ad quem ea res, qua de agitur pertinebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dari spondes? l. 3. l. si fine, §. si in stipulationem, & l. procurator cum peteret, rem ratam haberi.* In ea formula verbo *heredis* comprehendimus etiam ulteriorem heredem. Verbis autem, *is, ad quem ea res pertinebit*, ut declarat *l. 70. in fi.* successorem quemlibet significamus in jus universum, sive succedat jure civili, sive honorario, ut bonor. possess. adrogatorem, fideicommissarium Trebellianum, bonorum emptorem vendentibus creditoribus, eum, cui libertatis causa bona addicuntur, patrem, qui filiifamilias intestato mortui bona castrensia jure suo occupat. Hi omnes sunt universi juris successores, & hos comprehendimus extra heredem, dum dicimus, *heresve ejus, aut is, ad quem ea res pertinebit*, qui scilicet, licet non sit heres, tamen est [illegible] successor: Ita hæc verba accipiuntur in *l.* [illegible] *de cond.* [illegible] & ut Accursius adnotavit [illegible] in ædilitio edicto, non tamen in edicto de jurejurando, non etiam in cautione illa, quæ ex Constitutione Antonini exigitur ab eo, qui impuberem adrogat. Itaque quærendæ semper sunt propriæ sedes singulorum capitum: Nam definitiones hujus tituli non sunt perpetuæ. Tertium argumentum, quo doceo leg. 70. pertinere ad prætorias stipulationes, est hujusmodi, quod plurimum valere arbitror, & sumo ex ordine legum. Duæ præcedentes leges, id est, 68. & 69. pertinent ad stipulationes, tres sequentes pertinent etiam ad stipulationes. Ergo media, quæ est lex 70. pertinet etiam ad stipulationes [illegible] non solet Tribonianus interrumpere hunc [illegible] tit. præsertim. Tres sequentes pertinent [illegible] ad stipulationes [illegible]: duæ præcedentes [illegible] ad stipulationes pertinent. In l. 68. [illegible] *arbitratu* [illegible] *fieri*, quæ [illegible] Ergo in [illegible] atque etiam [illegible], *ut arbitratu*

A *L. Titii rem dirimi, arbitratu L. Titii opus fieri, arbitratu L. Titii, vel boni viri rem defendi.* Monet autem ea stipulationis verba significare jus, non factum, id est, ut non arbitretur, qualiter qualiter is, in quem arbitrium confertur, sed ut jure arbitretur, deniqué arbitretur, si jure arbitrari possit, puta, si sit liber, non servus. Quamobrem hæc verba ad liberum tantum hominem referuntur, non ad servum: nam servus arbiter esse non potest. Duo sunt arbitrorum genera, nullum genus arbitrii suscipere potest: hæc verba, *arbitratu illius fieri* in servum non cadunt. Lex 69. explicat hæc verba: *cui rei dolus malus aberit, abfuerit*, vel *potius abfuturum erit*, quæ verba sunt solemnia in stipulationibus, & plerumque ponuntur loco novissimo stipulationis, quæ dicitur clausula doli mali, B *l. novissima, judic. solvi, d. l. si fine, §. si stipulationem*. Ponuntur primum in stipulationibus prætoriis, ut supradictæ leges probant, & in compromissis, *l. 3. C. de recept. arbitr.* & in stipulatione fructuaria, & in stipulatione empti, venditi, & aliis plerisque, *l. 5. usufruct. quemadm. caveat. l. stipulatio ista, §. si quis dolo, l. 22. l. doli, l. si ita quis, §. ult. de verb. oblig. l. si quis fundum, de contrah. empt.* quæ clausula vocatur honestatis formula ab Ambrosio *3. Offic. cap. 10.* & eis verbis comprehenditur non tantum promissoris dolus, sed omnium successorum: nam & in futurum concipiuntur, *abfuturum erit, d. l. 5. & d. l. novissima*. Comprehendunt etiam ea verba omnem dolum hac l. 69. quicunque fuerit admissus in ea re, de qua concepta est stipulatio. Solent enumerari specialiter quædam in sti- C pulatione, quæ præstet promissor, ad extremum autem solet subjici generalis *clausula doli*, quæ complectitur infinitos casus, & incertos, qui contrahentibus occurrere non potuerunt, *l. ex parte, de verb. oblig. l. 53. eodem tit. l. eleganter, §. non solum, de dolo*. Apponebatur curiose, & affectate multum hæc clausula in stipulatione prætoria judicatum solvi, cujus hæc fuit fere formula summe notanda: *Quam rem, sive litem, L. Titius adversus C. Sejum habeo, cujus Publius Cornelius judex mihi, & C. Sejo datus est* (nam in hac stipulatione apponebatur nomen judicis, *l. 3. cum apud, judic. solvi*) *eam rem recte defendi*, id est, defendi arbitratu boni viri, ut multæ leges declarant eodem tit. Sequebatur, *& si ea res adversus Lucium Mævium procuratorem Caii Seii secundum me judicata erit, quod a Publio Cor-* D *nelio judice eove, qui in ejus locum sustinetur* (nam & hæc erant ex formula *d. l. cum apud*) *judicatum erit, id recte præstari, dolumque malum ei rei abesse, abfuturumque esse*. Ex hac formula intelligitur quid sit, quod vulgo dicitur, stipulationem judicatum solvi habere tres clausulas, de re defendenda, de judicato solvendo, de dolo malo. Persequitur, quod est in l. [illegible]o. Cum docuisset initio lex heredem accipi per multas successiones in prætoriis stipulationibus, subjicit, in paucis speciebus *heredis* nomen referri ad proximum tantum, id est, ad eum, qui primus heres defuncto extitit, ut in substitutione pupillari, quæ ita fit, *quisquis mihi heres erit, idem filio meo impuberi heres esto*: neque enim his verbis filio institui, vel substitui videtur heres heredis, quia est incertus, quia nescitur, quis heredi heres fu- E turus sit, incerta persona institui heres non potest, *l. quæries, §. heres, de hered. instit.* Denique ex ea substitutione veniet tantum heres proximus patris, non heres heredis, quia hic non venit ex judicio patris, cum sit incertus, judicium non fero de incerto, *l. qui liberis, §. ult. de vulg. substit.* Sic etiam in lege Ælia Sentia, quæ tota fuit de servis, vel libertis, *filius heres* proximus (sic est scriptum) libertum paternum ingrati accusare potest, & revocare in servitutem, idem potest a liberto paterno exigere operas, quas is se patri daturum promiserat, filius, inquam, heres proximus, non si fuerit heredis heres. Extraneis heres idem non habet, id est, ingrati actionem, operarum futurarum exactionem non habet, præteritarum habet, *l. a duobus, de oper. libert.* Filius exheredatus

tus idem non habet, & si heres extiterit per alium, puta per servum, vel per successorem, ut si extiterit heres heredis paterni, *l. cum patronus, §. cum libertus, de operis libert.* Filius heres proximus hæc habet, etiamsi se abstinuerit: satis est quod extiterit heres patri: sic accipienda est *lex si operarum, de operis libert.* in qua multum laboravit Accursius. Et hæc est una vis suitatis: secundum hæc accipienda est *lex penult. Cod. de libert. & eorum lib.* quæ dat ingrati actionem heredibus manumissoris. Id, ut ibi recte docuit Accursius, ad filios heredes est coangustandum. Extranei heredes manumissoris non habent ingrati actionem. Sic accipienda *l. pen. Cod. de oper. libertor.* In qua duo proponuntur, primum eum, qui manumissus est, habere liberum arbitrium habitandi ubi voluerit, imo nec compellendum habitare cum patrono: nam qui liberum facit, non facit liberum, nisi det potestatem manumisso abeundi quo voluerit. Inde apud Arrianum *lib. 2. in Epictet. cap. 26.* liber hoc sibi vindicat, [illegible] ὅτι θέλω, ἔρχομαι ὅθεν θέλω, καὶ ὅτε θέλω. Sic Suidas cum definit [illegible], quem definit ex disciplina Stoicorum, [illegible], quæ est elegans notatio verbi. Plautus in Menæchmis, *mea causa liber esto, abito quo voles*. Non igitur mirum, si liceat manumisso habitare quo voluerit. Deinde subjicit in eadem *l. pen.* filios libertos paternos ingrati accusare posse, quamvis dicat simpliciter filios, id tamen accipiendum tantum est de filiis heredibus ex lege Ælia Sentia, & proximis, non ulterioribus. De appellatione heredis est etiam *lex 170. inf. hoc tit.* quæ dicit, *heredis* appellatione significari omnes successores proximiores, vel ulteriores venientes per successionem, & seriem quandam, etsi verbis non sint expressi, verbis scilicet orationis Antonini. Nam eam legem refero ad orationem Antonini, vel ad Senatusconsultum (quia orationem [illegible] Senatusconsultum semper) de confirmandis more donationibus inter virum & uxorem. Ea oratio dat donatori jus pœnitendo revocandæ donationis: Sed vetat heredem donata eripere conjugi superstiti adversus supremam voluntatem, cum non pœnituit defunctum, cum in eadem perseveravit voluntate usque ad mortem, ubi heredem non tantum proximum quasi pro solatio amissi conjugis, ut hic non possit revocare donationem, sequentes possint, cum sit ipso jure nulla, sed heredem accipiendum per multas successiones licet id non sit expressum in oratione.

Ad L. LXVI. Mercis appellatio [illegible] *tinet*.

HÆC lex ait, mercium appellationem pertinere tantum ad res mobiles. Eo libro, unde sumpta est hæc lex, tractavit Ulpian. de exceptionibus. Et sane omnes fere leges, quæ ex eo libro translatæ sunt, ex tractatu exceptionum sunt, sunt de exceptionibus. Variæ sunt exceptiones, & multo plures, quam actiones. Inter ceteras est exceptio rei venditæ & traditæ, de qua est titulus *in Dig. & [illegible] qui aliis 76. lib. aliis 77.* vindicatur, asserenda est 74. ut hæc lex 66. Porro in venditione aliud est precium, aliud merx, *l. 1. de rer. permut. l. 1. de contrah. empt.* Hinc commercii, & [illegible], & mercatorum, & mercium [illegible]. Ergo exceptio rei venditæ est de merce vendita, *d. l. 1. §. si servus meus, de except. rei vend.* Sed porrigitur etiam [illegible] ad alias quaslibet res venditas, sicut edictum [illegible], quod est de merce peculiari, porrigitur [illegible] species, *l. 1. §. 1. de tributor. act.* sicut & id, quod [illegible] æstimatione mercis, porrigitur ad omnes species, *l. [illegible] de cond. triti.* sed hoc loco notatur tantum propria significatio, & ait proprie *mercis* appellatione res tantum mobiles significari, non ergo immobiles, ut fundus, domus non est in merce, non res se moventes, ut servi, aut pecora: [illegible] mangones, ut ait *lex 207. inf. hoc tit.* id est, [illegible] quasi agones, ut olim sacerdotes [illegible] agones, quod victimas ducerent [illegible], interpres Statii, mangones, [illegible]

A proprie non dicuntur mercatores, quia mancipia venalia non sunt in merce, sed dicuntur venalitiarii. Cicero in quadam Oratione: *Neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos & Lælios multi venalitii* (id est, venalitiarii, id est, mangones) *mercatoresque superarunt*, separat mercatores a venalitiis. Sic *l. 1. Cod. de mand.* separantur merces a venalibus, id est, mancipiis.

Ad L. LXVII. Alienatum non proprie dicitur, *quod adhuc in dominio venditoris manet. Venditum tamen recte dicetur.*

Ad §. Donationis verbum *simpliciter loquendo, omnem donationem comprehendisse videtur, sive mortis causa, sive non causa fuerit.*

HÆC lex pertinet etiam ad exceptiones. Est exceptio B quædam litigiosi, seu rei litigiosæ, *l. 1. §. ult. quæ res pignori oblig. l. 1. §. 1. de litig.* Ad hanc exceptionem hæc lex referenda est, si quis emerit rem litigiosam, vel pignori eam acceperit, non per traditionem pignore constituto, sed per nudam conventionem, & vindicet rem, aut petat, submovebitur exceptione litigiosi, quia nec vendere, nec pignori ponere licet rem litigiosam, nec donare, *l. 2. Cod. de litig.* Hac de causa ostendit Jurisconsultus hic differentiam inter venditionem & donationem: Nam venditio [illegible] dominii, vel possessionis translatio non est: perficitur enim venditio nudo consensu, nudus consensus non transfert dominium, traditione opus est, *l. traditionibus, Cod. de pact.* Venditio [illegible] non est alienatio, donatio est alienatio, quia donatio non perficitur nisi re, sicut mutuum, E mancipatione, vel traditione, præterquam inter conjunctas personas ex constitutione D. Pii, *Cod. Theodos. de donat.* Ideo emptori, qui nondum accepit rem emptam, petenti eam rem, obstat exceptio litigiosi, si res fuerit litigiosa. Idem dici non potest de donatario, cum rem habeat apud se, aut donatarius non est, nisi possessionem aliquo casu amiserit. Hodie donatio, sicut venditio inter omnes personas perficitur nudo consensu. Nam constitutione Justiniani sublata est hæc differentia. Prohibetur autem titulo de litigiosis non tantum donatio directa, *id est*, inter vivos, sed & donatio mortis causa. [illegible] jure nomen donationis accipitur latissime, sive inter vivos, sive mortis causa, [illegible] donatio, id est, inter vivos.

Leg. [illegible] 69. & 70. exposui in [illegible]

Ad L. LXXI. Aliud est capere, aliud accipere. [illegible] *facta accipitur.* [illegible] *Ideoque* [illegible] *Sicut* [illegible] *quod est contrarium.*

A[illegible] præstari, *hoc significant,* [illegible] *ex ea re stipulator fecerit* [illegible]

LEX 71. pertinet ad stipulationem Falcidiæ, ut jam pridem docuit auctor indicis Pandectarum: sed in collocanda ultima parte legis tantum [illegible]. Stipulatio Falcidiæ dicitur *in l. 70. ad F*[illegible] prætoria stipulatio, *l. pœnales, §. Julianus* [illegible] vel certe communis, quia & officio judicis [illegible] interponitur, *l. ex facto* [illegible] *de hered.* [illegible] heres de E legatario stipulatur hoc modo: [illegible] *legatorum nomine cepisti*, *quam* [illegible] *lege Falcidia* [illegible] *licebit, quanti ea res erit, tantam pecuniam dari*, [illegible] *malum ei rei abfuturum esse*, quod comprobat *l. 1. in princip.* [illegible] *verba*, [illegible] *Falcid.* [illegible] *l.* [illegible] *§.* [illegible] *partis amplius, quam capere licebit.* [illegible] verbo capere auctor formulæ, & [illegible]. Capere autem plus est, [illegible] accipere: Capit qui percipit cum effectu non restituturus alteri, *l.* [illegible] *de reg. jur.* Accipere [illegible], qui est restituturus alteri. Qui cepit aliquid ex testamento, non potest agere querela inofficiosi testamenti, hoc nomen in omnibus foliis. At qui accepit

pit aliquid, quod mox restitueret, alteri scilicet, non prohibetur agere querela inofficiosi testamenti, *d. l. si pars*, §. *ult.* Est igitur subtilis quædam differentia inter capere & accipere inter effectum, & primam frontem. At in stipulationem Falcidiæ dicemus teneri etiam, & heredi cavere compellendum legatarium, qui per fideicommissum alteri, quod legatorum nomine acceperit restiturus est secundum voluntatem defuncti, eademq; ratione vicissim legatario fideicommissarium satisdare debere, *l. 1. §. sed & legatario, & l. 5. si cui plus, quam per leg. Falcid. licebit*; vel etiam, ut declarat *l. 5.* si hoc malit legatarius, fideicommissarius, cui legatarius restituturus est rem legatam, recta via cavebit heredi stipulatione Falcidia. At inde apparet ex eo edicto legatarium, vel fideicommissarium cavere heredi, sive ceperit legatum, sive acceperit, nec observari subtilem differentiam, quæ hic proponitur, & in eo edicto, *Si cui plus, quam per legem Falcidiam licebit*, sicut in edicto de calumniatoribus, nos promiscue utimur verbis capiendi & accipiendi. Huic autem stipulationi Falcidiæ proxima & conjuncta hæc est, qua sibi etiam heres prospicit, dum solvit legata evicta hereditate, legata reddi sibi, evicta hereditate: *his rebus recte præstari*, quæ verba apponi solere probat *l. 3. §. si legatarius, & §. seq. si cui plus, quam per leg. Falcid.* quæ ait in ea stipulatione, eo casu evictæ hereditatis inesse boni viri arbitrium: recte enim illud est pro boni viri arbitrio, *l. 73. infr. l. 5. §. nunc videamus, judic. solvi*. Eadem verba: *his rebus recte præstari*, in plerisque aliis cautionibus usurpantur, ut cum possessor, cum quo actum est rei vindicatione de petitore, vel emptore, qui [illegible] redhibitoria, de venditore stipulatur hoc modo: *quod [illegible] eo homine, prove ea re judicium accepisset, si quid ob eam rem datum esset, his rebus recte præstari, l. ipsi quoq; & l. a quo, de rei vindic. l. redhibere, §. imo Pomponius, de ædilit. ed.* Ea verba, *his rebus recte præstari* Ulpian. hic docet hunc habere sensum, ne quod damnum, vel periculum ex ea re stipulator sentiat, id est, ne quid ex ea re depereat, vel deminuatur. Periculum, est rei peremptio, damnum, deminutio.

Ad L. LXXII. Appellatione rei *pars etiam continetur*.

HÆc quoque lex pertinet ad stipulationes prætorias, rem ratam haberi, rem pupilli salvam fore, & eam clausulam stipulationis judicatum solvi, quæ est de re defendenda: Nam hæ stipulationes interponuntur non tantum de universo, sed & de [illegible], *l. 8. [illegible] pupilli salvam fore*: ut si quis [illegible] curator [illegible] rem certam, interponitur stipulatio [illegible] pupilli salvam fore; *appellatione rei pars continetur*, quod & sequimur in edicto de damno infecto, quo jubet Prætor eum, cui non cavetur damni infecti, [illegible] *ejus rei* [illegible], *ejus rei* interpretamur, sive tot[illegible] ruinosa, sive membrum tantum. Nam si membr[illegible] aliquid sit ruinosum, is cui non cavetur, [illegible] illud, non in totas ædes, *l. 4. §. 1. de damn. [illegible]* [illegible] in edicto de jurejurando, *l. [illegible] de jurejurand.* [illegible] in stipulationibus, ut in stipulatione de nov[illegible] nuntiatione, illa parte quanti ea res erit, id est, [illegible] *l. stipulatio, §. ult. de novi oper. nuntiat.*

Ad L. LXXIII. Hæc verba in stipulatione *posita*, [illegible] *rem recte restitui*, *fructus continent*. *Recta enim* [illegible] *bum pro viri boni arbitrio est*.

HÆc lex pertinet ad stipulationem judicatum solvi, [illegible] ad ei persimilem stipulationem de novi operis [illegible]. Utraque easdem causas, & easdem clau[illegible] nimirum tres, de judicato faciendo, re [illegible] & de dolo malo, *l. 6. & l. ex clausula, [illegible] stipulatio, §. [illegible] de novi oper. nuntiat.* Igitur [illegible] novum opus, [illegible] cui nuntiatum est [illegible] necesse est, nisi velit [illegible] [illegible] dari, quæ [illegible] nuntiationem. Sed si satisdederit, perget opus facere remissa renuntiatione. Qua vero de re satisdat? Satisdat de opere restituendo, seu de re recte restituenda sub conditione, si judicatum erit jus fuisse vicino nuntiandi, & prohibendi opus novum se invito facere, & si res non defendatur, & si quid in ea re dolo admittatur. Hac satisdatione præstita remittetur nuntiatio, & cœptum opus absolvet is, cui nuntiatum est. In hac satisdatione hæc verba, *rem recte restitui*, sic interpretanda sunt, rem boni viri arbitrio restitui, *d. l. stipulatio, §. sive autem*. Vir autem bonus arbitratur & fructus præstari. Igitur in hanc stipulationem veniunt etiam fructus, quos nuntiator percepisset opere non facto, & intermisso: veniunt fructus propter verbum *recte*, quod significat arbitrium boni viri, arbitrium æquitatis & justitiæ, non propter verbum restitui, Nam restituere quidem in reddendi significatione habet plenam significationem, *l. videamus 2. de usur.* Sed in hac stipulatione, restituere non est reddere, sed omnia reponere in pristinum statum, opus diruere & demoliri. Itaque fructus veniunt non propter verbum restituere, quod non significat reddere: id si significaret, sufficeret; sed propter verbum *recte*, quod stipulationi injicitur arbitrium boni viri.

Ad L. LXXIV. Signatorius annulus *ornamenti appellatione non continetur*.

HÆc lex quo pertineat non est quærendum: inscriptio id indicat, est ex Pauli 2. ad edict. ædilium curulium: quæcunque eo edicto comprehendebantur, sunt expressa in tit. de ædil. edicto, paucissimis exceptis. Nam & alia quædam continebat ædilitium edictum, quam quæ in eo tit. enarrantur, ut actio in quadruplum in eum, qui eunuchum fecisset, *l. 27. §. etsi puerum, ad leg. Aquil.* qui locus est singularis. Quid vero ad ædilitium edictum, quod hic proponitur, *signatorium annulum ornamenti appellatione non contineri*? Inter cetera, quæ caventur ædilitio edicto, datur actio in venditorem de ornamentis venditorum jumentorum restituendis, vel jumentis, ob non restituta ornamenta redhibendis, *l. 38. de ædilit. edicto*, ubi ædiles vocant ornamenta *ἐπιπεττάσματα*. (*le harnois*) Inde Paulus cepit occasionem tractandi *de ornamenti appellatione, & varia significatione*, neq omisit rerum ceterarum, hominumque ornamenta. Inter hominum ornamenta docuit, non numerari annulos signatorios, id est, quibus custodiæ causa sigillamus penum, arcam, cellam penariam, aut vinariam. Hi sunt annuli signatorii, hos ornatus causa non fabricavit, sed necessitas, non minus, quam claves, & seras, *l. cum pater pluribus, de legat. 2. l. argento, §. ornamento, de auro & arg. leg.* Macrobius 6. *Veteres non ornatus, sed signandi causa annulum secum circumferebant*: Clemens Alexandrin. in pædagogo: [illegible] &c. id est, dedit annulum mulier[illegible] non ornatus causa, sed ut haberent quo obsigna[illegible] domi custodia indigerent. Proinde ornamentis [illegible] non debebuntur annuli signatorii, *d. §. ornamenta*.

Ad L. LXXV. Restituere is videtur, *qui id restituit quod habiturus esset actor, si controversia ei facta non esset*.

HÆc lex pertinere etiam ad edictum ædilitium: itaque etiam illud referenda, judicium redhibitoriæ actionis, quod inducitur ædilitio edicto, utrumque, id est venditorem, & emptorem quodammodo in integrum restituit resoluta venditione, *l. cum autem, §. Julianus, l. facta, de ædilit. ed.* Igitur in eo judicio videtur quodammodo uterque actor: provocat quidem ad judicium emptor solus, qui rem emptam redhibet propter morbum aut vitium, sed it[illegible] provocat venditorem, ut provocatus quodamm[illegible] actoris partes suscipiat: Nam cum omnia ultro [illegible] in integrum restitui oporteat, [illegible] inde [illegible] petitiones, quin & si sine judicio [illegible] rem emptam redhibeat,

dum non refragatur redhibitioni venditor, si nolit præstare emptor venditori, quæ vicissim debet præstare, eo nomine habebit actionem ex vendito, *d. l. cum autem*. Quid venditori præstari oportet? emptor si velit pretium consequi & resolvi emptionem propter morbum, aut vitium, debet venditori *restituere*, ut est in edicto, protinus rem emptam, quo verbo, ut hic declarat, significatur, restituere eum debere omnia, quæ habiturus esset venditor, si ei controversia facta non fuisset. Venient ergo in actionem redhibitoriam fructus percepti post litem contestatam, & id quo res facta est deterior post litem contestatam, & alia quædam, venientque officio judicis: venient & fructus percepti ante litem contestatam, damnumve quod contigit ante litem contestatam: nam hæc non est æquum cedere lucro emptoris, qui resolvi cupit emptionem. Fructus percepti ante litem contestatam non veniunt officio judicis, quia quæ ante litem contestatam contigerunt, nihil pertinent ad judicem datum, nisi sunt nominatim injuncta, & actione conclusa: sed ea, quæ contingunt post litem contestatam, etsi nominatim actione non contineantur, veniunt officio judicis. Denique post litem contestatam tota causa ad restituendum versatur in officio judicis, & statim atque judex ejus rei esse cœpit, aut incipit, omnium rerum officium ei incumbit, quæ post litem contestatam contingunt: at earum, quæ contigerunt ante litem contestatam officium non incumbit, nisi nominatim injungantur. Qua de causa edicto expressum est, ut judex actione redhibitoria jubeat restitui fructus perceptos ante litem contestatam, & cetera omnia: hi, qui percepti sunt ante litem contestatam, veniunt jure actionis, & edicto Prætoris: percepti post litem contestatam officio judicis. De illis necesse fuit caveri edicto, qui perciperentur ante contestationem: de aliis non fuit necesse, quia semper officio judicis veniunt. Hæc est sententia legis 25. §. *item sciendum, de ædil. ed.*

Ad L. LXXVI. Dedisse intelligendus est *etiam is, qui permutavit, vel compensavit*.

HAnc legem libentius retulerim etiam ad ædilitium edictum. Scio ab Accursio ex *l. 19. de liber. causa*, eam referri ad actionem in factum, qua tenetur liber homo, qui sciens pro servo venit, dum finxit se servum, & decepit emptorem ignorantem, non accepta parte pretii. Nam liber homo, qui patitur se pro servo venire, si accipiat partem pretii, servus fit, & capite minuitur: sed si non patiatur pretium, ut nostri loquuntur, liber manet, & potest quandoque proclamare ad libertatem, quæ res fraudi est emptori, unde æquum est dari in impostorem actionem: Ad eam actionem Accursius ex *d. l. 19.* retulit hanc legem, & ita apte retulit, ut nemo non assentiatur, id quod ipse sic demonstro. Illa actio est in duplum in liberum hominem, qui sciens venit pro servo, in duplum scilicet ejus, quod emptor dedit propter eam emptionem, vel obligatus est, *l. in tantum, l. utique, de liber. causa*, ubi *dedisse* interpretatur emptorem non tantum, qui numeravit pecuniam propter eam emptionem, sed & qui permutavit, qui dedit rem in solutum pro pecunia, vel cum eo nomine permutavit aliquam rem, vel aliquid compensavit (nam compensatio pro numeratione est) & venire in hanc actionem non tantum, quod venditori dedit, sed & id, quod dedit alii propter eam causam, *l. 20. de liber. causa*. Ubi (actionem) non significat actum, ut Accursius vult, sed auctionem, ut alibi, *l. 2. §. tutor, & §. procuratorem, pro empt. l. 2. §. ult. de collat. bonorum, l. si existimans, de usurpat. & usucap.* ut si quid dedit præconi, id omne recipiet in duplum a libero homine, qui finxit se servum. Similiter in ea actione, eoque edicto obligatum accipimus emptorem, sive venditori obligatus sit, sive alii propter eam emptionem, *dict. l. 19. & seq. de liber. causa*. Sed eadem interpretatio locum habet in ædilitio edicto: Nam actione redhibitoria emptor consequi debet (quid venditor consequi debeat dixi supra) quod propter eam actionem dedit, vel obligatus est. Ubi *dari* interpretatur non tantum quod numeratur, sed & quod permutatur, vel quod compensatur, & non tantum quod datur venditori, sed & quod datur alii propter eam emptionem, ut præconi, aut parario. Et similiter obligatum accipimus, seu obligatus venditori sit, seu alii. Hoc sensu dicitur emptorem consequi redhibitoria actione, quod præter eam actionem dedit, vel obligatus est, idque declarat *l. debet, & l. illud sciendum, de ædilit. edict.* Et non est dubitandum, quin Paulus hanc definitionem verbi *dedisse*, utrique actioni aptaverit, actioni illi in duplum, & redhibitoriæ, & contulerit eodem libro alteram cum altera propter similitudinem formularum. Et vero series rerum id suadet, ut eas tres leges ad Ædilitium edictum referamus. Alius ordo, alia series nascetur in l. 77.

Ad L. LXXVII. Frugem pro reditu appellari, *non solum quod frumentis, aut leguminibus, verum & quod ex vino, sylvis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. Julianus scribit, fruges omnes esse, quibus homo vescatur, falsum esse. Non enim carnem aut aves, ferasve, aut poma fruges dici, frumentum autem id esse, quod arista se teneat, recte Gallum definisse, lupinum vero & fabam fruges potius dici, quia non arista, sed siliqua continentur, quæ Servius ad Alfenum in frumento contineri putat.*

LEx 77. pertinet ad actionem aquæ pluviæ arcendæ, & ut docuit vir doctus, & probus, hæc actio est legitima, *l. 22. §. ult. de aqua & aqua pluv. arc.* id est, ex duodecim tabulis, *l. Labeo ait, de statuliber.* Ejus formula notatur his verbis *l. 24. de aqua & aqu. pluv. arc. si appareat futurum, vel si paret futurum, ut aqua pluvia noceret*. Datur enim hæc actio de damno futuro, non de præterito, & de opere in agris jam manu facto, ex quo aqua pluvia vicino nocitura est, nisi coerceatur restituto opere, *l. 1. §. hæc autem, l. 6. §. si priusquam, & l. Anteus, §. pen. de aqua & aqu. pluvia arc.* Finge: Titius & Cajus confines agros habent, an jure potest Titius in suo agro fossam ducere, facere? Agri quidem sui siccandi causa in suo fossam facit, recte: sed corrivandæ aquæ causa si fossam faciat, ut scilicet aqua collecta defluat in agrum Caii, Cajo competit in Titium actio aquæ pluviæ arcendæ, *dict. l. 1. §. sed & fossas, & l. 24. eod.* Corrivare aquam est eam, velut in agmen unum cogere, & colligere, quod Græcis est illo loco *ἀθροίζειν*, *dict. §. sed & fossas, §. sed & si vicinus, l. 3. in princ.* Sic accipiendum est corrivandi verbum. Et *corrivare* quidem, vel derivare, vel immittere, aut repellere aquam in fundum vicini non licet, si ea res ei noceat, aut nocitura sit: eoque nomine comparata est hæc actio ex duodecim tabulis, ut ea aqua arceatur, seu coerceatur: Ceterum in fundo suo aquam retinere licet, quin, [illegible] superficientem aquam, *τὸ πλεονάζον ὕδωρ*, id est, superabundantem aquam ex vicini fundo deducere licet impune, *dict. l. 1. §. iidem ajunt aquam pluviam*. At latius exponamus quid consequatur Cajus actione aquæ pluviæ arcendæ: id primum consequitur, ut Titius caveat damni infecti, id est, de damno futuro, vel ut mox aquam avertat, & coerceat, id est, curet ne influat, & opus restituat, id est, fossam repleat, quam fecerat corrivandæ aquæ causa, ita ut periculum nullum supersit: præterea, ut damnum datum post litem contestatam sarciat. De damno dato ante litem contestatam non est hæc actio, sed competit interdictum quod vi aut clam, *l. 6. §. pen. l. supra iter, §. officium, l. Antæus, §. ult. eod. tit.* & ita accipienda sunt hæc verba *l. 14. §. 1. eod. tit. de dam. præterito*: nempe ut ea verba referantur ad damnum datum ante litem contestatam, & interdictum quod vi aut clam, non ex sententia Accursii ad damnum datum post litem contestatam, & actionem aquæ pluviæ arcendæ. Ceterum in *d. l. 14. §. 1.* sequor interpunctionem

Accarisi, qua viriosis est Florent. Ac similiter & Titius A lapidicinas, non recte dicere continueri in fructibus, *l. fructus, §. si fundum, & §. si in, fl. matrim.* Fructus ergo latior appellatio, quam fruges. Nam fruges tantum dicimus frumentum, & leguminа, non reliquos fructus; Sed in judicio aque pluviæ arcendæ, quod dixi opus fuisse perspicuendum frugum causa eo judicio non contineri, id postea debet ad reliquos omnes fructus. Ob id in *d. l. §. Labeo etiam*, utrumque continuit *fruges, fructusque*. Et ita accipiur inritum hujus legis, ut fructus in ea non sint pluvia arcenda, quod dicitur de fruge, porrigatur ad omnem fructum, & redimam agri: quia quid de iis agri conjuncti dicam, non percipiendo causa, ut de actionem aque pluviæ arcendæ, id non fit ex finitione verbi, quod *fruges* complectatur omnes fructus & ea ratione interpretatione, quod que in fruges, ratam & in reliquos fructibus ratio intervenit. Idcoque quod dictum est de fructibus, vel de porrigendo ad eorum, licet non fit in fruge, & de finibus, & de agris, ad arbores, res codeas, vel gremiales, vel pomiferas: Nisi hæ omne sunt in fructu, *d. l. §. si fundum*. Et vocabulo *frugiferi*, quorum ulus est & brachiis arborum, fit, ex quib. brachiis conficiuntur falciculi. Recte ibi Gracus, & in *Basilicorum scriptis*. Igitur pomi quidem non sunt fruges, fed eximuntur judicio aque pluviæ arcendæ, ejus pomorum percipiendorum causa opus a fabat fet. Ita necessitudo eft inritum hujus legis. Quod sequitur, eft de propria fignificatione frugis & frumenti, quæ sum exposui.

B

C Ad L. LXXVIII. Intendum proprietatem *operis, verbum possessionis significat, sicut in eo, qui possessionem fundi transfert, reservatum eft.*

Hæc lex erit usui in tractatu de adquirenda poffeffione: hoc vulgo jactatur. Quod eft *poffeffio, quid proprietas?* Poffeffio eft ufus rei: proprietas dominium rei: confufiffimum hoc duorum verborum vocabulum. Dum accipitur pro proprietate, feu dominio, ut cum quis legat *poffeffionem* fuus. Nam hic utique videtur legare proprietatem, domum nempe, non quidem ufum, legitur, licet fundi, & agri nomine fignificatur proprietas, & plena quidem, *l. fi alii fundum, de ufuf. leg.* ita ut nemo proprie poffeffio interdum plenam proprietatem fignificat, &c.

D Ad L. LXXIX. Impenfæ neceffariæ funt, *quæ fi facta non eum, qui eas posuerit, ad deteriora ventura.* Ad §. Utiles impenfæ *dicit Paleonius ait, qui meliorem fundum faciunt, non qui voluptatem affert, aut quibus vicinus noluisset adjacentium, licet ædificii poffessionis ut ea quæ meliorem faciunt: licet dicitorem potentiæ ad rem ipsam, non ad voluntatem ejus, qui ædificat. Ut ædificia non ornent, ea cogitur tamen, nec dejicere, nec auferre, quia non deteriorem fundum facit.*

E Ex eo pertinet ad titulum de impenfis in res dotales factis. Ait in fine genera impenfarum: neceffarias, utiles, voluptarias, feu voluptuofas. Neceffarias dicit, quæ ideo factæ funt, ne deteriorem eft res futura, ne ædificium ruinam tectum: fi non fiant, eam deperire, vel dominum finire, ut fi maxime domum ruinam fiatum, dotis caufa fulciendi, vel refocendi. Et hoc proprie verum eft enim propriæ in vinea neceffarias, vel in arbores arare, fuppone, ne fruges deperiant, vel uvæ intereant. Nam hæc dicit *d. §. Neceffarias*, ut ait *fed de neceffariis* non eft dubium, ut ait *fed de utilibus* non eft dubium, quin ad mulierem fundi dotalis pertineant, ut & *voluptuariis* necessitas & non fecisse mariti non cogat, ut ait *fed de voluptuariis* non eft dubium, quin ad mulierem pertineant, ut & *voluptuariis* necessitas & non fecisse mariti non cogat, ut ait

A trimonio tenetur uxori culpæ nomine, fi ob id res pereriit, vel deteriora facta fit, & fi eas facere maritus, eum ratio habetur in judicio res ita uxoriæ, & dotis, nisi fint permodicæ: nam permodicarum, ut ratio non habeatur, verat consuetudo matrimonii. *l. §. in judicio, in res dotal. fact.* Ergo non modicarum ratio habetur in judicio dotis. Quomodo autem earum ratio habetur: dominum ut fi res confiftit in pecunia fuo diminutio fiat propter impenfas neceffarias, ut eo minus reperiat uxor judicio dotis: vel fi dos conflitit in corporibus, ut pro modo neceffario exegitur quantitatis maritus retinear ex dote corpori quadam ufque ad concurrentem quantitatem, donec ei fatisfiat. Retinaturum vocat, quod vocant repotationem, compenfationem, decutionem, *l. 5. §. ult. & l. 5. §. 1. & ult. de impenf. in res dotal. fact.* Sed hanc repotationem neceffariæ, nec propter utiles impenfas effe retentionem ex dote, & dotem confiftere effe redditionem ex conflituione Julii. nullarum impenfarum habito ratione: competere tamen repetitionem neceffariarum & utilium, vel per actionem mandati, fi fatis fieri tantum voluntate uxoris, vel per actionem negotiorum gefforum, *l. 1. §. fed nec ob impenfas, C. de rei vxor. act.* Et quod ob id dicitur actio mandati, Julius. id ait effe ex fola voluntate, quafi olim non fuerit, quod notandum eft. Fateor olim conditionem incerti fuiffe impenfarum nomine, quarum omiffa effet retentio, *l. 5. §. ult. de impenf. in res dotal. fact. l. fundus, 5. ult. fol. matrim.* fuiffe & actionem negotiorum gefforum. Non videtur fuiffe mandata, cujus rei rationem attigit Thalelaus, quod mariti fit dominus dotis, & quæ impendit conflante matrimonio, videatur impendiffe in rem fuam, non potefi hic fubfidio mandatum, vel mandati caufa. Et ex utilitate re Juftinani, quia non omnino dominus eft, & recurrit plenum dominium ad uxorem ipfuto matrimonio: reperat impenfarum. Et refertur mandati actione, vel negotiorum gefforum, retentio nulla erit.

B

C

D

E

Ad L. LXXX. In generali repetitione *legatorum, etiam dotis libertates continentur ex mente legis duodecim tabularum.*

Hæc lex pertinet ad repetitionem legatorum. Legatum eft, quod ex teft. relinquitur alicui. Legatorum aque fcribuntur verbis civilibus, directis, imperativis, legitimis, ut hereditates, tutelæ, legata, libertates, illo fcilicet modo: *Titius heres eto, aut fcripto, aut dato*, five inftituat hereditem, five legat, five libertatem det, five tutorem liberis inftituat. Ex fententia legis 12. tabularum, vel potius exemplo legis 12. tabularum eadem interpretatio fit in vulgari repetitione *legatorum*, *qua ad hereds proinde legata, ac & fecundum heres data, vel ita ad teftum heres, & fubftituta data*: his verbis non tantum legata repetita videntur, fed & libertates. Haec duo etiam dicuntur in hereditate, legata, & libertates, fea ex hereditibus quod idem dici non poteft de tutelis: Nam veniunt ab ipfo defuncto, non ab hereds. Igitur dum repetuntur legata: dum non repetuntur tutelæ. Nam ea tantum repetuntur, que ab hereds valent, & vires accipiunt. Hoc confirmat *l. cum in fubftitutione, de legat. 2.* que eft fimilis huic fententiæ legis: Dum non repetitus, nihil valet. Et fuppletur ex conflitutionibus Severi & Antonini. Nam legata reliéta ab inftituto, tacite repetita videntur a fubftituto vulgari.

Ad L. LXXXI. Cum pretor dicat, *ut quæ fcilicet reftituatur: etiam damnum datum effe damno dicit: nam verba reftituendi, omnia utilitas effatis continentur.*

At, cum pretor dicat, id eft, interdicat, &c. ut in interdicto quod in via publica, itinereve publico factum, immiffum habet, quo ea via, idve iter deterius fiat, id reftituas: atque etiam in interdicto reftituendo de novi operis nuntiatione, quod adverfus ædificium factum fit de novi operis nuntiatione, reftitui.

lege fuerit injuncta cognitio Præsidibus, vel alii magistratui, Præses judicem dabit, non etiam ipse cognoscet. Ac primum quidem Callistratus cognitionem magistratus divisit in summa genera quatuor, aut de muneribus & honoribus gerendis agi, aut de re pecuniaria, aut de existimatione & fama, ut cum judicium est famosum, aut de crimine capitali, *l. pen. de extraordinar. cognit.* Primum genus, id est, *de muneribus & honoribus gerendis*, constat injunctum fuisse Præsidibus ex constitutionibus, *l. 1. ad municipal.* de quo plenius in *l. honor, de mun. & honor.* Ubi Callistratus repetit, quod proposuerat in *d. l. pen.* his verbis, *de honoribus sive muneribus gerendis, cum quæritur, in primis*, &c. Ex secundo genere cognitionis, id est, *de re pecuniaria*, quædam cognitiones reservantur præsidibus, ut de salariis & mercedibus: de his Præses solus cognoscit, nec potest in his causis judicem dare. Cognitio igitur est extraordinaria: ordinaria est, cum datur judex qui cognoscat, *l. 1. de extraordin. cognit.* Sed etiam de usu aquæ solus Præses cognoscit, & de novis rivis inciviliter institutis in agris, vel de agris alienis a sciente possessis, & fœtu earum, de his solis cognoscebat Præses, & de damno dato per immissos in prædium tuum universos milites, dum transibant, qui in plurium prædia distribui debuerunt. Si quis mihi hac ratione damnum dederit, agam extra ordinem apud præsidem, qui solus cognoscet, non agam ordine apud judicem pedaneum, ut ex causa legis Aquiliæ, *l. 2. de extraordin. cognit.* Sunt & hujusmodi multæ aliæ causæ pecuniariæ, quarum cognitio propria est præsidum, nec est juris ordinarii. Ex tertio genere cognitionis, id est, cum quæritur de infamia & existimatione, Præsidib. provinciarum injungitur cognitio suspecti tutoris vel curatoris, *l. 1. §. suspecti, ad Turpill. l. 5. §. damnum, de suspect. tutor.* De quarto genere, id est, de capitalibus criminibus, non est dubium solius Præsidis cognitionem esse, cum habeat merum imperium, quod jure legis competit, non jure magistratus, *l. 1. de officio ejus, cui mand. est jurisdict.* Merum imperium est cognitio de capitalibus criminibus, & ideo his libris Callistratus multa exposuit de criminibus, de custodiis, de pœnis. Illud est in his libris notandum, quod usu frequens est hodie, & plusquam oporteat, præsidem, quod semel decrevit, & pronuntiaverit, rescindere, & mulctare non posse solum per se sine Principis rescripto: Sed interdum rescripto Principis idem præses, vel ejus successor ex justa causa eandem litem ex integro disceptat, (vulgo dicitur *recevoir le procez, rejuger*) ut si forte denuntietur Principi præsidem circumventum fuisse falsis testimoniis, vel instrumentis, *l. Divus, de re judic.* vel si quis temere in quæstione de se mentitus sit, & ideo damnatus sit: Nam re comperta, præsidique nuntiata causa retractabitur ab eodem judice vel successore, & vel pœna minuetur, quæ fuerat jam inflicta, vel omnino restituetur in integrum, *l. Divi, de pœnis*, id est, fiet gratia decreti, *l. 1. §. pen. & ult. de quæstion.* Non dubito etiam, quin Callistratus his libris docuerit inter pecuniarias causas præsides provinciarum cognovisse etiam de fideicommissis: imo fideicommissa non peti jure ordinario per actionem judice actioni addicto, sive dato: sed cognitionem esse præsidum provincialium de fideicommissis, cum his libris Callistratus tractaverit de cautione Falcidiæ, quæ deducitur etiam de fideicommiss. *l. 6. sup. si cui plus quam per legem Falcid.* & de legata domo, vel fundo, nimirum hoc legato non contineri instrumentum, *l. pen. de supellect. leg.* Certum autem de fideicommissis cognitionem pertinuisse ad solos præsides, *l. 5. Cod. de reb. credit. l. si res, de leg. 1.* quod est ex constitutione Claudii. Opus enim fuit constitutione. Sveton. in Claud. *Jurisdictionem de fideicommissis* (inquit) *quotannis, & tantum in urbe delegari Magistratibus solitam in perpetuum, atque etiam per provincias præsidibus demandavit.* Unde non mirum est si Callistratus tractaverit de veste per fideicommissum relicta, & docuerit eo legato omnem vestem contineri, quod & declarat *lex Plautius, de auro & arg. leg. Omnem* (inquit) vestem virilem & muliebrem, *quam habuerit defunctus*, & scenicam, *qua utuntur mimi, histriones, ludiones: vel tragicam, vel citharœdicam*, de quo genere vestium Lucianus in epistolis Saturnalibus duobus locis, dum comparat vestes tragicas quibusdam mulieribus, aut hominibus, qui sunt foris splendidi, intus fœtidi, & putri tabo liquentes: ita tragicæ vestes foris sunt splendidæ: sunt enim pictæ plurimæ intus consarcinatæ ex vilissimis centonibus, τραγικαὶ ἐσθῆτες, &c. Alter locus est in *epist. 10.* cujus sententia est, *cum velis veste distingui tragœdum, & Citharœdum a ceteris, cur non vis habitu virum bonum a ceteris distingui?* Non est omittendum, quasdam esse causas, in quibus Præses judicem dat, non ipse cognoscit, quod est juris ordinarii, quasdam esse, in quibus ipse solvi cognoscit: ex quibus retulimus multas. Sunt aliæ tertii generis, in quibus liberum arbitrium est præsidi suscipere cognitionem, vel judicem dare. Sumendum est exemplum ex *l. sæpe, & l. 9. de offic. præsid.* Aut Princeps palam injungit cognitionem præsidi, & tunc non potest judicem dare: aut ita rescribit Princeps, *Præsidem provinciæ adire poteris*, vel ita, *Præses provinciæ æstimabit, quid sit partium suarum*: an dices his verbis injungi necessitatem cognoscendi? Minime: imo dices dari liberum arbitrium, ut vel ipse cognoscat, vel judicem det: Atque id videtur indicare *lex 2. in fin. Cod. de pedan. judic.* Causas status fuisse permissas, id est, potuisse præsidem cognoscere, vel judicem addicere.

Ad L. CXXVIII. Spadonum generalis appellatio est, *quo nomine tam hi, qui natura spadones sunt, item thlibiæ, thlasiæ, sed & si quod aliud genus spadonum est, continetur.*

AB hac lege Tribonianus incipit decerpere quamplurima ex libris, quos prudentes scripserunt ad legem Juliam & Papiam, quarum hujus tituli ratio ei videbatur exigere. Ac primum in hac lege proponit, nomen spadonum esse generale. Spadones ante annum 18. testamentum facere non poterant, *Paulus 3. Sentent. 3. tit. de test.* Ceteri poterant anno 14. Moribus Biturigum in omnibus requiritur annus 18. quasi vervecibus, quo etiam nomine se nuncupant, *Moutons de Berry*. Sed ut spadones non possint ante annum 18. testamentum facere, id cum lege aliqua definitum fuisse necesse sit, crediderim esse ex lege Julia & Papia, quæ sobolis studiosæ fuerunt, & his, qui generare non possent, vel nollent, infensissimæ. Et ad hoc forte leg. Juliæ & Papiæ caput respexit hic Ulpianus, dum scripsit, spadonum appellatione contineri eos primum, qui spadones sunt, ut qui nati sunt balano perforato sub cane non in ipso cacumine, quod Ægineta declarat *lib. 6. cap. 54.* Item, ut ait *Thlibias*, qui fiunt collisione, & *Thlasias*, qui fiunt per contusionem & compressionem, & si quod aliud (inquit) spadonum genus est, veluti, *ἐκτομίας*, qui fiunt excisione, quæ omnia vocabula sunt Græca, cum tamen ea lingua non habeat vocabulum proprium, quo exprimat caponem, vervecem, porcum, quo exprimat verrem habet, sed non quo porcum, id est, suem castratum. Verum, quod ad hoc caput legis Juliæ attinet, quo spadones volumus generaliter intelligi, ut hi non possint testamentum facere ante annum 18. id hodie abrogatum est ex *l. 5. Cod. qui testam. fac. poss.* quæ ait Eunuchis testamentum facere vel codicillos scribere licere omnium exemplo, id est, qua ætate ceteri possunt.

Ad L. CXXIX. Qui mortui nascuntur, *neque nati, neque procreati videntur, quia nunquam liberi appellari potuerunt.*

IN hac lege ait, eos, qui mortui nascuntur, natos non videri. Primum lege Julia libertus Latinus liberis susceptis consequitur civitatem Romanam, videlicet,

si civem Romanam, vel Latinam uxorem duxerit, & postea filius filiave, natus natave ei fuerit, & anniculus factus fuerit: hac re probata prætori, vel præsidi fit civis Romanus. Ulp. in Fragmentis *tit. 3.* lege Julia & Papia minorib. viginti quinque annis in singulos liberos remittuntur singuli anni, non ut citius desinant esse in potestate curatorum, sed ut citius honores adipiscantur, *l. 2. de minorib.* Multa alia præmia dederunt hæ leges liberorum nomine, quia latæ fuerunt sobolis generandæ causa, *l. hoc modo, de condit. & demonstrat.* Inde quæritur, an qui mortui nascuntur, nati videantur, quod in lege sit scriptum, *natus natave*; an in liberorum numerum computentur, an prosint parentibus, qui capiant beneficia legum beneficio liberorum? & dicitur hic, non videri natos. Ratio est aperta, quia nunquam liberi appellari potuerunt. Qua de causa si venter præteritus sit in testamento, & edatur mortuus, non rumpit testamentum, *l. 3. C. de post. hered. instit.* quia ex liberis esse non intelligitur, nec natus. Eadem est liberorum, & natorum notio.

L. 130. exposui in *l. 120.*

Ad L. CXXXI. Aliud fraus est, aliud pœna: *Fraus enim sine pœna esse potest. Pœna sine fraude esse non potest. Pœna est noxæ vindicta, fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio.*

Ad §. Inter mulctam autem *& pœnam multum interest: cum pœnæ generale sit nomen, omnium delictorum coercitio, mulcta specialis peccati, cujus animadversio hodie pecuniaria est. Pœna autem non tantam pecuniaria, verum capitis & existimationis irrogari solet: & mulcta quidem ex arbitrio ejus venit, qui mulctam dicit, pœna non irrogatur, nisi quæ quaque lege, vel quo alio jure specialiter huic delicto imposita est: quin imo mulcta ibi dicitur, ubi specialis pœna non est imposita. Item mulctam is dicere potest, cui judicatio data est. Magistratus solos & præsides provinciarum posse mulctam dicere, mandatis permissum est. Pœnam autem unusquisque irrogare potest, cui hujus criminis, sive delicti executio competit.*

VUlgaria verba legum hæc sunt, *sine fraude sua liceto*, vel, *sine fraude sua ne liceto, sine fraude sua capito*, ut in *l. Falcidiæ, & lege Julia, de adulter.* verisimile est fuisse frequentia hæc verba in legibus Julia & Papia, quæ innumera capita complectebantur, pro quibus in 12. tabul. scriptum erat, *se fraude*, ut, *si plus minusve secuerint, se fraude esto*: *se*, pro *sine*, ubi fateor fraudem pro pœna accipi: Nam veteres fraudem pro pœna ponere solebant, ut ait Ulpian. in *l. cum autem, §. excipitur, de ædilit. edic.* Sed novæ leges novaque edicta fraudem a pœna subtilius distinxerunt. Et quod ait *d. l. cum autem*, veteres fraudem pro pœna ponere solebant: Id pugnabit vehementer cum iis, quæ præcedunt, & hoc Ulpiani loco, nisi adjeceris ad ea verba, *non sic poni in Ædilitio edicto, nec in novis legib.* Nam in his *fraudis* nomine non significatur pœna, sed delictum pœna dignum: ut cum ædiles ajunt, *in venditione palam pronuntiandum esse, si mancipium, quod venit, capitalem fraudem admiserit*: capitalem *fraudem* accipit pro delicto, propter quod servus sit puniendus. Subtilius igitur re distincta fraus est delictum, seu noxa ipsa, atque ita permutantur hæc vocabula sæpe, ut in *l. Quintus, mand.* noxiæ esse fidejussori, quod alii, fraudi esse. Est igitur fraus noxa ipsa, & ut ait hæc lex, quasi pœnæ quædam præparatio: fraus enim præcedit, pœna sequitur. Pœna igitur est vindicta fraudis, noxæ, delicti: fraus potest esse sine pœna, si remanserit impunita, vel etiam si in lege tantum sit adscriptum improbe factum, nulla pœna adjecta, ut in l. Valeria, de qua Livius *lib. 10. & in l. 14. §. Divus, de religios.* Divus Marcus rescripsit eum heredem, &c. Pudorem injecit, ne id faceret, pœnam non irrogavit. Pœna sine fraude esse non potest: fraudem igitur, sive noxam coercet pœna, vel etiam mulcta. Differentiam facimus inter mulctam & pœnam, nullam faciebat Labeo, cujus hoc exstat dictum, *si qua pœna est, mulcta est, si qua mulcta est, pœna est*, id est, pœna & mulcta idem possunt. Sed reprehenditur fortiter a Paulo *in l. si qua pœna, hic*: & tacite hic ab Ulp. dum explicat differentias inter pœnam & mulctam. Pœnam ait esse genus, mulctam speciem: mulcta est non omnium, sed certorum delictorum coercitio, pœna est omnium delictorum coercitio. Mulcta tantum pecuniaria hodie est, ut ait: Nam olim, quod non ignoravit Alciatus, fuit pecuaria, pœna autem non tantum est pecuniaria, sed & capitis, vel infamiæ. Hæc sunt tria genera pœnarum, pecuniaria, capitis, & famæ. Præterea mulcta irrogatur arbitrio judicis, pœna lege specialiter definitur, non a judice. Tullius in Verrem, lex est, pœna est certa, quid hoc jam ad judicem pertinet? ubi deficit pœna, tum dicitur mulcta, si res mulctam exigat, supplet magistratus, quod legi deest. Præterea mulctam is tantum dicere potest, cui judicatio data est (sic Flor. scriptum est) id est, cui publice judicium est, qui jurisdict. suam exercere potest, *l. 2. §. ult. de judic.* His datur mulctæ dicendæ jus (inquit) quibus publice judicium est, pro quo in *l. 10. ad legem Juliam, de vi publ.* qui judicium publice exercent. Hi vero sunt magistratus judices ordinarii. Subjicit in hac lege, *magistratus solos*, male quidam addunt *enim*, quia subjicit, mandatis permissum est, & mandata mittuntur tantum in provincias. Putem hic magistratus accipiendos esse pro municipalibus magistratibus, non pro magistratibus populi Romani, quibus etiam jus esse dicendæ mulctæ docui in *l. 1. sup.* est magistratui municipali, sive Duumviro pignoris capio, *l. 29. §. magistratus, ad legem Aquil. l. 3. §. 1. de reb. eorum, qui sub tut. vel cura. sunt, sine decreto non alienan. l. 4. §. 1. de damno infec.* Cur non & mulctæ dictio? Hæc legibus conjunctim dantur, pignoris capio, mulctæque dictio esto. Front. *de aquæductib. in extremo libri.* Præterea adimitur mulctæ dictio defensorib. civitatum, *l. 5. C. de defensorib. civit.* Quod adimitur defensoribus, argumentum est non ademptæ potestatis duumviris, id est, magistratui municipali. De magistratibus urbanis non est dubium, nec hoc voluit hic proponere Ulp. Mulctam dicunt in urbe Prætores, Consules, Censores, Ædiles, Tribuni plebis, quam deinde referebant Quæstores ærarii in tabulas publicas, ut eam postea exigerent, Cornelius Tacitus lib. 3. Olim solis Consulib. id jus erat, sed lege Aternia data est hæc potestas omnib. magistratibus Romanis, teste Halicarnass. *lib. 10.* Ergo certum est, urbanos magistratus habere mulctæ dictionem. Quod erat incertius, quodque non lege datum est, sed mandatis Principum, id hic proponit Ulpianus, mulctæ dictionem habere etiam Præsides provinciarum, & magistratus municipales, & exemplo urbis par erat, etiam eis deferri mulctæ dictionem. Procurator Cæsaris non habet, *l. 2. C. de mod. mul.* nec curator Reipubl. *l. 3. C. eod. tit.* nec defensor civitatis, *ut supra dixi*. Summa est: mulctam dicere solum magistratum urbanum, vel provincialem, vel municipalem. Longe aliud est in pœna: nam pœnam irrogat etiam privatus, qui nullo fungitur magistratu, si modo ei criminis executio data sit: & hoc ait in fine hujus legis, qui locus est valde singularis. *Criminis exequutio* nihil aliud est, quam merum imperium: & contra merum imperium, nihil aliud est, quam criminis exequutio. Igitur, cui criminis exequutio competit, i. cui merum imperium datum est, quod dabatur etiam privato. Et ideo recte in *l. 1. ad l. Cornel. de sicar.* a magistratu separatur judex quæstionis publicæ, qui magistratus (inquit) judexve quæstionis ob capitalem causam, pecuniam accepit, ut publica lege reus fieret, incidit in legem Cornel. Quem vocat *judicem quæstionis*, is non fuit magistratus, habuit tamen merum imperium, judicii publici exercitionem habuit: & ita Pompejus privatus missus est cum summo imperio adversus Sertorium, Cic. Philip. 2. Et Latine *cum imperio* dicitur esse, non qui magistratu fungitur, sed cui nominatim popu-

populus imperium dedit, ut ait Festus, etiamsi sit privatus. Pœnæ igitur irrogatio competit privato, non mulctæ dictio, soli enim magistratui competit. Denique pœna, aut pœnæ irrogatio competit jure legis: mulctæ dictio jure magistratus: & pertinet ad mistum imperium, non ad merum: est enim modica coercitio, non gravis animadversio: pœna est nomen gravioris animadversionis, omnis animadversio gravior est: quam lex definivit, & taxavit. Ait autem *criminis, sive delicti*. Crimen est publicum, delictum privatum: crimen publicum, ut cædes, stuprum: delictum privatum, ut furtum. Eandem differentiam faciunt Græci inter *ἐγκλήματα*, & *ἁμαρτήματα*. Ad hæc, ut explicetur *l. si qua pœna, hic.* De pœna non est provocatio, quod ibi Acc. varie explicat, primo & secundo loco male, tertio recte, posita hac specie, ut si quis confessus sit de stupri, seu furti criminibus, vel si certis probationibus convictus sit, ut jam nec ipse diffiteatur se ejus criminis reum esse, ac proinde judex in eum pœnam legibus definitam pronuntiaverit: tum ut non possit provocare: a legibus non provocatur: cum judex nihil ex se statuat. Itaque hic reus non potest provocare de pœna: de mulcta est provocatio, quia est arbitraria: potest queri damnatus, judicem graviorem æquo mulctam dixisse: non potest queri de legis iniquitate: pœna est legitima, & certa, mulcta non item, quæ est arbitraria. Hodie hæc immutata sunt: nam & de pœna est provocatio, quia pœnæ legum desierunt esse in usu: si eæ mansissent, sane nec liceret de pœnis provocare: sed quia extra ordinem agitur, etiam omnes pœnæ sunt arbitrariæ, sicut mulcta, *l. hodie, de pœnis*. Ideo de pœna provocare licebit. Qua ratione hodie non est furti actio in duplum, vel quadruplum, quia agitur de furto extra ordinem, quo genere ulciscendi furti electo, consumitur actio furti ordinaria in duplum, *l. interdum, §. qui furem, de furt.* quæ notanda est propter usum nostrum. Qui agit in furem, agit extra ordinem, ita ut judex eum plectat pro modo delicti, suo arbitratu, is amittit actionem dupli, vel quadrupli. Extraordinarii judicii electio est consumptio judicii ordinarii. Quo argumento dici potest, quod olim fuit *merum imperium*, hodie mistum dici posse, quoniam magistratus jure competit, nec necesse est, ut detur nominatim. Quem Princeps creat Præsidem provinciæ, vel, ut loquimur, *Lieutenant*, servatorem loci, *τοποτηρητήν*, hoc solo nomine dat ei criminum executionem. Denique exequutio criminum competit jure magistratus: Ergo mista est jurisdictioni, & consequenter mixtum est, non merum imperium.

Ad L. CXXXII. Anniculus amittitur: *qui extremo anni die moritur. Et consuetudo loquendi id ita esse declarat,* ante diem decimum Kal. post diem 1c. Kal. *neque utro enim sermone undecim dies significantur.*

Ad §. Falsum est eam peperisse, *cui mortuæ filius exsectus est.*

Ad L. CXXXIV. Anniculus non statim, *ut natus est, sed trecentesimo sexagesimo quinto die dicitur incipiente plane, non exacto die: quia annum civiliter, non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus.*

Ad L. CXXXVII. Ter enixa videtur, *etiam quæ trigeminos pepererit.*

Ad L. CXLI. Etiam ea mulier cum moreretur, *creditur filium habere: quæ exciso utero edere possit, nec non etiam alio casu mulier potest habere filium, quem mortis tempore non habuit, ut puta eum, qui ab hostibus remeavit.*

Ut nunc persequamur explicare verborum significationes, quæ pertinent ad leges novas, id est, Juliam & Papiam, in hac lege Paulus definit, quis dicatur *anniculus*. Lege Junia, vel etiam Julia liberto Latino competit jus civitatis Romanæ, id est, ex Latino fit civis Romanus, si ex uxore filium susceperit, etiamsi eum amiserit, dummodo jam anniculum factum amiserit, quod palam scribit Ulp. in *Fragm. tit. de Lat.* Unde quæritur quis dicatur anniculus, quod hæc lex declarat, & quæ ei conjungi debet *l. 134.* Utramque ordo librorum, qui satis diligenter hoc tit. observatur, exigit, ut statuamus esse ex libro 2. *ad leg. Jul. & Pap.* & ita emendanda est inscriptio hujus legis, ut pro 3. scribamus 2. sicut in 134. *& seq.* ex eodem Paulo. Anniculus autem dicitur, non statim, ut natus est: nec enim annus cæptus habetur pro completo, sed cum annus constet ex diebus 365. ex edicto Julii Cæsaris, statim atque attigerit 365. diem, etsi nondum compleverit, anniculus factus videbitur, & proficiet patri ad acquirendam civitatem Romanam, etsi eodem die decesserit. Annus ergo cæptus non habetur pro completo in hac parte juris, sed cæptus anni dies extremus pro completo, ut in lege Ælia Sentia, id est, in manumissionibus, & aliis partibus juris. Sed e contrario, sicut in quibusdam aliis partibus juris dies cæptus non habetur pro completo, ut in edicto de minoribus, ita annus cæptus, qui in hoc capite legis Juliæ non habetur pro completo, in quibusdam quæstionibus juris habetur pro completo, ut in honoribus petendis, *l. ad Rempubl. de muner. & honorib.* Quod latius sum executus in *l. 5. qui testam. fac. poss.* Naturam sequimur cum annum numeramus ad temporum momenta, id est, cum incipientem anni diem extremum non habemus pro completo: more civium sequimur, cum adnumeramus ad dies, id est, cum cæptum extremum diem habemus pro confecto & exacto: modo autem naturam sequimur, modo morem civitatis, usumque loquendi: nec est hujus rei certa definitio. Id vero est, quod ait lex 134. *annum civiliter computari non ad temporum momenta*, sed ad dies vulgari more, id est, extremum diem anni haberi pro exacto, quod recte Accursius confert cum eo, quod ait hæc *lex 132.* ex consuetudine loquendi hanc interpretationem sumi, ut videatur *anniculus* factus, qui mortuus est extremo die anni. Satis enim est, quod attigit eum diem, & id ita comprobat: in usu est, ut dicamus *ante diem decimum Kalendarum*, pro die decimo ante Kalendas, computatis ipsis Kalendis, & ut dicamus *post diem decimum Kalend.* pro decimo die post Kalendas, computatis etiam ipsis Kalendis, quod utique non diceremus, si momenta temporum observaremus, observatis momentis ante diem x. Kalendarum Juliarum, est xi. Kal. Jul. observatis diebus ante diem x. Kal. Jul. est x. Kalend. Jul. Rursus observatis momentis post x. diem Kal. Jul. est v. Idus Jul. observatis diebus post decimum diem Kalendarum Jul. est vi. Idus Jul. *Neutro* igitur *sermone undecimus dies significatur*, quæ est sincerior lectio hujus loci, quæ alioqui varie tractatur a variis. Hanc lectionem confirmant Basil. in quibus ita est, *οὐ δηλοῦμεν τὴν ἑνδεκάτην ἡμέραν, non significamus undecimum diem.* Usum autem hunc loquendi subsequimur, cum *anniculum* factum dicimus eum, qui attigit supremum diem anni, etsi eodem die vita defunctus, ut scilicet patri prosit in jure civitatis Romanæ acquirendo. Idem jus acquirit Latina, si ter enixa sit, ut idem Ulp. scribit *eod. tit.* quo pertinet *l. 137. inf.* quæ definit *ter enixam* videri etiam eam, quæ tergeminos peperit, & hæc nostra adjicit, enixam non videri, vel quod idem est, peperisse non videri eam, cui mortuæ filius exsectus est. Si igitur Latina duos liberos pepererit, & mortuæ tertius sit extractus, non videtur civis Romana decessisse, quia ter non peperit, vel enixa non est, ideoque heredem non habet. Latini vivunt ut liberi, moriuntur ut servi. Et quod ait *lex 137.* quodque retulimus ad legem Juliam & Papiam; idem locum obtinet in Senatusconsulto Tertylliano, ut Paulus docet 4. *Sentent. tit. 9.* Ex eo Senatusconsulto mater ingenua filio intestato defuncto non succedit, *nisi ter enixa sit*, quod tamen postea Justinianus mutavit. Quod si ter pepererit, aut pepererit tergeminos per intervalla eodem die, vel intra biduum, tum videtur ter peperisse, & liberi proficiunt matri in jure legitimarum hereditatum acquirendo: sed si uno partu, sive uno impetu, ut fit sæpe, effuderit tres, non videtur ter peperisse, unus tantum est partus. Atque

ita distinguendum videtur etiam in lege Julia & Papia. Et hic observandum est, quod aliud est *peperisse*, aliud *habuisse filios*: quæ uno partu fudit tres, tres habet, semel tantum peperit, hoc est evidentissimum. Quapropter recte Accursius notat ad id, quod est extremum in hac lege, *peperisse* non videri eam, cui mortuæ filius exsectus est, aliud est peperisse, aliud habuisse, atque ita finem hujus legis conciliat cum *l. 141. inf.* quæ est de verbo *habuisse*, non de verbo *peperisse*. Atque ita subtiliter Jurisconsulti distinguunt rerum vocabula, sunt vocabulorum observatores, qualis dicitur Ulpianus noster apud Athenæum *ὀνοματοθήρας*. Igitur ea, cui mortuæ filius exsectus est, & extractus cæso utero, intelligitur mortis tempore *filium habuisse*, quem utero gestavit, & postea extraxit medicus. Qua de causa si hic fuerit præteritus testamento matris, recte aget querela inofficiosi testamenti, & ab intestato recte petet bonor. possess. unde legitimi, quasi videatur mater eum habuisse mortis tempore: *habuisse* igitur quem non peperit; vel poterit petere bonorum possessionem unde cognati, *l. postumis, de inoffic. testam. l. 1. §. sed & si matris, ad Tertull.* Adjicit in *l. 141.* similem casum, quo mater intelligitur mortis suæ tempore habuisse filium, quem proprie non habuit, ut si filius fuerit apud hostes mortis suæ tempore, fuit servus: Ergo non filius, filius servitute desinit esse filius, & mater desinit esse mater, *l. 2. §. 1. ad Tertull.* Sed si post mortem matris remeaverit ab hostibus, intelligitur retro fuisse mortis tempore, quia jus postliminii hoc facit; seu fictio postliminii, ut intelligatur mortis tempore eum habuisse mater, qui erat apud hostes, quod postea remeaverit. Quod & in suis heredibus observatur, ut patri intelligatur fuisse *suus heres*, qui eo moriente fuerat apud hostes, & in captivitate, si desierit esse apud hostes, si postea remeaverit, *§. interdum, de hered. quæ ab intest. deferunt. l. 1. §. ult. unde cogn.*

Ad L. CXXXIII. Si quis sic dixerit, *ut intra diem mortis ejus aliquid fiat, ipse quoque dies, quo quis mortuus est numeratur.*

Hæc lex referenda est ad hanc partem legum Juliæ & Papiæ, qua declaratur cum Latino, vel cœlibe non esse testamenti factionem sub hac exceptione, nisi mortis testatoris tempore, vel intra diem aditionis, id est, centesimum. Latinus civitatem Romanam adipiscatur, vel cœlebs uxorem ducat, quod Ulpianus explicat in *Fragmentis tit. 17. & 22.* his verbis; *intra diem aditionis, seu intra diem centesimum*, ipse dies centesimus significatur, vel continetur. Igitur satisfecisse videntur legibus, si die centesimo Latinus civitatem Romanam adipiscatur, vel cœlebs matrimonium contrahat. Et in edicto successorio constat eodem modo illa verba accipi, *l. 1. §. si intra, de success. edict.* Et ait similiter in hac lege, quod si quis testamento suo jusserit aliquid fieri, *intra diem mortis suæ*, hac oratione ipse quoque dies mortis suæ continetur, sicut si promiserit quis *se daturum intra calendas*, ipsæ calendæ continentur, sicut dixi his verbis post diem x. Cal. vel ante diem x. Calend. ipsas Calendas numerari, & annum civiliter numerari ad dies, quasi quodammodo pinguius, non ad horas, seu momenta.

L. 134. exposui in *l. 132. sup.*

Ad L. CXXXV. Quæret aliquis: *si portentosum, vel monstrosum, vel debile mulier ediderit, vel qualem visu, vel vagitu novum non humanæ figuræ, sed alterius magis animalis, quam hominis partum: an quia enixa est, prodesse ei debeat, & magis est, ut hæc quoque parentibus prosint: nec enim est, quod eis imputetur, quæ qualiter potuerunt, statutis obtemperaverunt: neque id quod fataliter accessit matri damnum injungere debet.*

Huic legi videtur obstare *lex non sunt liberi, de statu homin.* quæ ait monstrosos partus, vel prodigiosos non esse liberos, hæc lex ait esse liberos: sed si unaquæque retineatur in suo domicilio, nihil pugnabunt invicem. Puto hanc legem referendam esse ad aliud caput legis Juliæ, quo *orba*, id est, quæ non dum peperit, prohibetur solidum capere ex alienis testamentis, semissem tantum potest capere: altero semisse mulctatur, quod Sozom. & Nicep. scripserunt, & Ambros. in Lucam c. 3. *Erat* (inquit) *deforme liberos non habere: quod etiam legum civilium fuit auctoritate mulctatum*, ita scilicet, ut orbi, vel orbæ non haberent solidi capacitatem, essent semissarii tantum: proficiunt ergo liberi matri; ut solidum capere possit ex testamento: sed an etiam prosunt prodigiosi, monstrosi, debiles, vel quales (ut ait hæc lex) visu, vel vagitu horrendi? Lex ait hos etiam proficere matri, & non esse imputandum matri, quæ qualiter potuit statutis obtemperavit, id est, legi Juliæ & Papiæ. Eodem modo Ulpian. in *Fragm. tit. 16. Qui*, inquit, *intra 60. vel quæ intra 50. annum neutri legi paruerit*, id est, qui quæve neque matrimonium contraxerit, nec liberos susceperit, & adjicit eos, qui intra ea tempora statutis non obtemperaverint, ipsis statutis, & legibus post eam ætatem, liberatos esse pœnis cœlibatus, ipsis, inquam, legibus, non Senatusconsulto, quæ postea explicat, sed legibus erant liberati, quoniam post eam ætatem non est causa exigendarum a quoquam nuptiarum, aut sobolis exigendæ. Et hoc est quod ait August. *lib. 3.* contra Julian. Pelag. *c. 11. Jure fuit constitutum; ne quis haberet jus liberorum, nisi cum amborum anni simul ducti, 100. transisse dicerentur.* Transeunt centum amborum anni, si unus excesserit 60. alter 50. Lex Papia fuit odiosa, quoniam mulctabat semisse, & ideo severius eam interpretamur, ut quales quales partus proficiant parenti. Non eadem interpretatio fit in Senatusconsulto Tertulliano, quoniam ita demum mater vocatur ad successionem filii intestati, si ter enixa sit, si quandoque ter pepererit. In numero trium hoc casu non imputantur monstrosi & prodigiosi. Nam hoc casu & mater captat lucrum successionis, superiore vitat mulctam legis Papiæ, & plus favemus ei, qui certat de damno vitando, quam ei, qui certat de lucro captando, *l. ult. §. sin vero creditores, C. de jure delib.*

Ad L. CXXXVI. Generi appellatione & neptis, *& proneptis, tam ex filio, quam ex filia editorum, cæterarumque maritos contineri manifestum est.*

Lex 136. pertinet ad illud caput legis Juliæ & Papiæ, quo cavetur ne gener, aut socer invitus testimonium dicat, *l. in legib. de test.* Ad quod caput etiam referri debet *l. 6. de gradib. & affin.* & hæc lex, quæ *generi* appellationem interpretatur latissime, ut gener dicatur non tantum maritus filiæ, sed & maritus neptis ex filio, vel filia, vel maritus proneptis, quæ interpretatio adhibetur *d. l. 6.*

Ad L. CXXXVIII. Hereditatis appellatione *bonorum quoque possessio continetur.*

Quid hæc lex ad leges Juliam & Papiam? quia erant innumera capita de capacibus, vel incapacibus: & quos declarabat incapaces hereditatis, eosdem declarabat incapaces bonor. possess. & omnis successionis. Igitur in illis legibus *hereditatis* verbo continetur bonorum possessio, sicut in edictis ita sæpe Prætor edicebat: Dabo hereditatem, dabo bonorum possessionem, *l. 3. de bon. poss.* Sicut autem in legibus Julia & Papia, cum hereditatem, aut legatum vetant capere, hereditatis verbum comprehendit etiam bonorum possessionem: ita etiam legati verbum generaliter accipitur, & continet etiam fideicommissum, & mortis causa donationem, *l. & fideicommissa, de legat. 3.* quæ est ex eodem libro, *l. senatus, in princip. de mort. caus. donat.* Quem igitur leges vetant capere hereditatem, arcent

zerent etiam a bonorum poſſeſſione: & quem venerat capere legatum, venire etiam tacite capere fideicommiſſum, vel mortis cauſa donationem.

L. 139. expoſui in l. 2. ſup.

Ad L.CXI. Cepiſſe quis intelligitur, *quamvis alii adjudicatio*.

HÆc lex referri debet ad eorumdem legum capax & incapacibus perſonis, hoc modo ſcilicet ; ut recte videatur legatarius *legatum cepiſſe*, qui mox tempore id alii acquiſiverit, etiamſi is, cui acquiſierit fuerit incapax, modo legatarius ipſe non fuerit incapax, quod confirmat *l. ſi ita quidam, 4. de libert. leg.* Cepiſſe igitur videtur legatum is, cui relictum eſt, qui erat capax, non is, cui acquiſitum eſt legatum per legatarium, qui erat incapax. Igitur ſtoua nulla legibus, vel ſifco falta videtur, ſi ille recte cepit legatum, & huic recte acquiſitum eſt legatum. Perſpicua iam eſt ſententia hujus legis, quæ aliquoi prima fronte eſt obſcura.

Ad L.CXLII. Triplici modo *conjunctio* intelligitur : *Alio enim re per ſe conjunctio continget, aut re & verbis, aut verbis tantum. Nec dubium eſt, quin conjunctiſ ſint, quos & nominum, & *re complexus tangit : Veluti Titius & Mævius ex parte dimidia heredes ſunto. Vel ita, Titius Mæviuſque heredes ſunto. Vel, Titius cum Mævio ex parte dimidia heredes ſunto. *Volcanus autem ne etymoſis *hos articulos derribat, &, quæ, cum interdum tamen *etymoſtice accipi aportet : Pribus*, Lucius Titius, Publius Mævius ex parte dimidia, &c. *ut ſi dicat, Titius : Publ. Mævius, Lucius Titius heredes ſunto.* Semproni. ex parte dimidia heres eſto, *ut Titius & Mævius vetuerit ex parte dimidium, & ut Semproni heredes ſunt vivendorum*. Lucius Titius ex parte dimidia heres eſto. Sejus ex parte, qua Lucius Titius heres erit, eodem inſtituo heres eſto. Semproniuſ ex parte dimidia heres eſto. *Julianus dubitaſſe videtur, vtrs fruſtiſſe ſibi ſint, an Titio in eadem hereditate cum Sejo heres inſtituto ſit. Sed ego, quod Semproniuſ quoque ex parte dimidia fruſtiſſe ſibi, teſtimonium eſſe, in eadem fruſtiſſem duos codices, & conjunctim heredes fuiſſe eſſe.*

HÆc lex re & conjunctis heredibus vel legatariis. Ait. Quid vero tradituri conjunctim ad inferiorem, id eſt, ad legis Juliam & Papiam? quæ ſuſpicor non ex legatis deſcienteſ, conjunctim collegatarius *præferri* ſibi, id eſt, obtinere caduca, & quidem ipſa lege tralatarii, quæ ob eam cauſam appellatur ſunt lege caducaria : ſed, ut dixi, conjunctim præferitur ſibi, ut oſtendi in *l. ego de leg. 2.* Et ſic fabulinianes, ita conjunctiones inventæ ſunt, ut hæc caducæ, *l. 3. §. 1. de vulg. & pupill.* Jure acceſſionis, vel jus illis ſtitutionis antiquius eſt, potiuſque cum caduci. Igitur hæc lex pertinet ad leges Juliam & Papiam, quod declarat, cum ſint conjuncti ex jure acceſſionis, quo invicem tantum jure acceſſendi, quo jure excludatur his ſtici, ſeu jus caduci, & ſuum ſuus defunctionis, divi- ſionique conjunctionum eam ſuam *Sejus de re quæ- ſiit, de leg. 3.* qui ſuppler, quod deeſt huic legi. Hæc lex proponit tria genera conjunctorum, re & verbis, re tantum, verbis tantum : & ſubjicit ſententiam ejus exemplo tur re & verbis, ubique delitus eſt illorum fruſtratio, qui hanc legem excipi putant certa genera : ſed explicabo ex eodem libro de reſtitutione, & ubique omnium definitionis tradita quæratur in iure acceſſendi uter uti ſi potior. Finit igitur hanc diviſionem eſt nore accrefcendi conſtituto, & conſequenter fideiſi ſtis excluſo : unde quod ad eas dictas leges ſcribitur in *l. antecedente*, quæ ſequitur *de l. re conjunctis*, pergunt exinde ad accrefcendi : dum lex ait : *nominatim videri legatarii, quod a quo heredi legatum fit, intelligitur, licet nominatim non ſit expreſſum nisi*. Quid hoc ad legem Juliam & Papiam? quis ſcilicet & nominatim legatum ſit ab una heredis, & cui portio deſciat, ea portio accre-

A ſit cohæredi ſuæ onere legati : Sed ſi nominatim non ſit legatum ab eo, cui portio deſcit, ea portio accrefcit cum onere, *l. 10. §. ult. de leg. 2.* Verum id non, Proponitur initio hujus legis, tria eſſe genera *conjunctorum* : alii ſunt conjuncti re & verbis, alii re tantum, alii verbis tantum. *Conjuncti re & verbis* ſunt, qui hoc conunctis ſcripturæ, & oratione eadem res ingrata eſt, quos nominatim, & res complexa tangit, hoc modo : *Mævio & Sejo ſundum Tuſculanum do, lego : aut Mævio & Sejo heredibus meis : aut Mævio & Sejo heredes ſunto ex parte dimidia* : vocantur conjuncti in eandem partem dimidiam : vel ſi ita dixeris : *Mævio & Sejo heredes ſunto*, nam & articulus ipſe conjunctionis eſt, *Ejus, qua a Titio, de aſſeſſori. comvelt. l. Titio, nihil, de leg. 2.* Vel ſi ita dixeris, (quod unus his proponitur) *Mævius, Sejus, heredes ſunto* : conjunctur hoc modo : *Mævius & Sejus*, &c. ſermone, & regula. Ait quid ſint ſi detrahantur particulæ connexivæ, ea oratio ſolum accipitur pro connexa? Et ait, detracta particulis connexivis, interdum eos, qui ſunt inſtituti oratione ſolum, habere pro conjunctis : & ait, *interdum*, quod aliud poſſit fieri non re manente, *Jacobus*, *l. 13. §. ult. inf.* Sententiam autem ſuam ſic exprimit, *videtur mea sententia non aliam, &c.* Ne quis hæreat, ne verbo *videremus*, exprimit ſuam ſententiam, & ex Ariſtotele ſæpe ita loquitur, *examinis hi, id eſt, conſiderare oportet*. Hæc verba oſtendimus non habere. Denique hoc vult Paulus, detractis conjunctionibus five particulis conjunctivis interdum pro conjunctis heredes ſcripti videri, quod ſæpe ſit, ut non ita ſcripti ſint. *Titius, Gajus Sejus* (detracta conjunctione) *heredes ſunto ex parte dimidia, Semproniuſ ex parte dimidia heres eſto.* hæc cedat. Si ita ſcripti ſint, *Titius, Gajus Sejus heredes ſunto ex parte dimidia heres eſto*, in hac ſpecie, L. Titius, & G. Titius, licet re & verbis conjuncti ſint, non tamen ſic exprefſa, quia ita dixit, *L. Titius, G. Sejus heredes ſunto*, nec adjecit ex qua : Semproniuſ partem adſcripſit, quæ ſola erat vacua, ut ipſe ſibi res & verbis conjuncti. Verum quod ait jus accrefcendi attineri, in hac ſpecie non fiunt conjuncti, quia ſine parte ſcripti ſunt : Respondeo, Titium, L. Titium, G. Sejum vocari in eadem partem dimidiam, aliam partem Semproniuſ adſcribi, ſed quia duobus illis pars certa non eſt adſcripta, ideo invicem non ſentiunt jure accrefcendi : ideo deficiente L. Titio, pars ejus non accrefcit ſibi G. Sejo, ſed & Semproniuſ, *L. 2. cum ſimilibus, de hoc. inſtitu.* Quod tamen ſecus eſſet, ſi & Semproniuſ ſcripſiſſet ſine parte, id eſt, ſi omnes ſcripſiſſet ſine parte, *L. Titium, etc.* Nam hoc caſu deficiente Titio, Sejus excluderet Semproniuſ, cum tamen alii ſint inſtituti ſine partibus, alii ex partibus, ut ante B dictum eſt, deficiente portione Lucii Titii, in eam veniunt omnes coheredes.

Poſtremo dat aliud exemplum conjunctorum re, & verbis. Teſtator ita dixit : *L. Titius ex parte dimidia heres eſto, Sejus ex qua parte L. Titius heredis inſtitutus, heres eſto. Semproniuſ ex parte dimidia heres eſto.* Hæ ſpecies dubitationem inciſit Jurisconſultis, utrum ſcripti teſtatoris res ſimiles, id eſt, utrum diſtributæ hereditatem in obſolucem uncias, ſint pœnæ ſimiliter hereditatem diſtributæ in tot partes, quot vocati ſunt. *L. interdum, 3. paterfamilias, de her. inſtitu.* Licet vulgo diſtributæ tantum in duodecim uncias. Utrum igitur in hac parte dicemus Titium inſtitutum eſſe in ſemiſſem, Sejum in ſemiſſem, Semproniuſ in ſemiſſem, & ita ellis ſictas partes oſtodecim. An vera C dicemus, non eſſe receſſum a ſolemni diſtributione aſſis, ſed L. Titium, & G. Sejum in unum ſemiſſem eſſe conjunctos, & ita conjunctos re & verbis : aliam vero ſemiſſem adſcripſiſſe eſſe Semproniuſ? Et hæc veriſs eſt in hac ſpecie, Titium & Sejum conjunctos re & verbis, Jaturos quidvanes, Semproniuſ vero ſeparatim, quod tradidimus ex Juliano *lib. 30. Digeſt.* Si locum vela ſuppleret, quem omiſit, repertur in *Inſtitutes, de hereditis, milit.* Sed, ſi Semproniuſ non fuiſſet adſcriptus coheres, & ita ſcripſiſſet : *Titius ex parte dimidia heres eſto, Sejus ex qua parte Titium heredem inſtituo, heres eſto*, & nullum alium heredem inſtituiſſet, non videretur quiſquis in ſemiſſem, & ſeparatim omnia. Adjecilio Semproni ſuſ- cit, ut videatur ſcripſiſſe heredes. Quamvis eſt de verbis tum conjuncto, pura, de Quinto, ſecundum propoſitum exemplum, ſi dicitur Quintus, portio ejus accrefcitur ſibi Sexto : ſi dicitur Titius, quæ ſuſpicor eſſe, ſi ita verba eſſe Sextum præferri ceteris omnibus, id eſt, verbis tantum conunctum excludere ceteros omnes : quia cum hoc opera eos conunctos teſtator, habentur pro conjunctis utroque modo, & non alio fine eos ita conjunxit, quam ut ſibi portionis alteri ſibi accrefcerent, non ceteris. Ergo ex mente teſtatoris ſibi Sexto accrefcit. Cur fuit dubitatum? quia ſcilicet quæſtio eſt voluntatis : dicebant enim aliter teſtatur ceteros dicere portius, quam conunxerunt voluntatis, an conjunctus potius ſit, id eſt, ille verbis tantum conunctus, non re. Respondet, & notavit ex *l. ſi Flaccianus reſtit.* ut & conſeruntur, ſeu ſcilicet, qui & verbis & re conunctus eſt. Senſus eſt: ſicut præferitur ceteris re & verbis conjunctus, ita & verbis tantum conjunctus præferitur ceteris, & videtur teſtator eam conjunctionem acceptiſſe. Hæc eſt ſententia *L. re conjunctis*.

Ad L. CXLII. Illud apud ſe ſuis habere videtur, *de quo habet ſibimet : habetur enim, quod habet ſibimet*.

HOc referendum eſt etiam ad leges Juliam & Papiam. Quum primum exemplum *excluſi vero, ſi. habit., falut. martyrii.* Et lege Julia & Papia, ad quam eſt illa lex, ſi maritus voluntate mulieris manumiſerit ſervum ſuum, & ita ſibi acquirat jus patronatus, cavere debet mulieri (ut lege Julia & Papia exprimitur) *ſe reſtituturum mulieri patronatus perpetuæ*, ut *non ſuum ſervum ex bonis liberorum*, ubi Jurisconſultus : *perpetuæ* intelligimus non tantum quod pergit, & quod extenſe, & publice, ſed & id, quod *perpetuo* fecit, id eſt, de quo actionem & perſequentionem habet. *Perpetuæ* ergo videtur, ſi actionem habet, quæ acquiſierit : eodemque modo, E vel eodem, vel alio capite IC. cenſuerunt de verbo *habendi*, ut videatur rem habere, qui actionem habet, ut ſcilicet ſibi ſit actionem perſecutionemque præſtet, quod ſi habeat : Nam ſi vel actionem habeat, tenetur præſtare, ut tam erdat. Nam rem ipſe habere videtur, qui actionem habet, ut petat, *l. 5. de reg. jur.* Proprium eſt, quod peti poteſt, *l. 5. §. quod avus, ad leg. Falcid.*

Ad L. CXLIV. Libro memorialium *Meſſienus* ſcribit, *poſſitem quod antiquus cum habitura, qua cum non non eſſet, cum aliquo tamen retinebat : quam cum non tamen omnicam : quale beneficium cum abeunt appellari. Graviter Elaucius libro de jure Papiriana ſcribit, poſſitem non vulgo vocatis, qua cum non ſit, corpus ſuſpicari, quaſi-*

dem eam, quæ uxoris loco suæ nuptiis in domo sit, quem A *sobrinum Græci vocant.*

EX Paulo ad legem Julium & Papium, hæc lege propo-nitur *patrimi* & *matrimi* nomen, quod in Græco *πατρῶος* & *μητρῶος*, id est *patruelis* & *matertera*, quæ referitur a Gellio ex *libro* 18. *cap.* 26. & de ade Hercului Victoris, quæ refertur a Macrobio *lib.* 3. *cap.* 6. Fuit is Jurisconsultus maximæ eruditionis & exiſtimationis, ut de eo ita ſcripſerit Athenæus *lib.* 14. *Macrobius ornavit uxorem, ut scripsit, & strenue Ephesum, cum ait in jure interpretandi nihil ſe tendere Mucio poſſe.* Euſſem etiam quidi celebris meminit Arriauus a in Epicteum, *dum ait, legibus natus a patrio parendum esse, quem Mucium, aut Catium. Ait autem hic, eundem uxorem vero nomine, id eſt, naturali, amisam appellari: ſed honeſtius eſſe concubinæ nomen, quod eſt legitimum: Amicæ nomine ſignificari illa, quæ publicandam ſubſtinent alteri. Legatus illud Marciali. lib. 7. Epiſtolarum Tredae Philari. Rette, quem Tredae uxori amicam.* Concubina juſtam uxorem imitatur, *Julianus Novell.* 18. Et eſt ſpecies quædam uxoris, lege, legitimoque prorſus, concubina nomine, quæ *Augustus aſſumpſit. L. 2. de concub.* Illud eſt veluti naturale nomen, hoc legitimum. Et vero concubinatu per leges recepto, patet eis muliebri honeſtiue nomen, quam matrisc impoſito, quo non tam res Venerea, quam honeſta quædam conjunctio ſignificatur: inicitur probri nota quodam, *Feminam detinere*, vel *habere*, ut *Terentius* Gloſſis interpretantur ſatis novo vocabulo *Ἑταῖρα*, vel ut alii proprium *teneri*; & *pellicatumem*, *Cognovisse*, non ita ſi concubinam duxeris. Subjicit in hac lege: *Nulla pellicatus vulgo appellari eam, quæ cum eo, qui uxorem habet, corpus miſcet*, quod legibus femper ſuit vetitum; ea pellex ſeu concubina illegitima eſt, juxta *Julium Caſſium*, *l. ult. in fine, de uxor. l. ult. C. comm. de manum. l. 1. C. de concubin.* Quoſdam tantum etiam nunc *pellices* eam vocare, qui uxoris loco domi habent, quam tamen uxorem non habet. Vulgus opponit quibuſdam, quod notandum eſt. Vulgus hodie pellicem vocat eam, quæ ſuccumbit alieno marito, quidam eam, qui ſuccumbit coelibi. Et hoc tradit Paulus ex Granii Flacci libris *de jure Papiano*: ſic Florentinus legitur: corrupte in aliis libris Gaius, ut in *l. Gravissimi*, ubi pro *pellicatu* Urſinus, *de fidejuſſoribus*. Citatur hic Granius Flaccus a Macrobio. *Saturnal. cap.* 18. & Arnob. *lib.* 3. Quid vero pertinet ad jus Papianum pellicis definitio, quæ legitur Granius Flaccus in libris de *jure Papiano*? Jus civile Papianum ſunt leges Regiæ, ut Romuli, Numæ, & ceterorum collectæ a Sexto Papirio, *l. 1. §. de origine*, inter eas hæc eſt lex Numæ, ut referunt Gellius & Feſtus: *Pellex Junonis etiam ne tangito, ſi tangat, Junoni vinias boſtiasque agito, agnum feminamue caſtrato.* Quæ pellicis eſſent, qui ſe committit uxoremhabenti, irrogatur infamia.

Ad L. CXLV. Virilis appellatione interdum etiam totam hereditatem contineri dicendum eſt.

HÆc lex pertinet ad illud caput legis Papiæ, quod eſt de bonis libertorum, & quo cavetur, ut ſi libertus decefferit teſtatus, vel inteſtatus, relictis filiis, patrono debeatur *virilis portio* pro numero filiorum, ut ſi tres ſuerint filii, patrono debeatur quarta portio bonorum, si Duberit ergo ex ea lege Patronus virilis portio exiſtimabitur liberis, *§. peſtea, de ſuccess. liber.* Ulpianus

in Fragmentis tit. xxii. Si nulli ſint filii liberte, vel ſi nisi filii repudiaverint hereditatem patronus, dicemus, *virilis* appellatione totam hereditatem contineri, & non ad patronum pertinere, *l. intestato, de suis & legit. hered.* Et hoc eſt quod ait: *Virilis appellatione*, &c. videlicet & ſi filii repudiaverint hereditatem; tum enim tota ad patronum pertinet. Et eadem ratio hic intercedit, atque in ſpecie, de qua tradebam eſt ſuperius in *l. patrefl. §. de Papia* quorum ſervorum legata eſt Titio, reliqui Sempronio, Titius ceſſit in optionem, & repudiat legatum: *reliquum* appellatione omnes pertinebunt ad Sempronium. Et ita ceſſantibus filiis, virilis appellatione tota hereditas pertinebit ad patronum.

Ad L. CXLVI. Soceri, ſocrus appellatione avum quoque, & avum uxoris vel mariti continere, reſpondetur.

HÆc lex pertinet ad illud caput legis Juliæ & Papiæ, b quo cavetur, ne genero vel ſocero invito teſtimonium deferatur, *Lex legis. de teſtib.* Quæ ſcita porro appellatio ſcripturæ generaliter, ut dictum eſt in *l. 26. ita* ſoceri & ſocrus appellatio accipitur generaliter, ut continent non tantum parentes & maritorum, ſed etiam avum & avian, vel proavum & proaviam, id eſt, proſocerum & proſocrum, abiocrum, &c.

L. 149. regulæ Jur. lib. 1. in fin.

Ad L. CXLVII. Non eſt fine libertis cui vel unus filius unusve filia eſt. Hoc enim enuntiatio, habet liberos, non habet liberos, femper plurativus numero profertur: ſicut & pupillorum & vulgarium.

Ad L. CXLIX. Nam quem *fine liberis eſſe dicere non ſolemus: hunc neceſſe eſt dicamus liberos habere.*

LEges Julia & Papia multſant eum, qui eſt *ſine liberis*, cui dum mas nine hoc annum, ut libertis auguste civitis. *Inter liberos* autem non eſt, qui vel unum filium, vel filiam habet, quod & in fideicommiſſis ſequimur. Num ſi quis ſit regatus reſtituere hereditatem, ſi *ſine liberis decefferit*, vel filio non filio, vel filia, excluditur fideicommiſſarius, *l. 8. §. pen. C. ad Trebell. l. pater, §. l. de condition. & demonſtr.* quod ea lex dicit eſſe ex voluntate defuncti. Sed notari ex hac lege poteſt, id etiam eſſe ex voluntate, cum ſubjiciat hanc enuntiationem, *habet liberos*, vel *non habet liberos*, ſemper plurativum: ſi autem poſuerit, eſt unus filius ſit, *Dedayeul. lib. 1. de crimin. Dict. cap. 1. in Italia in lingua*, inquit, *ufque eſt, ut libero dicentur omnes filii, eſt non ſit uno amplius*. Unde augmentor redit ex conſequenti. *Aut ſi ſine liberis, aut cum liberis, atqui non eſt ſine liberis, qui unum filium habet. Ergo habet liberos*: quod poteſt etiam referri ad illud caput legis Juliæ & Papiæ de indiſta viduitate mulieri, nempe relicta heredicati, vel legato ſub conditione hac, *ſi ſibi poſt mortem meam non nupſerit*, ita demum remittitur, ut illi nubendo non amittat legatum, ſi interea ſit ſeorum utrum liberorum procreandorum cauſa (quod jusurandum exigebant olim cenſores) & ſi ex fecundis nuptiis liberos habuerit. Nam ſi c. C. de nat. vid. vid. adhuc ſecundum legem Juliam & Papiam, adhibitam fuiſſe diſtinctionem, habereque liberos ex fecundo marito, an non, quod tamen jus ſit perturbavit Juſtinianus, *§. Nov.* 22. Quod ait liberorum numero eſt reſtiſimum. Male quidam plurali, *Gel. lib. 19. cap. 8. Quadringe quidam dici putant plurativum numero.*

L. 150 regulæ jur. l. 1. ſup. & accommodavi ad leges Julian & Papian.

Ad L. CLI. Debita hereditas intelligitur, quam quis poſſit adeundo conſequi.

IN hac lege definitur, quando *debita hereditas* dicitur, vel qui dicatur *debita*, *quam*, inquit, *quis poſſit adeundo conſequi*, ex quibus verbis intelligi deber contrarium, vel repudiando amittere. Nam ante delatam

In Tit. XVI. De verb. ſignificat. Lib. L. Digeſt. 597 598

tem aditio, vel repudiatio, qua ſit, eſt inutilis, *l. 1. A §. decret. de, & ſuccef. ed.* Quod ita accommodemus ad leges Julian & Papiam, cum quæritur de heredis, aut legatarii capacitate, quo tempore eius conditio ſpectanda eſt? Fieri enim poteſt, ut qui hoc tempore incapax eſt, frequenti ſit capax. Unde iuterreſt ſcire, quo tempore ſcire debeat inquirere de capacitate, aut incapacitate heredis, aut legatarii. Et conflat eo tempore quærendum quo defertur hereditas, aut legatum. *Quo tempore*, inquit, *hereditas defertur, & legatum ſtatim*, ut jure adiri poſſit, aut repudiari: id quod eſt ex morte teſtatoris, ſecundum nos autiquum: ex aperto tabulis, ſecundum leges Julian & Papian. Non deferuur heredites ante apertas tabul. Ergo ante apertas tabulas repudiatio, aut cretio inutilis eſt. Hinc reſtituum eſt jus antiquum, *l. un. C. de cadue. toll.* ed.

Ad L. CLII. Hominis appellatione non feminam, quum maſculum continet, non dubitatur.

tum de nummis, sed & de corporibus. Hæc omnia in cautionem veniunt, ut ostendi in *l. 97. sup.* Ait, *ex hereditate illa*, qua de causa hic subjicit, *hereditatis nomen esse juris nomen*, id est, hoc nomine significari jus, non corpus, etsi sint in hereditate corpora: nam sive sint corpora, sive non sint, est hereditas, nec inanis est venditio hereditatis, etsi nulla sint corpora. Hereditas est jus universum successionis, vel successio universi juris: sicut medicis nihil interest inter infirmam valetudinem, & valetudinis infirmitatem. Ergo hereditas jus significat in his stipulationibus; qua de causa venditor hereditatis nunquam tenetur de evictione: nam res, quæ evincitur, hereditaria est, aut non: si non est hereditaria, non tenetur, quia hereditatem tantum vendidit. Si hereditaria sit, etiam non tenetur, quia injuria evicta, injuria judicis non obligat venditorem, *l. [illegible] de evictionibus, d. l. 2. de hered. vend.* Porro, ut hic declarat, hereditas ita est jus incorporale, ut tamen augmentum, & deminutionem possit recipere, sicut peculium, quod est nomen juris, accessionem, & decessionem recipit: augetur hereditas fructibus, vel partubus, minuitur corporum amissione, vel interitu, *l. item veniunt, §. item non solum, de petit. hered.* Jura ergo non minus, quam corpora, accessionem, seu decessionem patiuntur. Quod tempus sit spectandum, & ut accipiendum verbum illud, *quanta*, utrum spectandum sit tempus mortis, an contractus, declarat *d. l. 2.* Quod deinde promittit venditor, *se præstaturum actionem, petitionem, persecutionem, quæcunque eo nomine competierit*, ejus clausulæ gratia subjicit in hac l. *actionis verbum generale esse*, & dividi in actionem & petitionem, sicut adoptio, in adoptionem & adrogationem, cognatio, in cognationem & agnationem. Actio est in personam actio, petitio est in rem actio, ut petitio hereditatis, id est, vindicatio hereditatis. Ab his diversa est persecutio: nec enim persecutio proprie est actio. Actio est ordinaria executio, persequutio est extraordinaria exequutio, ut fideicommissi. Fideicommissa [illegible] petuntur ordine, id est, per formulam [illegible] actionem, sed cognitione magistratus, & [illegible] commissis non datur judex, vel arbiter, sed ipse magistratus cognoscit. In legatis datur judex, & eorum nomine est actio ordinaria, *[illegible] legat. 2.* Et arbiter, cum tractatur de fideicommissis in *l. 2. Cod. de usu. legat.* non accipitur pro arbitro dato, ut cognoscat de fideicommisso, sed pro arbitro dato ad probandos fidejussores, & excutiendos, ut lex ipsa demonstrat. Nec enim arbiter, vel judex dabatur in fideicommissis. In legibus, & stipulationibus, hæc verba sunt vulgaria, *quæ de ea re [illegible] actio, persecutio est, [illegible]*, ut in stipulatione rem ratam haberi, *l. 23. rem [illegible]*. Et in constitutionibus quibusdam de termino moto, *l. ult. de term. mot.* Cornificius *ad Herennium: Ejus rei actionem, petitionem, ex[illegible]*: [illegible] vocat quod nos persecutionem. Ut autem actio [illegible] rem, alia in personam, [illegible] persecutio est [illegible] in personam; ut fideicommissi nomine actio est in rem mittente magistratu, (erat enim olim solemnis in rem missio fideicommissi nomine) vel personam heredis, aut legatarii. [illegible] fideicommissi persecutio erat in [illegible], vel in [illegible]. Hodie persequutio est versa in actionem: nam quæ actio competit de legato, eadem competit de fideicommisso [illegible] sunt fideicommissa [illegible] ordinaria [illegible] oporteat judicem, qui de fideicommisso cognoscat, nec sit necesse magistratum [illegible] *& actionem* [illegible] comprehendere omne genus [illegible] nem, & persecutionem [illegible] definitione [illegible]

cipiunt, ita ut comprehendat actionem in rem, & in personam, quasi definiatur genus, non species, id est, actio in personam tantum. Ineptum enim esset titulum specialem generali præponere, speciei definitionem proponere, & generis omittere.

Ad L.CLXXIX. Inter hæc verba, Quanti ea res erit, *vel*, Quanti eam rem esse paret, *nihil interest: in utraque enim clausula placet, veram rei æstimationem fieri.*

HÆc lex pertinet ad hæc verba: *Quanti ea res est*, vel *quanti eam rem esse paret*, quæ verba usitata sunt in edictis prætorum, & stipulationibus: ut cum prætor dat actionem vi bonorum raptorum in duplum, vel quadruplum quanti ea res erit, vel actionem de turba in duplum: Quæritur his verbis, *quanti ea res erit*, quid significetur? & ait significari verum pretium rei, *l. 4. §. hæc autem, vi bonor. raptor.* Ergo in actione vi bonorum raptorum, quadruplatur, seu triplatur (nam est mista actio) verum pretium rei vi ereptæ. Ea enim verba significant veram rei æstimationem, non quanti in litem fuerit juratum, *l. 1. de in litem jur.* Nam res non videtur eo esse pluris, quod pluris possit æstimari ab actore, quodque crescere possit ejus æstimatio ex contumacia rei non restituentis jurejurando in litem. Rursus his verbis significatur vera rei æstimatio, non id quod interest, quod verum pretium egreditur sæpe, ait *l. 193. inf.* ut in actione furti, quæ datur in quadruplum, vel in duplum, quanti ea res est, in furti actione ait non quadruplari id quod interest, sed verum pretium rei surreptæ. Sed non est omittendum, quod cum non agatur de re corporali, quod nullum sit corpus, de quo quæstio vertatur in judicio, sed cum agitur de eo, quod interest, id est, de utilitate: tum hæc verba, *quanti ea res est*: significare id, quod interest revera, non quanti in litem juratum erit, ut *l. 4. §. in eum, de damn. infec.* Cum Prætor dat actionem in factum quanti ea res est in magistratum municipalem, qui non curavit caveri damni infecti, dat eam actionem in id quod interest actoris: nullum enim in ea lite subest corpus, non etiam dat actionem in id quantum juratum erit: esset enim tum gravior actio. Eodem modo in *l. 2. §. ult. qui satisd. cog.* si fidejussor intervenerit judicio sisti, & non sistat reum, damnabitur quanti ea res est, id est, quanti interest, non quanti juratum erit, *d. l. 2.* Ex quibusdam tamen causis gravior est condemnatio, cum in edictis, quibus datur actio quanti ea est exprimitur, aut adsignificatur, eam dari, quanti ea res æstimata erit ab actore .i. quanti actor juraverit, & litem æstimaverit: ut si quis in jus vocatum vi exemerit, tenetur quanti ea res est, non quanti est corpus, cum corporis nulla vertatur quæstio, non etiam quanti interest vere, sed gravius quanti actor juraverit sua interesse, etsi in infinitum juraverit, etsi per calumniam in jus vocaverit eum, qui vi exemptus est, *l. pen. ne quis eum, qui in jus voc. vi exim.* Similiter in edicto *si quis jus dicenti non obtemperaverit*, quo datur actio in inobedientem, quanti ea res est non datur, nec in verum aliquod rei pretium, cum nulla res subsit, nec in id, quod interest tantum; nam est actio pœnalis, & æquum est, ut ea pœna infligatur ei, qui jus dicenti non obtemperaverit, non est pœnalis, ut si persequatur id, quod interest tantum, sed rei persecutoria. Ut igitur meram pœnam videatur continere, dicendum est, hanc actionem dari quanti ea res est, quæ petita est, etsi falsa petitio fuerit, & calumniosa, quantique litem æstimaverit actor, *l. 1. §. 1. si quis jus dic. non obtemp.*

Ad L. CLXXX. Tugurii appellatione *omne ædificium, quod rusticæ magis custodiæ convenit, quam urban. ædibus, significatur.*

Ad §. Ofilius ait, Tugurium a tecto, *tanquam tegularium, esse dictum, ut toga, quod ea tegamur.*

HÆc lex est de *tugurii* verbo. Tugurium est casa pastoralis, ut indicat *l. 6. in fin. de servit. rustic. præd.* dum ait servitutem propter utilitatem prædii rustici nonnunquam ita recte constitui, *ut tugurium mihi in tuo habere liceat*. Cui usui, sive utilitati hæc servitus est? Ut, inquit, si in tuo habeam servitutem pascui; vel servitutem pecoris adpellendi, adaquandi, si hyems ingruerit, habeam quo me recipiam. Utilis igitur ea servitus esse potest, inutilis servitutis constitutio nulla est, *l. quoties, de servitutib.* Tugurium est ædificium rusticum, ut hic ait, dictum a tecto, quasi tegularium, ut togam dicimus quod ea tegamur. Recte in §. *litorum, de rer. div.* cum dicitur, litorum usum esse publicum, & ideo cuilibet ibi casam ponere licere, in quam se recipiat, recte, inquam, Theophilus *casam* interpretatur tugurium, sive καλύβην, quod idem est. Et alia lege, quæ refertur ab Harmenop. *lib. 2. tit. 4.* is, qui in urbe cauponam exercet, non potest ex ea lege in publico ædificare tugurium extra ædes, sive, ut ait, καλύβην, in quam se recipiant, qui combibere volunt: sed neque *σιβάδας, ut ait*, neque ψιάθια, id est, tegetes ex frondibus, Gall. *fueillees*: hæc cauponi non licet habere in publico ex ea lege. Fuit etiam hoc verbum *tugurii* in 12. tabul. ut subindicat fragmentum, quod de eo verbo exstat apud Festum *lib. 18.*

Ad L. CLXXXI. Verbum illud pertinere *latissime patet. Nam & eis rebus petendis aptum est, quæ dominii nostri sint, & eis, quas jure aliquo possideamus, quamvis non sint nostri dominii. Pertinere ad nos etiam dicimus, quæ in nulla eorum causa sint, sed esse possint.*

HÆc lex referenda est ad tractatum de pignorib. in quo semper exigitur, & inculcatur, *ut res quæ pignori ponitur, pertineat ad debitorem*: nam rei alienæ pignus non valet, licet valeat rei alienæ venditio: inculcatur, inquam, semper, ut res pignori data pertineat ad debitorem, id est, ut fuerit in bonis debitoris, cum pignus contrahebatur, *l. 3. l. & quæ nondum, de pignorib.* Inde docet Pomponius verbum *Pertinere*, non tantum ea comprehendere, quæ sunt nostri dominii, id est, non tantum ea ad nos pertinere, quæ sunt nostri dominii, sed & ea, quæ non sunt nostri dominii; si modo aliquo jure a nobis possideantur, veluti superficiario, emphyteuticario, vel fructuario, vel pignoris jure: Nam & hæc in bonis esse dicuntur, *l. 49. sup.* Et possunt hæc omnia pignori dari. Superficiarium prædium potest pignori dari a superficiario: item vectigale, id est, emphyteuticarium: ususfructus potest pignori obligari, pignus quoque pignerari potest a creditore, *l. 11. §. ususfruct. l. 13. §. cum pignori, & §. in superficiariis, de pignor. l. tutor, §. ult. de pignerat. act.* Addit, ad nos *pertinere* videri etiam ea, quæ in nulla eorum causa sunt, id est, quorum nec domini sumus, nec aliquod in eis habemus, si modo esse possint, quod est accipiendum de fructibus futuris, vel partubus, vel fœtibus. Nam ea, quæ sunt futura, possunt hypothecæ dari, vel a domino, qui sperat dominium, vel a fructuario, *d. l. & quæ nondum, in princ.* longe aliter alii.

Ad L. CLXXXII. Paterfamilias liber peculium *non potest habere, quemadmodum nec servus bona.*

HÆc lex recte scripta est Florent. *Paterfamil. liber*, &c. a qua lectione alii libri recesserunt. Dicit *paterfamil. liber*, ad differentiam filiifamilias liberi. Nam duo sunt genera liberorum hominum, alii sunt liberi patresfamilias, alii liberi filiifamilias, id est, homines aut sui juris sunt, aut alieni. Liberi filiifamilias habent peculium paganum, vel castrense: liberi patresfamil. non habent peculium, sed bona & patrimonium. Quinimo filiusfamilias si fiat paterfamil. per emancipationem, vel alio modo, peculium perimitur, *l. ult. in fin. Cod. de inoffic. testam. l. 1. quando de pecul. act. annal.* Hæc tractatio indicat hanc legem pertinere ad quæstionem de peculio, & puto hanc legem fuisse ex *lib. 29.* quo Ulpianus tractavit de peculio, non ex 26. quale vitium notavi in *l. 9. sup.* Ut autem liberi filiifamil. habent peculium,

lium, ita ferui. Sed hoc interest hac in re inter filiosfa-
milias, & servos, quod filiusfamil. possunt habere etiam bo-
na, ex peculiari caſtrensi, feu quali caſtrense: quod eſt
dicatur peculium, inſpecta facilitate conditione filiifamili-
lias, tamen inſpecto jure eo, quod habet in eo, peculium
caſtrense recte adumeratur bonis, quamdiu vivit filius-
familias, ut addit reſte, *i pater, ſi, pos. de caſtr. pec.* Nam
mortuus filiusfamilias, inteſtato filiorum, redidet peculium
caſtrenſe apud patrem jure peculii quaſi à ſe profectum,
vel ad ſe pertinens, *l. 1. cod. tit.* Igitur quamdiu vivit,
caſtrenſe peculium bona dicit reſte, maxime cum in eo
habeatur pro parteſamilias in omni parte juris, *l. 2. ad Ma-
cedon.* Servis autem nunquam tribuimus ulla bona, *l. reſte,
ex quib. cauſ. manu.* nihil ſunt commodius occulis, *l. 2. de
manumiſſionib.* connivente domino. Seneca *de beneficiis: Dic*, inquit, *ſervus domino meus. Non enim nihil habet
hoc ſervus quum non ipſi habeatur, ſed ejus, cujus nihil eſt,
nullo.* Or. Significat dominum accipere munus à ſervo
conniventibus oculis: nam de re ſua vere munus illud ac-
cipit. Et ita reſte in *l. 3. §. pen. de fig. ſenf. dic.* noxalem
actionem competere, ſi ſervus non habitaverit in fo-
publico, pone ſepulchrum, & proxime, ſi habitaverit,
ipſe tenetur extra ordinem: ſed ſi non habitaret, eſt
actio noxalis ſi dominucuium ibi habeat, nec habitet; &
habitet verecundius adminiſtrum, *ſi modo habere poſſe videatur*: Nam revera ſervus nihil habere poſſe videtur,
ſed poteſt videri habere diſſimulata veritate, vere ſer-
vus non habet bona, ſicut liber perfonalis non habet
peculium. Et ideo tradtatus de peculio non pertinet ad
paterfamilias, ſed ad eos, qui habent juris ſunt: bona
ſunt eorum, qui ſunt ſui juris, vel peculio ac ſui juris,
ut filiusfamilias in caſtrenſi peculio: peculium *eſt* eorum,
qui alieni juris ſunt. Ob id reſte Croci definiunt pecu-
lium, *ſervi acceſſoria*, id eſt, *infra libertatem accreſcentia*, quod
ſcilicet jure civili, qui alieni juris ſunt, nullam ſub-
ſtantiam habeant.

Ad CLXXXIII. Tabernæ appellatio *declarat omne uſtile
ad habitandum adjectum: non ex eo, quod tabulas ſtabu-
latur.*

Ad CLXXXIV. Inde tabernacula, *& conſubernales
dicti ſunt.*

Ad L. CLXXXV. Inſtructum autem tabernam *ſic accipiemus, quæ & redus, & hominibus ad negotiationem pa-
ratur caſtris.*

HÆc leges pertinent ad titulum *de inſtitoria actione*. D
Inſtitoria actione dominus, qui alias ex contracti-
bus ſervi non tenetur niſi de peculio, ex ſervi inſtitoris
contractu, quem præpoſuit tabernæ, vel alteri rei ne-
gotiationi; tenetur in ſolidum, atque etiam directo &
principaliter, ſi ejus rei gratia contractus erat cum eo
ſit contractum. Gloſſa *inſtitorem*, & *ſubernatorem* recte
eodem nomine exponunt *ἐγκυρνήμονα*, ut dicitur in
Lexicogr. *Tabernæ* autem Græci ἐμπορεῖα pomerecii, vel ne-
gotiationis cauſa comparantur, qui & ſibam habitationis
præber, aliosque non eſt taberna, ſic dictus, ut ait, non
quod tabulis eludatur, ut quidam putant, ſed quod ex
tabulis fiat. Feſtus *lib. 2.* & 8. Hoc addidit genus, ſeu
domicilii ſimulatis fuſtis antiquiſſimum teſtimonio fuit
Romulus, qui ſtabulatas tabulatis habitationes dixit.
Inde recta caſtrenſia, ut jubicit in *l. ſq.* quamvis peſti-
lens negotiator, *ſubernacula* dicitur, quod primum tegeban-
tur tabulatis expeditionalibus, & ſubinde habitationes. Caſ-
ſiodorus in Pſal. 14. & inde etiam milites contuberales,
qui ſub eodem tecto, five tentorio diverſantur. *Inſtructa*
autem *taberna* eſt, quæ conſtat & mercibus & inſtito-
ribus. Qua de cauſa, qui legat tabernam inſtructam, le-
gat etiam ſervos inſtitores. Inſtrumento taberna non
continentur inſtitores. Latior eſt inſtructi, quam inſtru-
menti appellatio. *Taberna* etiam appellatione ſignifica-
tur ſola merx, non inſtitores, *l. cum tabernam, de pign.*
reb. & denique merces quales quales: Nam & tabernam
caſtrenſium legimus, *l. ſicuti, §. ſtrigil. ff. ſtrum. vendic.* & ta-
bernam ferrariam, *l. pen. §. quidquid, de leg. 2.*

Ad L. CLXXXVI. Commendare nihil aliud eſt, *quam de-
ponere.*

HÆc lex pertinet ad actionem depoſiti, & omnia
ita eſt, Ulp. tredtiſſe eandem ſpeciem, quam tra-
ctat Papin. in *l. Lucius, depoſ.* In qua utrique eadem ve-
ba in hanc ſpeciem: *Ego cum ibi per epiſtolam in hanc ma-
nam: rogavi eum ut, quia locus commendaſſi mihi mercato-
res ſervos cum eſſe apud me, hos epiſtola tantum ibi ſuam, meis
vales, & quando vales, reddam.* Quæritur utrum ſit
mutuum, an depoſitum, quod magis interreſt ſcire pro-
pter uſuras? Nam ſi in ea cautione poſſi etiam fuit de uſu-
ris, ſi ſit mutuum, ſi vero non deciderit ex pacto, ex mu-
tuo ſolum competebant, nihil interveniente ſtipulatione,
l. Trifar. §. ſtip. de præſer. verb. Si ſit depoſitum, ufura de-
beantur ex pacto ex contenti, *l. ea negotia, mand.* Re-
ſtat eſt ibi ſpecies, quæ continet de uſuris, ex mutuo dete-
tur: ex depoſito debetur poſt moram officio judicis, in
judicio bonæ fidei ufture debentur ex mora. Depoſitum
eſt bonæ fidei, mutuum ſtricti judicii. Et ait, *ſi ego abjerim,
ut eadem corpora summorum recidamur*, eſſe depoſitum, &
depoſiti actionem: nam & dixit, *quæ bonæ memoriæ ſocio
meo dedi.* Quod aliud potes eſt commendare, quam depoſi-
re? & accipitur ita in *l. Publia, mod. tit. & l. 6. & 19. C.
depoſ. Ambroſius de Tobia c. 10.* Pignus dicunt, quod pro
mutuo per ſtipulationem eſt. Commendatum autem, & de-
poſitum, quod cuſtodiatur cauſa alicujus commiſſi. Ju-
dicius: *depoſitum eſt pignus commendatum.*

Ad L. CLXXXVII. *Verbum*, Exactæ pecuniæ, *non ſolum
ad ſolutionem referendum eſt, ſerum etiam ad delega-
tionem.*

IN hac lege explicantur verba exactæ pecuniæ, quæ
ſuperius *de depoſ. verb.* Exacta pecunia, ait, ex-
dabit, quod idem eſt, ex pretio rerum venditarum, *l. ita
venunt, §. redactæ, de pericl. herod.* Redactæ, & exactæ idem
eſt, cum ſolutione interpretor. Delegatio enim non reta-
tam videri pecuniam, ſive exegerit, ſive exigere poſſit.
Porro pecuniam videbitur exegiſſe non tantum is, cui
pecunia debebatur, ſed & is, cui fatisfactum eſt debito-
re delegato, id eſt, alio debitore loco ſui dato: delegatio
pro exactione & ſolutione eſt. Quo exemplo uſus eſt Ulp.
ſupra, cum tradtaret de ſtipulationibus, quæ & de vete-
dixte hereditatis, ut offenderet in eis, ut & in ſtipulatio-
nibus, quæ ex lege Julia interponuntur, quarto manu-
mittere: *Dotales fundos, verbum pecuniæ*, quod antea
indicavi uſurpari in his ſtipulationibus, accipiendum eſ-
ſe, ſive accepta ſit pecunia, ſive delegatus ſit is, cui
ſolvat reus. *Pecuniæ verbo* accipitur in his ſtipu-
lationibus, ut exprobrat in illo Stratonis ſo-
fiſto, *ſi ſervus §. pervenille, fol. matrem. l. 2. §. ſpurcitiæ,
de lacrod. cond.*

Ad L. CLXXXVIII. Habere dubius modis dicitur: *alter
pare dominii: altero, obtinere ſine interpellatione, id quod
quis emerit.*

Ad §. Caſtrum intelligitur: *ſive perfonis, ſive rebus acti-
tem ſit.*

IN hac lege definitur quid ſit *habere*, quid *emere*. Hæc
omnia pertinent ad ſtipulationem emptæ rei. E
Interponuntur ex cauſa venditionis, ut vulgo peſſim ex-
plicatur pars ultima hujus l. in qua definitur quid ſit *ha-
bere*. Porro hæc ſtipulationis verba ſunt: *Habere velle
licere*: promittit venditor emptori rem venditam reſte ha-
bere licere, *ſea venditor, de actionib. emp. l. 3. §. ult.* ad Ad-
verbum *habere*, eſt ambiguum: nam *habere*, vel eſt jure do-
minii habere, quo eſt propria verbi ſignificatio, vel impro-
prie, eſt vacuam rei poſſeſſionem obtinere ſine ulla inter-
pellatione: utro modo accipitur in hac ſtipulatione? non
priore, quoniam venditor non tenetur facere rem accipien-
tis, *l. t. de ver. ſignat.* & ita ſe non obligat his verbis *ha-
bere licere* in hoc, ut præſtet emptorem dominum fore ei
vendito, fed in hoc ſe obligat tantum, ut emptori res
vacuam obtinere liceat ſine ulla interpellatione. Hæc eſt

ſenſus hujus ſtipulationis, hoc ſi præſtiterit ſatis eſt. A
Cautionis quoque verbum, cum dicitur cavendum eſſe
emptori de evictione, ambiguum eſt: nam cavemus va-
rio modis, ſed nihil intereſt hic utro modo accipiatur:
Nam cautum intelligitur, five perſonis, five rebus cautum
ſit, quod ita male explicatur, perſonis, id eſt, fideiuſſori-
bus: quia cautio de evictione non debetur fideiuſſoribus,
id eſt, nulla eſt reprœmiſſio, *l. t. §. ſtipulatio, de pactis. ſi-
pulat.* Sentia hæc eſt, ut ſit verecundius locutio. Sentent
tur hanc legis hanc eſt: *provinciolem* non facit origo ſine
domicilio, provincialem facit domicilium ſine origine,
& *provinciolus* non eſt obſolutæ, qui inde oriundus eſt,
ſed qui inde eſt originalis, ibidemque larem fovet, & do-
micilium habet, *l. 2. C. ubi Senat. vel clariſſ.*

Ad L. CLXXIX. Facere oportet, *& hanc ſignificatio-
nem habet, ut obligetur quis ad eo facto, quod omnes con-
tinuitores facet, & curavit, ne fiat.*

HÆc lex pertinet ad ſtipulationem, quæ interponitur B
in cauſa locationis & conductionis, quæ ita con-
cipitur, *frui licere*: hoc promittit locator, & debet præſta-
re. Hæc formula elicitur ex his verbis: *Ea conductio,
& ſi, ſi in eo, ſi, habere, fruiſ, ſalvo, l. ult. de ſervit. præd.* Ter-
minis ea ſtipulatione, in ſi conductori fruiſ non licet fine
interpellatione, aget contra locatorem, facere oportet,
re, quæ ſunt verba hujus legis, ſcut commiſſa ſtipulatio-
ne, *habere licere*, agit emptor, *facere oportere*: Nam in his
ſtipulationibus continetur factum, non datio, id eſt, non
hoc continetur, ut habere, vel frui liceat jure dominii,
ſed naturaliter tantum, quod ſum non licet, intendimus
pomiſſorem facere oportere. Interdum ſtipulationis ver-
ba, vel habere licere, vel frui, non continent ſimplex ab-
ſtinentiam, *l. cum ſtipulatus, de verb. oblig.* Id eſt,
non comprehendunt hoc tantum, ut ne quid ficiat ven-
ditor quominus habere liceat, vel ne quid faciat loca-
tor quominus conductor frui poſſit, ſed & hoc, ut ſtipu-
lator poſſideat, quæ vocat ſibi eſt Cujac Grammati-
cus. Gloſſæ reſte interpretantur *ἀνεμποδιστὸν*, & contra-
rium, *ἀνεκτίτον κατ' αὐτοῦτα*. Quo genere dicimus, quæ
eſt ſententia hujus legis, utrumque hoc continetur contine-
re non tantum abſtinuiſſum, id eſt, ut agat, curet vendi-
tor, vel locator, ne quid emptor habere, vel
frui liceat, *ſi fundus, loc.* Denique hujuſtipulationibus ven-
ditor, vel locator obligatur non tantum ad non facien-
dum, ſed etiam ad faciendum, & continet utrique ſti-
pulatio tam abſtinuiſſum, quam adnuiſſum. Et ita eſt ex-
plicanda hæc lex.

Ad L. CXC. Provinciales eos accipere debemus, *qui in pro-
vincia domicilium habent: non eos, qui ex provincia
oriundi ſunt.*

IN hac lege definitur, qui dicantur *provinciales*. Manda- C
tis Principum cavetur, ne muliet provincialis nubat ei,
qui ibi meret ſtipendia, five officium adminiſtrat, *l. 3.
t. de nuptiis inter ſe.* Ut autem hæc *provinciolis* eſt, D
qui ibi domicilium habet, vel qui inde oriunda eſt, id
eſt, qui ibi nata eſt, & alta, *l. ſi quis officium, de rito
nupt.* Sed ita, quia inde oriunda eſt, non neceſſario
exigimus, ut & ibi habitet, alioqui ceſſabit ratio poten-
tatus, quæ inhibuit nuptias, *l. præſectus, de ritu nupt.*
Et ſimiliter cum dicimus *provinciolem*, qui Romæ conver-
ſinatur, habere ius revocandi domum, & petendi, ut re-
ſtituatur dominum judicii fubjpenda cauſa, non eo di-
cimus *provinciolem*, qui ex provincia oriundi ſunt, & Ro-
mæ domicilium habent: ii enim originem patriam repe-
tere non poſſunt, & Roſe Romæ conveniuntur: ſed
provinciales reſte dicimus eos, qui in provincia domici-
lium habent, five ex eadem provincia oriundi ſint, five E
ex alia: ii, qui in provincia larem, & fedes ſuas collo-
verunt, id eſt, qui in provincia domicilium habent, ubi
nati ſint, ſi Romæ conveniuntur, revocant domum, nec
cogunter judicium ſuſcipere, niſi Romæ contraxerint
ipſi, vel eorum inſtitores, *l. hæres, §. pro. de judic.* Dif-
ferentiam, quam hic Alciatus conſtituit inter oriundos,
& ortos, nunquam autorem mihi obſervare, & oriundi
hic, & in omnibus aliis locis funt ex, & ortus, ut eſt in Ba-
ſilic. *περὶ ἀστῶν*, ut ab ortu verendum ſuſtia. Sententia igi-
tur hanc legis hanc eſt: *provinciolem* non facit origo ſine
domicilio, provincialem facit domicilium ſine origine,
& *provinciolus* non eſt obſolutæ, qui inde oriundus eſt,
ſed qui inde eſt originalis, ibidemque larem fovet, & do-
micilium habet, *l. 2. C. ubi Senat. vel clariſſ.*

Ad L. CXCI. Inter divortium, & repudium *hoc intereſt, quod
repudium ſolemnibus verbis, ſine mutuo conſenſu fit: divor-
tium ſenſus diverſiſſe dicitur, quod divortium ea ex cauſa
eſt, quod in diverſas partes eunt, qui diſcedunt.*
Hanc l. 191. expoſui in l. 101. ſupra.

Ad L. CXCII. *Hoc adjectio plurivive, non inſtitutam pecu-
niam continet, ſed modicum: ac tenuiter hoc, ſalidus decem
plurivive, ad minutalem ſummam referatur.*

HÆc lex pertinet ad *ſuſpiciendum in litem*, quod datur B
propter contumaciam adverſarii rem in judicium
deductam non reſtituentis, cum reſtituere affirmandæ cauſa. Nec
eſt ejus juriſprudentiæ definitio. Nunc ſi quis jurato rem, de
qua agitur, affirmaverit, verbi gratia, *decem ſolidis, plu-
ribus*, hæc adjectio, *decem*, plurivive, nihil adjecit, nullius rei C
momenti: & eo valde pertinet *l. cum pater, de in litem jur.*
Si agatur furti, id eſt, conditione furtiva, ut in *l. ſi ex
noxa conveniatur, de furt.* in qua venit id quod furtum
eſt affirmare jurejurando actoris, ſi reus conſtetur non
reſtituere, & cum ea agatur conditione furtiva, ni-
ſi reſtituat, ut ait, *cum rem ſuiſſe cum furtum factum*,
neque adjici oportet, *plurivive*. Nam quo res plurisest,
utique tanto plus æſtimatio eadebitur, *plurivive*, quo-
lum habet momentum. Nam, ut hic declaratur, rationi
ea adjectio ad minutalem ſummam, id eſt, vilisſimam
quadrantariam, ſeu ſextulariam, aureum, ut dixit Accurſius,
ſed ad vilem quadrantem, qui minutalus ad aeris nom-
mus, &, ut ait Plautus in *Ciſtellaria*, *ne horumce, pulſet
nummorum*, non refertur. Adjicit, *ita ut ſemitis hoc. Ste-* D
phanus ſcilicet, quæ adjici ſolet interjungendo in litem,
vel à judice, vel ab adverſario, *l. ſubſcriptor, l. pen. de in
litem jur. l. ſi quando, unde vi, l. qui reſtituere, de rei vin-
dic. l. arbitrio, de obl.* Longe aliud eſt, ſi quis dicat,
plus minusve, quæ diſtributio aliis incidit in hunc uſum,
plus, aut minus, non eſt pluris tantum, ſed pluris, mi-
noriſve: ea autem ambigua eſt, ut ſuperius dixi. Eam
conſtituere Graca *de aeris ſimilis* ambiguitate. Cum igitur ſi
ambigua, interpretatio facienda eſt adverſus eum, qui
ſtipulatus eſt, ut accipiatur, quod ei diſplicet magis,
l. ſeruſtus de pact.

Ad L. CXCIII. *Hæc verba*: Quanti eam partet eſſe, *non
ad quod intereſt, ſed ad rei æſtimationem referuntur.*
Hanc legem 193. expoſui in l. 179.

Ad L. CXCIV. Inter domum, & munus *hoc intereſt, quod
domus ſenſus, & ſpectem. Nam genus eſt domus: domus
ſi domus dicitur. Nam munus eſt do-
mus cum cauſa, utpote nuptialium, nuptialium.*

HÆc lex oſtendit, quænam ſit differentia inter do- E
mum, & munus. Domus eſt genus, & dividitur in
domum, & munus: domus eſt ſine cauſa, munus eſt
cum cauſa, ut ait, ut nuptialium, vel nuptialium, quod
ſcilicet offertur amici, vel clientes, vel liberti, ut ait
Cornelius Frontus, vel etiam ſervi: nam & ſervi domum
dant munus, veluti officii cauſa, ut ante docui, & apud
Terentium in Phormione *ollis i. ſcena 1.* conqueritur
ſer-

fertus, quod uxorem ducente domino, ei munus curradatur. Dixi *offensionis*, quia munera causa non est necessaria. Exemplo fit nuptialium, quod nuptiale munus alis Pandectarum locis dicitur, *nuptiale donum* Ciceroni, & *nuptialis supersedo* Symmacho: adhic, inquam, nuptiale muneris nom eſt neceſſaria cauſa, ut id tutor non poſſit repurare pupillo, ſi forte tutor dederit nuptiale munus matri, vel ſoori pupilli, id non imputatur: nec enim dare debuit. *L. 1. ff. de repetend. de tut. & ratimih. diſtrah. l. 13. §. ult. de adminiſtr. tut.* Notitiis autem verbum uſurpat Cenſorinus *de die natali: Quidquid hic libri eſt, natalitiis titulis tribi noſti*: non tamen ſubſcribo his, qui etiam in Perſio *natalitium genium* accipiunt pro ea, quam natali die amicis dedit, illo loco, *At natalitium tuum ſardonyches, &c.* Nam loquitur Perſius, de eo, qui ſuo carmine legit populo bene peraſa, & vaga ſplendida, & non ſplendida, quæ tamen pretioſa gemma annulo inclusa, qui natalibus tantum, & facris uti ſolebant, quod & in Paulo quodam Juvenalis reprehendit, qui tantum ſpectat eſſedum, nili eum ſplendente annulo in manu, his verbis: *Ideo conſtabilia Paulus egebat* (cauſam tollicet) *ſardonyche ut populi genium inter, qui putat natum ſecundum in tenui panno. Hujus differentiæ inter munus, & donum, frequens eſt uſus in jure noſtro: *donum* ſine inhibita inter virum & uxorem, non item *munera*, niſi immodica: immodica enim ſunt dona, non munera, *l. ſed & vir, §. ſi vir uxori, de donat inter vir. & uxor.* Modica munera remiſſa ſunt, ut ſtrenæ, & natalitia. Pertexta lege Cincia oratores, vel patroni, non tantum donum, ſed & munus accipere vetantur, quæ ob id dicta eſt *lex muneralis*. Fuit & eadem lege cautum, ne inſpectiva cum nibus donis & muneribus. Lege Julia impoſitus eſt certus modus donis, & muneribus, quæ conſeruntur in urbanos magiſtratus, *l. 6. ad l. Jul. de ambit.* Et alia lege, donis, & muneribus, quæ conferuntur in magiſtratus provinciales, *l. plebiſcita, de off. Præf.* Ad eas leges puto referendum eſſe l. 114. *inf.* cum ſit ex libris publicorum judiciorum, quæ lex aliam differentiam ſtatuit inter donum, & munus: *Munus* ait injungi & ſuſtineri neceſſitate juris, vel juriſdictionis, ut munus publicum, quod ſubeunt inviti legibus vel magiſtratibus, vel muribus civitatis imperantibus. Donum autem ait pendere ex mera liberalitate, & nulla neceſſitate juris, vel officii, ſed ſponte præſtari: munere fungi invitos, donare volentes, & ultro. Et hoc refert ex lex eſſe ſecundum proprietatem verborum, alioqui natura in hoc verum eſſe, ut *non quodcunque munus* id & donum dicatur: naturalium, quod eſt munus, dicitur quidem donum: ſed turia, quod eſt munus civile, non dicitur donum, quod & uſus, & proprietas exigit: ſed abuſus in eo eſt, quod interdum, quod donum fuerit, munus dicimus, non quodcunque donum: nec munus eſt *quodcunque*, ſed *quod*. Sed abuſione factum eſt, ut interdum, quod donum eſt, munus dicatur, ſi cauſam habuerit in officio proximi, ut natalitium, nuptialitium; & ita abuſive *munera* nomen translatum eſt etiam ad ea, quæ nulla juris neceſſitate conſtringuntur, ut ad dotem, quæ caſam habent. Proprie munus eſt neceſſarium, donum voluntarium. Ita eſt explicanda ea lex. Erit autem ubi harum verborum differentia in ea parte juris, quæ eſt de liberto, qui poſt manumiſſionem patronæ, vel eius uxori, vel liberis, datorum ſe donum, munus, operaſve juravit, aut promiſit, *l. ult. de liber. caſ. l. 7. §. juravit, de oper. liberror.* Ex eo autem juramento obligatur, quod non alias ſit, ut quis obligetur ex jurejurando: idque ita declarat Gaius 2. *Inſtitutionum tit. de obligationib.* Et multo magis ex promiſſione obligatur, ſi donum, munus, operaſve repromiſerit, cum tamen non obligetur, ſi onerande liberatis cauſa alia ſint ei impoſita, ut quandoquidem ſuccenſente patrono, pomam certam pecuniariam lueret, nec ſi coierit ſocietatem cum patrono contra bonorum onerande libertatis cauſa, *l. ſi qui onerande, & l. Labeo, de oper.*

A *liberti. l. 1. §. qua onerande, quarum verum eſt. non denique* Verum ex jurisprudentia, vel prouiſſione doni, muneris, operarum, obligatior utiliter. Hæc tamen obligatione liberatur ex lege Julia, ſi duas filios ſuſceperit, & in poteſtate habuerit, vel ſi unum quinquennem habuerit, *l. qui libertinus, de operis libert.* Et ita beneficio unius filii quinquennis, hoc eſtimato quod eſſe libertis ex Senatuſconſulto Trebell. Luvius *lib. 45.* Et ex tribubus urbanis, quæ ſtatim liberantur & ignominioſiores, in quibus deferuntur eram liberti, & ſerebant ſuffragium, tranſferuntur in tribus ruſticas, quæ erant nobiliorum, ut cum nobiliores ſuffragia ferunt. Erat etiam uſui hæc lex in edicto Prætoris, *ſi donum, munus, operæ reclamentur*, quo oſtenditur his redemptis, libertum ſatisfici liberum teſtatoris: facit. *l. ſupr. §. ſupr. de quod opus ſit l. 28. ſup.* Non omittam quod ait, Labeonem docere, *donum* dictum eſſe a donando, quod ſit munus, donec ex ſenatuſconſulto munus ex verilequio. Verius eſt enim donum dici, quod manu detur, *s. Greco, Δωρον, l. Senatus, §. 1. de donat. conſt. mor. Ipſe* enim ſignificat palmam manus. Plinius lib. 35. *cap. 4. & Virruvius 2. cap. 3.* Sed ſolent auctores nobi uti denominationibus Stoicorum more, non veriloquis, in redendo origine verborum.

Ad L. CXCV. Pronuntiatio fermonis *in ſexu maſculino & ultimitate ſenſus plerumque proprietur.*

Ad §. Familiæ appellatio quatuor *accipitur, videntur, & quidem variis accepta eſt: nam & in re, & in perſonis ſimul dicitur familia. In re, quando lege aliquis teſtatur, his verbis*, adgnatus proximus familiam habeto. *Ad perſonas autem referur familiæ ſignificatio ita, cum de patrono & liberis loquimur*, ex ea familia, ex qua ſunt, in eam familiam. *Et hic de ſingularibus perſonis legem loqui conſtat.*

Ad §. Familiæ appellatio refertur, *& ad corporis cujuſdam ſignificationem, quod aut jure proprio ipſorum, ut communi univerſæ ſignificatio continetur: ſuæ proprio ſenſu ſimul illuſtres perſonas ſunt ſub una perſona teſtatæ, aut natura, aut jure ſubjectæ, utpota paterfamilias, matresfamiliæ, filiumfamilias, filiasfamilias, quique decreto vicem eorum ſequuntur, ut nepotes, & neptes, & deinceps. Patet autem familias appellatas, quas in domo dominum habet: Rubricæ hoc nomine appellatur, quamvis ſervum filium non habeat. Non enim ſolet patronum ejus, ſed & jus demonſtremus. Denique & pluſibus paterfamiliarum appellantur. Et eum paterfamilias moritur, quotquot eorum ſui & ſubjecti fuerunt, tot familiæ incipiunt habere. Singuli enim paterfamiliarum ſuæ familiæ autores ſunt. Idemque evenit & in eo, qui emancipatus eſt. Nam & hic ſui jure effectus, proprias familias habet. Communi jure familiam dicimus omnium adgnatorum. Nam etſi paterfamilias mortuus, ſingulas familias habuerit totam tamen agni ſub unius perſonæ fuerunt, reſte ipſorum familiæ appellabantur, quia ex eadem domo & gente prodiit ſuit.*

Ad §. Servitutem quoque dicimus appellari familiæ, *ut in edicto prætoris oſtendimus ſub titulo de furtis, ubi prætor loquitur de familia publicanorum. Sed hic non ſervos loquitur de familia publicanorum. Sed hic non ſervos loquitur, ſed conductas quaſdam ſervorum operas, propter eas conſuſe paratum, hoc eſt collegiatis cauſa: alia autem familiæ dicitur omnes ſervi contemnere, ut in homicidii cruelis, & in homine nequiquam ſeni adhibiteris, & deterior res redditur emptoris opera, aut familia ejus, & interdictis unde vi familiæ appellatio omnes ſervos comprehendit. Sed & ſic ſimi contemnere.*

Ad §. Item appellatur familia *plurium perſonarum, quæ ab eiſdem ultimi generis ſanguine profiſciuntur, a ſuis dicimus familiam Julium, quaſi a fonte quodam manantia.*

Ad §. Mulier autem familia *ſua & caput & finis eſt.*

Ad L. CXCVI. Familiæ appellatione, *& ipſe principe familiæ continetur.*

Ad §. Feminarum liberos *in familia earum non eſſe palam eſt: quia qui naſcuntur, patris, non matris, familiam ſequuntur.*

HÆc leges pertinent ad jura legitimarum hereditatum. *Legitimæ hereditates*, id eſt, ab inteſtato ex duodecim tabulis, *deferuntur primo agnato: adgnatus*, inquiunt, *proximus familiam habeto*; ea cum parte, qua pellatione adgnatus ſignificatur adoptata, & vocatur ea lege adgnati ut *heredes*. Porro lex Voconia ea *legitimis* adgnatis, qui tamen non invaliuit. Ex hoc titulo legis duodecim tabularum proximus intelligitur, ut ait hanc lex *ex ſuis maſculinis*, &c. quod ſic retinet in edicto unde legitimi. *l. 2. unde legit.* Quid autem in ea lege ſignificat familiæ verbum *adgnatis proximus familiam habeto*? Sane ſignificat hereditatem, ſi bona ea, ut & in illa parte duodecim tabul. de qua de familiæ emptore, *familiam ſuam endo mancipio dato*, ex ea [illegible] ſignificat hereditatem. At dein de pomponius inter alia ſignificationes familiæ. Atqui familiæ ſignificat ſervos, ut & hic, ut cum edicit lex [illegible] (nam hic lex ſignificat eandem ſuperiori ſignificat. *l. tabularum*) *bonis libertorum*, libertæ ait. *Ex ea familia, ex qua familia*, id eſt, ex perſonis liberti in perſonam patroni, ut transeant nobiles: libet & hic apponere hic [illegible] quid in fragmentis [illegible] ſi, qui tam follicite in eis [illegible] adhibeant, ut nihil omittens diligentia [illegible] ſum perſonas ſingulares ſum [illegible] plurium perſonarum, quod vel [illegible] vel communi [illegible] *familiæ*, [illegible] *familiæ* [illegible] ſi, ſi ſit paterfamilias, quo [illegible] cum contineretur primi [illegible] [illegible] [illegible]

verbum *arguisse*, quam distinctionem non videntur percepisse Græci, qui ita vertunt, *μεμηνυκέναι ἐστὶ τὸ προσαγγεῖλαι, τὸ ἐλέγξαι, τὸ κατηγορῆσαι καὶ τὸ συνελέγξαι*. Et ita etiam in *l. deferre*, *§. sed communem*, *de jure fisci*, enumerantur plures personæ, quæ non possunt quidquam fisco deferre: hæ tamen personæ communem causam, si quam habeant cum fisco, possunt eam deferre, id est, indicare. Utroque loco, id est, in *d. l. si quis gravi*, & *d. l. deferre*, corrupte legitur, *vindicare*, & *vindicasse*, pro *indicare*, & *indicasse*.

Ad L. CXCVIII. Urbana prædia, *omnia ædificia accipimus, non solum* [illegible] *in oppidis, sed & si forte stabula sunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis, vel si prætoria voluptati tantum deservientia: quia urbanum prædium non locus facit, sed materia. Proinde horti quoque, si qui sunt in ædificiis constituti, dicendum sit urbanorum appellatione contineri. Plane si plurimum horti in reditu sunt, vinearii forte, vel etiam olitorii: magis hæc non sunt urbana.*

HÆc lex pertinet ad orationem D. Severi *de prædiis pupillorum, seu minorum* 25. annis sine decreto non alienandis. Ea non vetat alienationem prædiorum urbanorum, quoniam hæc majori impendio constant, & reditu non ita amplo, sed prædiorum rusticorum tantum, quæ est melior pars facultatum nostrarum, vel anteurbanorum, id est, urbi proximorum, vel suburbanorum, id est, quæ essent in continentibus. Hodie tamen ea oratio constitutione Constantini porrecta est ad prædia urbana, *l. lex quæ, Cod. de administr. tutor.* Sed ante Constantinum hoc jus fuit tantum in prædiis rusticis, & suburbanis, non urbanis. Inde quæritur, quæ sint urbana prædia, ut sciatur quorum permissa sit alienatio sine decreto, vel prohibita. Quod dictum est in *l. 166. de familia*, idem hic definitor de *prædiis urbanis & rusticis*; distingui ea non loco, sed materia & qualitate, & genere usus. Quam hic materiam dicit, qualitatem vocat *l. si prædium, Cod. de præd. minor. sine decr. non alien.* & in *l. in venditionibus, de contrah. empt.* quæ dicitur materia, *l. si sterilis, §. quamvis, de action. empt.* in eadem specie vocat materiam, *l. quid tamen, de contrah. empt.* utrumque conjungit, materiam & qualitatem. Ex materia enim rei cujusque qualitas dignoscitur. Et ideo urbana prædia sunt non tantum ea, quæ sunt in urbe, vel in oppido, vel in continentibus ædificiis, sed & stabula, id est, *σταθμοί*, [illegible], *des logis, hostelleries*, vel alia diversoria, ut *ξενοδοχεῖα*, ergasteria, vel prætoria, inquit, quæ vocant, [illegible] voluptati tantum deservientia, quales sunt ædes [illegible] in villis, aut vicis. Hæc prædia sunt urbana, licet in villis sint, aut vicis. Locus ergo non facit prædium urbanum, sed qualitas prædii, seu conditio, quod tamen negabat Neratius [illegible] *de servis* [illegible] *§. 1. in quibus causis pignus, vel hypot. tac.* [illegible] iis locis Neratius prætoria & stabula [illegible] prædiis rusticis: sed ejus sententia non est recepta, [illegible] de prædiis eorum, qui sub tutela, [illegible] decreto non alienandis; sicut in [illegible] pignoris idem [illegible] *dict. l. eo jure* [illegible] prædiorum conditionem sequi, [illegible] ipso consensu cum hac lege [illegible] in causa [illegible] & illata a conductore in prædium urbanum [illegible] pro mercede [illegible] tacite no[illegible] [illegible] Neratius [illegible] [illegible] pupillaris, [illegible] prætoria haberi pro prædiis urbanis [illegible] sine decreto auctoritate [illegible] [illegible] licet [illegible] frequenter [illegible] [illegible] quamvis [illegible] [illegible] voluptati [illegible]

prædiis adnumerantur, qui fructui, & reditui non deserviunt, etiamsi sint in villa.

Ad L. CXCIX. Absentem accipere debemus eum, *qui non est eo loci, in quo loco petitur: non enim trans mare absentem desideramus. Et si forte extra continentia urbis sit, abest. Ceterum usque ad continentia non abesse videbitur, si non latitet.*

Ad §. Abesse non videtur, *qui ab hostibus captus est, sed qui a latronibus detinetur.*

Hanc *L.* 199. exposui in *l.* 173.

Ad L. CC. Hæc stipulatio, noxis solutum præstari, *non existimatur ad eas noxas pertinere, quæ publicam coercitionem & coercitionem capitalem habent.*

Hanc L. 200. exposui in *l.* 174.

Ad L. CCI. Justa interpretatione recipiendum est, *ut appellatione filii, sicuti filiamfamilias contineri sæpe respondebimus, ita & nepos videatur comprehendi. Et patris nomine avus quoque demonstrari intelligatur.*

Hanc *L.* 201. exposui in *l.* 84.

Ad L. CCII. Cum testamento scriptum esset, *ut heres in funere, aut monumento* duntaxat *aureos centum consumeret: non licet minus consumere. Si amplius vellet, licet, neque ob eam rem contra testamentum facere videtur.*

AB hac lege proponuntur quædam responsa, sive consilia Alfeni. Nam digesta Alfeni, ex quibus aliquot leges eduntur nunc, sunt Digesta, Responsa, & Consilia Alfeni. Consultus fuit de hac specie. Testator in testamento præcepit, *ut heres suus in monumentum, aut in funus, impenderet duntaxat* 100. *aureos*: quæritur an possit minus impendere? Respondet Alfenus, eum non posse minus impendere, quia articulus (*duntaxat*) finem impensæ facit, quam scilicet ei sit necesse impendere funeris, vel monumenti causa: si minus impenderit, contra voluntatem heres facere videtur: plus tamen impendere potest, quia, qui plus impendit, utique tantum impendit, [illegible] *furti, de in litem jur.* Nec videtur contra voluntatem facere, si plus impenderit. Notanda sunt hæc verba, facere contra voluntatem; quoniam Alfeni ætate, heredi, qui faciebat aliquid contra voluntatem, hereditas auferebatur quasi indigno, *l. ult. §. ult. C. de fideic.* [illegible] *tit.* 5. Et hæc quidem cum testator heredem ipsum jussit impendere *duntaxat* centum aureos. Aliud est dicendum, si curatorem funeris, vel monumenti [illegible] constituerit in testamento, & jusserit *eum* [illegible] *heredi te percipere centum aureos in funus*, [illegible] hic curator potest minus impendere, quia non est ei præscriptum, ut omnino impendat centum. Articulus *duntaxat*, præscribit [illegible], sive erogationem, & taxat non tantum [illegible] possit erogare, sed [illegible] quoad omnino [illegible] erogare, qui in posteriore hac specie omissus est. Igitur curator poterit minus impendere, & si minus impenderit, reliquum restituet heredi, *l. penult. §.* [illegible] *de legat.* 2. quia mea pecunia, neque ei legatus, nec fideicommissarius. Contra, si plus impenderit, id sibi imputabit, quia voluntas [illegible] fecerat, et [illegible] Quod igitur plus impenderit [illegible] conse[illegible] habere [illegible] judicio negotiorum, [illegible] *na, de negot. gest.*

Ad L. CCIII. In lege censoria portorii [illegible] *Servos, quos domo quis ducet, suo usu, pro his portorium ne dato. Quæ* [illegible] *a Sicilia* [illegible] *fundi* [illegible] *riumne dare deberet, necne* [illegible] *stiones: primam,* [illegible] *suo usu ducere. Igitur* [illegible] *bitaret, sive in* [illegible] *sua cujusque* [illegible]

constitutum esse, eam demum unicuique nostrum habere [illegible]*stimari, ubi quisque sedes & tabulas haberet, suarumque rerum constitutionem fecisset. Quid autem esset,* usu [illegible]*o, magnam habuisse dubitationem, & magis placet, quod victus sui causa paratum est, tantum contineri. Itemque de servis eadem ratione quæri, qui eorum usus sui causa parati essent, utrum dispensatores, insularii, villici, atrienses, textores, operarii quoque rustici, qui agrorum colendorum causa haberentur, ex quibus agris paterfamilias fructus caperet, quibus se toleraret: omnes denique servos, quos quisque emisset, ut ipse haberet, atque eis ad* [illegible] *uteretur, neque ideo emisset, ut venderet.* [illegible] *sibi videri eos demum usus sui causa patremfamilias habere, qui ad ejus corpus tuendum, atque ipsius cultum propositi, destinatique essent. Quo in genere junctores, cubicularii, coci, ministratores, atque alii, qui ad ejusmodi usum parati essent, numerarentur.*

HÆc lex est de quadam lege *Censoria*, id est, de lege locationis vectigalium. Fuit sæpe consultus Alfenus de legibus, quas Censores dicunt in locandis vectigalibus, ut *l. in lege, loc. l. Cæsar, vel potius Censor, de Public.* quæ dicuntur leges Censoriæ, non ab Alfeno tantum, sed & a Plinio 33. *cap.* 4. & Cicerone, Varrone Festo, & aliis. Lex igitur Censoria est lex, quam Censor dicit in locando, & ea, de qua hic quæritur, talis fuit: Censor in locando portorio portus Siciliæ publicanis legem ita dixit: *servos, quos domum quis ducet suo usu, pro his portorium ne dato, ne exigito*, quæ hodie est lex vulgaris, *l. 5. C. de vectig. & comm.* Nam venalia tantum, sive promercalia pendunt portorium: usualia (sic ea vocamus) non pendunt portorium. Professio tamen etiam usualium exigitur, ut quis profiteatur apud Publicanum, quid habeat usuale, quid promercale, *l. ult. §. quoties, & §. Divus, de Public.* Si constituerit esse usuale, pro eo non solvet portorium. Est similis lex in antiqua inscriptione: *Quidquid usualium invehetur, ansarium non deberi. Ansarium* est vectigalis genus, de quo exibit brevi quædam constitutio Aurelii in Cod. Hermogen. sub tit. *de jure fisci*. At in illa lege Censoria quæritur, quid sit *domum ducere*, quid vocemus domum? an patriam originis, sicut cum interrogamus, *unde domo*? id est, unde es oriundus? an igitur domus hic significat patriam originis? Minime. *Domum* hic accipimus pro domicilio: ubi quis sedes & tabulas, sive rationes habet, ubi larem fovet, & rerum suarum constitutionem & summam fecit, ut *l. 1. §. domum, de liber. agnoscend.* & aliis locis juris. Deinde quæritur, quid in illa lege locationis sit *usu suo*, vel *usus sui causa*? Et post multas controversias placuit, his verbis id tantum significari, quod victus sui causa paratum est, *l. cum in testam. de auro & arg. legat.* quæ est ex eodem libro Alfeni, & est huic omnino coaptanda. Quidam in testamento legavit argentum, quod *usus sui causa paratum* esset, id est, vasa argentea: idem in penu, vel supellectile poni potest. Quæritur quid videatur *usus sui causa paratum*, an argentum tantum, quod victus sui causa paratum est, an argentum etiam, quo non temere utebatur, sed commodabat ad ludos, vel alias apparationes? Et placet contineri id tantum argentum, quod victus sui causa paratum est. Quos igitur servos dicemus, *usus sui causa duci*? & secundum eam definitionem eos servos non dicemus duci usus sui causa, qui ducuntur instruendi, vel colendi prædii causa; puta, ut sunt villici, dispensatores, insularii, atrienses, textores, vel ut operi rustico deputentur, e quibus tres priores, quales sint, dixi in l. *166. Atrienses*, qui & diætarii dicuntur, sunt, qui supellectilem emundant & disponunt in atrio, qui instrumenta ædium, & villæ detergunt. Columell. *li. 12. c. 3. Tum insistere atriensibus, ut supellectilem exponant* (*arrangent*) *& ferramenta detersa nitidentur, atque rubigine liberentur*. Igitur *atrienses* sunt etiam in villis. *Textores* sane in urbe sui usus causa parantur, ut definit aperte *lex 3. §. sed quod diximus, de penu leg.* Sed non si villis deputentur textores, vel textrices, & vestiendæ familiæ rusticæ, ii non videntur parari usus nostri causa, qui villis deputati sunt, vestiendæ familiæ rusticæ causa, quales fuisse in villis Varro indicat *lib. 1. de re rust.* Si habeat plures in fundo textores, *atque* institutos *histones*. Histones sunt, qui telam ordiuntur & texunt: *ἱστὸς* est tela. *Usus* ergo *sui causa* demum eos videbitur habere paterfamilias, quos habuerit vitæ & corporis sui tuendi causa, & cultus sui causa, veluti obsonatores, cubicularios, cocos, ministratores, & junctores, ut scriptum est Florent. sed affirmo legendum esse, unctores ex Arriano *lib. 3. in Epict. cap. 26.* qui inter mancipia patrisfamilias usus causa parata, numerat cocum, obsonatorem, vestispicem, *ἐνδύοντα, καὶ ὑποδύοντα*, & comites, & strigilatorem, qui in balneo domini sordes detergit strigili, & gutto, qui guttatim infundit oleum, strigili detergit, & numerat ad extremum *ἀλείπτην*, id est, unctorem. Sic Plautus in *Trinum. Ducitur familia tota, vestispici, unctor*, &c.

Ad L. CCIV. Pueri appellatio tres significationes *habet: unam cum omnes servos, pueros appellaremus: alteram, cum puerum contrario nomine, puellæ diceremus, tertiam, cum ætatem puerilem demonstraremus.*

CCV. *Plerumque fit, ut etiam ea, quæ nobis adire possint, proinde ea re fructu sint, atque si non adiri aut ejus conditionis, ut adire possent. Et ideo quod fisco obligamur, & vindicare interdum, & alienare, & servitutem in prædio imponere possumus.*

PLerumque fit, ut quæ a nobis adire possunt, ja eo fructu sint, ac si adire & difcedere a nobis & a dominio nostro non possint: qualia sunt ea, quæ fisco, vel private obligamus. Nam & vindicare interim, & alienare, cum suo tamen onere, & servitutem prædio imponere possumus. In eadem fortasse causa sunt & quæ vendimus, & quæ donamus. Sed quæ legantur nobis, vel in diem certum, ab herede alienari, vel obligari non possunt. Absurdum est enim heredem esse, quam in bonis suis pure non possidet, posse alienare, & alienam fortem designare: *& plerumque* ad hoc pertinet.

Idem libro nono ex Variis Lectionibus.

CCVI. *Jure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiorem.*

NEmo debet cum alterius detrimento & injuria locupletior fieri. Inde est, ut possessori hereditatis, etiam malæ fidei possessori, restituantur necessaria impensæ: sed & utiles, si extat res melior.

Ulpianus libro primo ad legem Juliam & Papiam.

CCVII. *Res judicata pro veritate accipitur.*

SIcut legitur in *Dig. tit. de statu hominum*, ubi filius, ingenuus judicatus fit: pro veritate accipitur sententia. Aliquando alter est, ut res falsis instrumentis judicatum fit, & cum appellatur. Sed ea, quæ fine dubio appellatione, non proprie res judicata dicitur.

Paulus libro tertio ad legem Juliam & Papiam.

CCVIII. *Non potest videri desiisse habere, qui nunquam habuit.*

QUi propter non posse agere creditor, quasi desiit habere debitor, quod quærere potuit, sed coluit. Nec marito debitur actio, quæ dotalem, & habere desierit fideicommissum, quod unde plenius restituat.

Ulpianus libro quarto ad legem Juliam & Papiam.

CCIX. *Servitutum mortalitati fere comparamus.*

FActus servus, pro mortuo habetur, ut nec restandi, nec judicandi, nec arbitrandi, nec testimonium dicendi officio fungatur. Fere dixit, quia captus abscessibus, si redierit, non est pro mortuo: sed licut vivens, & nunquam captus, omnia jura pristina recuperat.

Licinius Rufinus libro secundo Regularum.

CCX. *Quæ ab initio inutilis fuit institutio, ex post facto convalescere non potest.*

Superius ostensum est.

Paulus libro fexagesimonono ad Edictum.

CCXI. *Servus Reip. causa absens non potest.*

UT habeat ea jura, quæ prodita sunt his, qui absunt causa Reipub. Qui igitur promisit servum judicio sisti, alias exceptiones poffet prætendere, quas videlicet opponeret, si pro libero fideiussisset. Illam autem prætendere non permittitur: *Si servus absit Reip. causa dicatur*, ut habetur sub tit. *Si quis cautionibus, judicio sistendi causa, si quis servum.*

JACOBI CUJACII J.C. SCHOLIA IN LIB. I. INSTITUTIONUM D. JUSTINIANI PP. A.

IN PROŒMIUM.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI.

Imp. Cæsar Flavius Justinianus, a *Alamanicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus*, b *Africanus, pius, felix, inclytus, victor ac triumphator semper Augustus, cupidæ legum juventuti.*

IMPERATORIAM *majestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam: ut utrumque tempus, & bellorum & pacis, recte possit gubernari: & princeps Romanus victor existat non solum in hostilibus prœliis, sed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellens: & fiat tam juris, c religionis plenus, quam victis hostibus triumphator.*

§. 1. *Quorum utrumque viam cum summis vigiliis, summaque providentia, annuente Deo, perfecimus, & bellicos quidem sudores nostros barbaricæ gentes sub jugo nostræ deductæ cognoscunt, & tam Africa, quam alia numerosæ provinciæ post tanta temporum spatia nostris victoriis a cœlesti numine præstitis, iterum ditioni Romanæ nostroque additæ imperio, proclamant: omnes vero populi legibus jam a nobis promulgatis vel compositis reguntur.*

§. 2. *Et quum facere Constitutiones antea confusas in lucidarum exemplum consonantiam: tunc nostram extendimus curam ad immensa veteris prudentiæ volumina, d & opus desperatum, quasi per medium profundum cunctis, cœlesti favore jam adimplevimus.*

§. 3. *Quumque hoc Deo propitio peractum est, Tribuniano viro magnifico, magistro, & exquæstore sacri palatii nostri, necnon Theophilo & Dorotheo viris illustribus, antecessoribus nostris (quorum omnium solertiam & legum scientiam, & circa nostros fuissemet fidem, jam ex multis rerum argumentis accepimus) convocatis mandavimus festinaliter, ut nostra auctoritate, nostrisque suasionibus Institutiones componerent: ut licitas vobis prima legum cunabula non ab antiquis fabulis discere, sed ab imperiali splendore appetere: & tam aures, quam animæ vestræ nihil inutile, nihilque perperam positum, sed quod in ipsis verbis obtinet argumentis, accipiant, & quod prius tempore vix post quadriennium prioribus contingebat, ut nunc Constitutiones imperatorias legerent, hoc vos a primordio ingrediamini, digni tanto honore, tantæque reperti felicitate, ut & initium vobis & finis legum eruditionis a voce principali procedat.*

§. 4. *Igitur post libros quinquaginta Digestorum jam Pandectarum, in quibus omne jus antiquum collatum est, quos per eundem virum excelsum Tribunianum, necnon ceteros vestros illustres & disertissimos compositos, in hos quatuor libros eosdem Institutionum partiri fussimus, ut sint vobis legitimæ scientiæ prima elementa.*

§. 5. *In quibus breviter expositum est, & quod antea obtinebat, & quod postea desuetudine inumbratum, imperiali remedio illuminatum est.*

§. 6. *Quos ex omnibus antiquorum Institutionibus, & præcipue ex commentariis Gai nostri, tam Institutionum, quam rerum cottidianarum, e nihilque multis commentariis compositas, quum vos præditi vim prudentes nobis obtulerunt, & legentes, & cognoscentes, & plenissimum nostrarum Constitutionum robur eis accommodantes.*

§. 7. *Summa itaque ope & alacri studio hæc leges nostras accipite, & vosmetipsos sic erudiri ostendite, ut spes vos pulchrissima foveat, vobis legitimo opere perfecto, posse etiam nostram reipublicæ in partibus ejus vobis credentibus gubernari.* f D. Cl. XI. Kalend. Decembris D. JUSTINIANO PP. A. III. CONS.

SCHOLIA.

a **Lemovicus.** Ita habent Florent. libri & fere omnes, qui manuscripti sunt, non autem *Arvernus*. Graece etiam conditionales ἐπιφορικὸς, sed hoc solemne est, ut a pro e, & item e pro a in multis locutionibus mutentur.

b **Affricanus.** Idem fe Lazicum vocat, in Noy. *de off. Cons.* Cuff.

c Sic Pap. in *l. unum ex familia, §. vlt. ff. de leg. lib.* 2. Religiosissimus fere idem est, quod sanctissimus juris facerdos.

d Et quem. Primum omnium Justinian. Codicem fecit, rum Digesta seu Pandectas, deinde Institutiones, ad extremum Codicem repetitæ lectionis, & de integro editit, qui liber est hodie in manibus omnium, primo & medio fabulo, ad extremum vero Novellas constitutiones. Sed ex quo quidque tempore valere voluerit videamus. Prior Codex valet ex 16. Kal. Maii, consule Decio Indict. 3. Digesta, seu pandectæ, Institutiones, ex Kal. Jan. fe 533. consule, Indict. 11. Posterior Codex repetitæ lectionis ex die 4. Kal. Jan. fe 534. & Tertiano Paulino consule. Indict. 13. Novellæ ex aliis atque aliis temporibus, nam pervenit ut res & negotia publabant, non simul omnes edita fuerint.

e exqueſſore. Sic quidam accipiunt, quasi hoc dicat Justinianus, quæstore facti palatii, non hoc dicit, sed quæstuarii eum non gerere, nefiſte tamen olim significat. Sic enim antiquissimi auctores de agris: fcalidus, inquiunt, ager, quasi excalidus, quasi jam a culturæ existit, fuse excoriat, quod a consulatu decefferit, & *lidosus* ex quodam bono auctore, excoriuſus inquit dicit,

A quod jam a consulatu exierint fine dexteſſione peraso vicis sue anno. Eadem ratione in Constitutionibus extabularii dicuntur, exarcarii, expovimi factorum fcriniorum, expromptarii, exprædii, excouites, exmagistri, expatritii, exprædes, exantistites a veteribus quoque & Latinis auctoribus, exlex, exper, a nullis fuge cabens qui heres fuit: nam exhereditio libertorum eſt, quo sine ipso jure fui heredes fint, per exhereditionem libertini eſſe, *l. filium, §. videamus, in fine, ff. de bon. p. cont. vel. l. 1. §. ult. ff. de leg. Falcid. lib.* 35. Et exhereditatus heres ſcriptus fit, non impropriæ exheres eſſe videtur, ut in *l. patref. ff. de hered. inſt. & l. ſi quis, ff. ad leg. Falcid. l. mater, 5. heres, ff. de leg. 3.* Et in formula retentionis, niſi ita creveris, exheres eſto. Igitur exheres non fuit, niſi qui prius heres fuerit, vel ipſo jure, vel ex retentione. In omnibus qui heres fuerit, exheredi nomen non cadit, & hoc eſt quod Paulus ait, exhereditationem rem eſſe in extraneo inepiam, in *lib. 2. de exhereditatione*, ubi negat, in eo, qui heres non fuerit, quod vero Cajus ſcribit in *l. ſi ſervitem, §. ſi eadem, ff. de mulis, teſtam.* fic accipiendum eſt, ut ſola, inquit, exhereditatione hereditas a papiano adimi non poſſit, nam ſine ſuæ nuda voluntate non datur, ita nec adimitur, ſed jam notarum modum ſtemmæ transeo.

f Et ſed habitcripto, ſi conſervatur cum fabulis quibuſdam eius conſtitutionis, quæ Pandectis præpoſita eſt, & ſe- *tandis & ver. ſor. excuſ.* liquido conſtabit, priuſquam inſtitutiones perfectæ quidem prius Pandectas fuiſſe, id quod nemini in dubium venit, poſterius tamen confirmatas. Ex eodem autem de tam inſtitutiones, quam Pandectas valere jam diximus: tantum non ex eodem die libri valebant, quo confirmabantur.

DOMINI NOSTRI IUSTINIANI PP. A. INSTITUTIONUM, SIVE ELEMENTORUM PER TRIBUNIANUM VIRUM MAGNIFICUM, MAGISRUM ET EXQUÆSTOREM Sacri palatii, & Theophilum, & Dorotheum viros illuſtres & antecceſſores. *LIBER PRIMUS.*

CAPUT PRIMUM. *De Juſtitia & Jure.*

deinde diligentiſſima, atque exactiſſima interpretatione ſingula tradamus: alioquin, ſi ſtatim ab initio rudem adhuc & indigeſtam materiam cognitioni auditorum aut varietate rerum onerave rimus: duorum alterum, aut deterrebimus studiorum efficiemus, aut cum magno labore, ſæpe etiam cum difficultia, quæ plerumque juvenes auditos, ſerius ad id perducemus, ad quod leviore via duci- ne magno labore & fine ulla difficultia ma- teriam poſſimus perducere: Juris præcepta ſunt hæc: honeſte vivere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere. Hujus ſtudii duæ ſunt poſitiones; publicum & privatum. Publicum jus eſt, quod ad ſtatum rei Ro-

D manæ ſpectat. Privatum, quod ad ſingulorum utilitatem. Dicendum eſt igitur de jure privato, quod tripartitum eſt: collectum eſt enim ex naturalibus præceptis, aut gentium, aut civilibus.

SCHOLIA.

a **Perpetua.** His verbis habitur voluntatis ſignificatur. **Juſtitia jugitur** eſt affectio animi voluntis, jus ſuum cuique tribuere. **Juris.**

b **Juſtitia atque.** Et hoc quidem proprium eſt juriſprudentiæ, propter quod non ſimpliciter prudentia, ſed conſilium juriſprudentiæ dicta eſt. Juriſprudentia autem eſt ſcientia, quæ in juſti atque in injuſti diſcrimine conſiſtit.

c **Publicum.** Publicum jus dicitur duob. modis, uno, cum id ſignificatur, quod in ſacris, ſacerdotibus, & magiſtratibus conſiſtit, altero cum leges demonſtrantur, quæ omnes tegent & jura civitatis. Hoc autem modo jus publicum dicitur jus privatorum publicis & ſtatum vel ſanctatibus, quæ pro legib. ſunt, quamvis leges proprie non ſint; nam jus facere, privatorum non eſt: nunc enim jus publicum facta continet & quæſtiones: ſæpe etiam men interdum jus ſacrorum a publico, ut in *l. de ſacerd. & ædibus* ſacrum. Publicum Quintilianus *lib. 2. de*

CAP. II. *De jure naturali, gentium, & civili.*

Us naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit. Nam jus iſtud non humanum genus proprium eſt, ſed

omnium animalium, quæ in cœlo, quæ in terra, quæ in mari naſcuntur: hinc deſcendit mixtio quæ feminæ conjunctio, quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc educatio: videmus etenim cetera quoque animalia ferarum quoque etiam, præter- ſcire, vel experiendo, vel ſcientia. Jus autem civile, vel gentium ita dividitur. Omnes populi, qui legibus & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur: nam quod quisque populus ipſe ſibi ſtatuerit, id ipſius civitatis proprium eſt: vocaturque jus ipſius civitatis, quaſi jus proprium ipſius civitatis; quod vero naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, id apud omnes peræque cuſtoditur, vocaturque jus gentium, quaſi quo jure omnes gentes utuntur. Et populus itaque Romanus partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur, quæ ſingula qualia ſint ſubjectis locis manifeſta erunt. Jus autem civile ex unaquaque civitate appellatur, veluti Atheniensium: sam & quæ velit Solonis, vel Draconis leges, appellare jus civile Atheniensium, vel hoc ipſum jus civile dicere, quod ipſis Romanis uti- tur, jus civile Romanum appellamus, vel jus Quiritium, quo Quirites uti- tur: Romani enim Quirites a Quirino appellantur. Sed quoties non additmus nomen, cujus ſit civitatis, nobis- ſtrum jus ſignificamus: ſic & cetera. Leges autem ipſæ additmus nomen, ſubauditur civitatis. Jus autem quod Hermogenianus eſt, quod appellatur Hermogenianum. Jus vero naturale, quod ſemper æquum, & bonum eſt, jus naturale eſt, quod ſemper æquum, & bonum eſt, jus gentium eſt, quod omnes gentes custodiunt, quaſi jus quod naturalis ratio inter omnes homines conſtituit, vocatur- que jus gentium, quaſi quo jure omnes gentes utuntur. Et populus itaque Romanus partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur, quæ ſingula qualia ſint ſubjectis locis manifeſta erunt. Jus autem civile ex unaquaque civitate appellatur, veluti Atheniensium: sam & quæ velit Solonis, vel Draconis leges, appellare jus civile Atheniensium eſt, quaſi

personis videamus: nam parum est jus nosse, si personæ, quarum causa constitutum est, ignorentur. Summa itaque divisio de jure personarum hæc est: quod omnes homines, aut liberi sunt, aut servi.

1. §. Et libertas quidem (ex qua etiam liberi vocantur) est naturalis facultas ejus quod cuique facere libet, nisi si quid vi, aut jure prohibetur.

2. §. Servitus autem est constitutio juris gentium, qua quis dominio alieno contra naturam subjicitur.

3. §. Servi autem ex eo appellati sunt, quod Imperatores captivos vendere, ac per hoc servare, nec occidere solent, qui etiam mancipia dicta sunt, eo quod ab hostibus manu capiuntur.

4. §. Servi autem aut nascuntur, aut fiunt, nascuntur ex *a* ancillis nostris, fiunt, aut jure gentium, id est, ex captivitate: aut *b* jure civili, quum *c* liber homo *d* major viginti annis, ad pretium *e* participandum sese *f* venundari passus est.

5. §. In servorum conditione nulla est differentia: in liberis multæ differentiæ sunt: aut enim sunt ingenui, aut libertini.

SCHOLIA.

a *Ex ancillis*. Et hi etiam jure gentium servi sunt.

b *Jure civili* .i.S.C. Claudiano, *l.3. Quib. ad libert.proclam.non licet*. Ubi senatum ita censuisse Pomponius indicat, facioque hujus rei conjecturam cum ex inscriptione legis ultimæ ejusdem tit. tum ex aliis modis faciendi servi, qui SC. Claudiano inducti sunt, de quibus fuse dicturi sumus in *tit. de cap.dimin.*

c *Liber homo*. Liber proprie ingenuus est, & libertas ingenuitas: utrum igitur liber pro ingenuo? an pro omni conditione liberi hominis? Pro ingenuo item pro eo, qui sui juris sit.

d Bene *major*. nam minori datur ad libertatem proclamatio, nisi fortasse post annum xx. pretium partitus sit.

e *Particeps* [illegible], qui certam partem habet. Quid vero est si non participet pretium? an [illegible] servum effici? minime vero: in servitute esse dicemus, usque dum ad libertatem proclamaverit. Ceterum qui pretium partitus est, ex Senatusconsultis servus efficitur, & idcirco ad libertatem ipse proclamare ne post manumissionem quidem potest, & ut ne post manumissionem posset, id vero D. Hadrianus constituit eo adjecto, nisi pretium suum reddidisset, sed neque restitui in integrum potest. Rursus quid est si quis sciens liberum emerit? Videndum erit numquid non possit emptor contradicere ei, qui ad libertatem proclamat, quoniam inanis & nulla venditio est, & ita censeo.

f *Venundari*. Quid hic facit venundari? an non idem est, si quovis alio modo ipse sibi libertatem abjudicaverit? [illegible] non puto non idem esse: nam sola partitio pretii [illegible] capitis deminutionis, qui autem potest partiri pretium, [illegible] venire non patitur. Sed tamen contradicere [illegible] in *l.usumfructum*, §. 1. *de liber. cau.* ubi manifestum est [illegible] ut legamus ita, ut supra diximus, [illegible] quin adjici debeat negatio. [illegible] ratio juris, quæ semper [illegible] quam [illegible] pi sæpe & contaminari solet, fuitque omnium [illegible] quotquot sunt, qui juris civilis scientiam [illegible], ut verba rationi juris, quæ sane facilis captu est, non [illegible] tionem verbi [illegible].

CAP. IV. *De ingenuis.*

Ingenuus est is, qui statim ut natus est, liber est: sive ex duobus ingenuis matrimonio editus est, sive ex libertinis duobus, sive ex altero libertino & altero ingenuo. Sed etsi quis ex matre nascitur libera patre [illegible] ingenuus nihilominus nascitur, quemadmodum qui [illegible] libera & incerto patre natus est; quoniam vulgo [illegible] est. Sufficit autem liberam fuisse matrem [illegible] licet ancilla conceperit.

A Et e contrario si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat, *a* placuit, eum qui nascitur liberum nasci: quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre est. Ex his illud quæsitum est, si ancilla prægnans manumissa sit, deinde ancilla postea facta, peperit: liberum, an servum pariat? & Marcianus probat, liberum nasci: sufficit enim ei, qui in ventre est, liberam matrem, vel medio tempore habuisse: quod verum est.

1. §. Quum autem ingenuus aliquis natus sit, non officit illi *b* in servitute fuisse, & postea manumissum esse: sæpissime enim constitutum est *c* natalibus non officere manumissionem.

Ex authent. ut liberti de cetero ann. aureo non indig. &c. Coll. 6. Tit. 7. Nov. 78. cap. 3.

B §. *Si quis libertam.*

Novo jure omnes liberti ingenui sunt, & habent jus aureorum annulorum, jure patronatus illæso.

SCHOLIA.

a *Placuit*. Placuit itaque principibus, non auctoribus juris antiqui, qui tempus editionis, non conceptionis spectabant, *l.9. ad muni. l.ult. De sent. pas.* Auctor Cajus *lib.1. Instit.* Placitum principum obtinuit, probatur Marciano in *l. & servorum*, *De stat. hom.* & Paulo in *lib.2. Sentent. tit.25.*

b *In servitute fuisse:* & hoc sive sciens, sive ignorans in servitute fuerit, dum tamen pretii nullam tulerit partem, *l. si postulaverit*, *§. de eo quoque*, *ad l. Jul. de adult.*

c *Natal.* Potest igitur ad ingenuitatem proclamare.
C Et hoc est quod ait in tit. proximo. Libertinos esse eos, qui ex justa servitute manumissi sunt: nam si justa non fuerit servitus, tantum abest, ut eos manumissio libertinos faciat, ut detur eis ad libertatem proclamatio.

CAP. V. *De libertinis.*

Libertini sunt, *a* qui ex justa servitute manumissi sunt. Manumissio autem, est datio libertatis: nam quamdiu quis in servitute est, manui, & potestati suppositus est: manumissus liberatur potestate: quæ res a jure gentium originem sumpsit: utpote quum jure naturali omnes liberi *b* nascerentur: nec esset nota manumissio, quum servitus esset incognita: sed postquam
D jure gentium servitus invasit, sequutum est beneficium manumissionis: & quum uno naturali nomine homines appellarentur, jure gentium tria genera esse cœperunt: liberi, & his contrarium servi, & tertium genus libertini, qui desierant esse servi.

1. §. Multis autem modis manumissio procedit: aut enim ex sacris Constitutionibus in sacrosanctis ecclesiis, aut *c* vindicta, aut inter amicos, aut per testamentum, aut per aliam quamlibet ultimam voluntatem. [illegible] aliis multis modis libertas servo competere potest, qui tam ex veteribus, quam ex nostris Constitutionibus introducti sunt.

2. §. Servi autem a dominis semper manumitti solent: adeo ut vel in transitu manumittantur, veluti quum prætor, aut præses, aut proconsul in balneum, vel in
E [illegible] eunt.

3. §. Libertinorum autem status tripertitus antea fuerat: nam qui manumittebantur, modo majorem & justam libertatem consequebantur, & fiebant cives Romani: modo *e* minorem, & Latini ex [illegible] fiebant: modo *f* inferiorem, & [illegible] Ælia Sentia dediticiorum numero. Sed dediticiorum quidem pessima conditio jam ex multis temporibus in desuetudinem abiit. Latinorum vero nomen non frequentatur, ideoque nostra pietas omnia augere, & in meliorem statum reducere desiderans, *g* duabus Constitutionibus hoc emendavit, & in [illegible] perduxit: quia & a primis [illegible] atque simplex libertas competebat, [illegible] habebat manumissor: nisi quod scilicet libertinus sit, qui manumittitur, licet manumissor ingenuus sit: & dediticios quidem per Constitutionem nostram expulimus, quam promulgavimus inter nostras decisiones, per quas, suggerente nobis Triboniano, viro excelso, quæstore antiqui juris, altercationes placavimus: Latinos autem Junianos, & omnem, quæ circa eos fuerat, observantiam, alia Constitutione per ejusdem quæstoris suggestionem correximus, quæ inter imperiales radiat sanctiones. Et omnes libertos, nullo, *h* nec ætatis manumissi, *i* nec domini manumissoris, *k* nec in manumissionis modo, discrimine habito, sicuti antea observabatur, civitate Romana donavimus, multis modis additis, per quos possit libertas servis cum civitate Romana, quæ sola est in præsenti, præstari.

SCHOLIA.

a *Ex justa:* Nam qui ex injusta servitute manumissi sunt, libertini manumissione non efficiuntur. Cicero in oratione pro Cæcinna, *cum ii, qui in servitute justa fuerunt, censu liberentur.*

c *Vindicta*. Apud Prætorem, consulem, proconsulem, præsidem, legatum Cæsaris, & magistratum municipalem, qui modo legis actionem habeat.

d *Majorem*. Sed cur major est Latinitate? nempe quia Latini connubium, & consequenter patriam potestatem non habent, testamentum facere, tutoresve dari, hereditatem, aut legata capere non possunt, legitimos etiam heredes non habent, vivunt quasi liberi, moriuntur quasi servi, omnia bona eorum a patrono, vel patroni liberis, qui jus agnationis non amiserint, jure peculii vindicantur.

e *Latini*. Latini dicti sunt ad similitudinem Latinorum colonariorum, qui sua voluntate civitatem Romanam amittebant.

f *Inferiorem*. Sed cur inferior est Latinitate? Nam Latini jus Quiritum consequuntur multis modis, qui ab Ulpiano in fragmentis explicantur, dedititii nullo modo, sed & Latini commercium habent, & fideicommissa capere possunt, dedititii non item: dedititii, inquam, propter eas, quas perpessi sunt suppliciorum notas, indigni sunt latinitate & civitate Romana: manumissi umbra quadam & imagine libertatis utuntur, vivunt revera moriunturque servi. Ergo servi stigmatici, quos & literatos Plautus vocat in Casina actus 2. Scena 6. *si hic literatus me sinat:* ibi enim litteratus dicitur, qui in vultu literis notatus est: nam male quidam aliter interpretantur, & Attagenas Aristophanes vocat: manumissione dedititii efficiuntur. Erant autem stigmata damnatorum signa, idemque est si pœnæ causa vincti sint a domino, vel in carcerem conjecti, dum tamen compedibus nervis vel catenis teneantur, *l. verum*, *De verb. signif.* quæ lex proprie pertinet ad dedititios, ut ex inscriptione apparet, sed & ad dedititios Paulus retulisse videtur in *l. fideicommissaria 2. de fideicomm. libert.* [illegible] fideicommissariam libertatem non deberi ei, [illegible] postea vinxit dominus, nam si postea vinxerit dominus eum, [illegible] dederat libertatem, [illegible] & servus dedititiorum numero habetur, [illegible] fideicommissaria libertate hunc non posse fraudari, idem Paulus auctor est, *l. 4. sentent. tit.* [illegible] ubi & de vinctis multa alia scitu memoratuque digna [illegible]. Sed ad rem. Dedititius est etiam qui tortus, [illegible] delictum confessus est, nam si tortus, non etiam convictus sit, civis Romanus fieri potest, similiter si ad ludum gladiatorium vel ad bestias, vel alio quovis modo propter delictum domino traditus sit, dedititiorum numero erit.

g *Duabus constitutionibus*. [illegible] *C. de manum. & l. unica, C. de nudo jure* [illegible] *Quir. toll.* de quibus hoc loco, & *cap.* 11. [illegible]

h *Nec ætatis*. Nam qui ætatis erant annorum xxx. vindicta & testamento Cives Romani fiebant. Qui autem minores, si quidem vindicta sine consilio manumissi

A fuissent, servi permanebant ex lege Ælia Sentia. Testamento vero manumissi, Latini efficiebantur, & idcirco quos ad civitatem Romanam perduci volebant, iis ita testamento libertatem dabant: *Liberi sunto, cum annorum erunt xxx. ex parte*, *§. servo*, *ff. fam. ercisc. l. Aristo*, *De manum. testam. l. ult. de reb. dub. l. si quis ita*, *§. ult. de statu lib.* de minore xxx. annorum, qui censu fuerit liberatus, nihil scriptum reperio: in eo tamen nullam hereditatis rationem habitam puto.

i *Nec domini*. Sunt qui emendant *dominii*, sed Domini manumissoris, recte. Ut sit sensus: illud hodie non quæri, utrum manumissor Quiritarius, an Bonitarius sit dominus, quo verbo Theophilus utitur, nam qui ex jure Quiritum erat dominus, eum, quem censu, vindicta, vel testamento manumittebat, cum non
B in ea causa esset, ut dedititius fieri deberet, civem Romanum faciebat, qui vero naturaliter & in bonis servum habebat, Latinum, quoquomodo manumitteret eum faciebat. Jure autem Quiritum dominus est is, cui servus emancipatus, vel in jure cessus, vel adjudicatus, vel lege acquisitus, vel a quo servus usucaptus est, nam hi sunt modi, quibus ex jure Quiritum res mancipi nobis acquiruntur, at in bonis servum habet is, cui servus traditus est, traditione enim res mancipi ex jure Quiritum nobis non acquiruntur.

k *Nec in manumissionis*. Nam qui vindicta, censu, vel testamento cives Romani efficiebantur, itemque, qui in ecclesia ex constitutione Constantini, *l. 2. C. de iis, qui in eccles. man.* qui per epistolam, convivium, vel inter amicos Latini. Stigmatici vero damnatique
C servi, quoquomodo manumissi, dedititii efficiebantur, uno casu excepto, de quo dicemus in tit. prox. sed totum hoc Pop. Rom. jus sustulit Justinianus.

CAP. VI. *Qui & quibus ex causis manumittere non possunt.*

NON tamen cuicunque volenti manumittere licet: nam is, qui in fraudem creditorum manumittit, nihil agit, quia *b* lex Ælia Sentia impedit libertatem.

1. §. *c* Licet autem domino, qui solvendo non est, in testamento servum suum cum libertate heredem instituere, ut liber fiat, heresque ei solus & necessarius, si modo & nemo alius ex eo testamento heres scriptus
D sit, aut quia is, qui scriptus est, qualibet ex causa heres non *e* extiterit. Idque eadem lege Ælia Sentia provisum est, & recte. Valde enim prospiciendum erat, ut egentes homines, quibus alius heres extiturus non esset, vel servum suum necessarium heredem haberent, qui satisfacturus esset creditoribus: aut hoc eo non faciente, creditores res hereditarias servi nomine vendant, ne *f* injuria defunctus afficiatur.

2. §. Idemque juris est etsi sine libertate servus heres institutus est. Quod nostra Constitutio non solum in domino, qui solvendo non est, sed generaliter constituit, nova humanitatis ratione, ut ex ipsa scriptura institutionis, etiam libertas ei competere videatur: quum non est verisimile, eum, quem heredem sibi elegit, si prætermiserit libertatis dationem, servum remanere voluisse, & neminem sibi heredem fore.
E
3. §. In fraudem autem creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore, quo manumittit, solvendo non est: vel datis libertatibus, desiturus est solvendo esse. Prævaluisse tamen videtur, nisi animum quoque fraudandi manumissor habuerit, non impediri libertatem, quamvis bona ejus creditoribus non sufficiant: sæpe enim de facultatibus suis amplius, quam in his est, sperant homines: itaque tunc intelligimus impediri libertatem, quum utroque modo fraudantur creditores, id est, & consilio manumittentis, & ipsa re, eo quod ejus bona non sunt suffectura creditoribus.

4. §. Eadem lege Ælia Sentia domino minori viginti annis non aliter manumittere permittitur, quam si vindicta,

dicta, *g* apud consilium justa causa manumissionis probata, fuerint manumissi.

5. §. Justæ autem manumissionis causæ hæ sunt: veluti si quis patrem, aut matrem, filium, filiamve, aut fratrem, sororemve *b* naturales, aut pædagogum, nutricem, educatorem, aut alumnum, alumnamve, aut collactaneum manumittat: aut *i* servum, procuratoris habendi gratia, aut ancillam, matrimonii causa: dum tamen intra sex menses uxor ducatur, nisi justa causa impediat: & qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem & septem annis manumittatur.

6. §. Semel autem causa probata, sive vera sit, sive falsa, non retractatur.

7. §. Quum ergo certus modus manumittendi minoribus viginti annis dominis per legem Æliam Sentiam constitutus erat, eveniebat, ut qui quatuordecim annos ætatis expleverat, licet testamentum facere, & in eo sibi heredem instituere, legataque relinquere posset, tamen si adhuc minor esset viginti annis, libertatem servo dare non posset.

8. §. *K* Quod non erat ferendum, si is cui totorum bonorum in testamento dispositio data erat, uni servo dare libertatem non permittebatur: quare nos similiter ei, quemadmodum alias res, ita & servos suos in ultima voluntate disponere, quemadmodum voluerit, permittimus, ut & libertatem eis possit præstare, sed quum libertas inæstimabilis est, & propter hoc ante vicesimum ætatis annum antiquitas libertatem servo dare prohibebat: ideo nos mediam quodammodo viam eligentes, non aliter minori viginti annis libertatem in testamento dare servo suo concedimus, nisi septimum & decimum annum impleverit, *l* & octavum decimum annum tetigerit.

Ex *Auth. ut sponsalitia largitas specialis, &c. Coll. 9. Tit. 2. Novel. 119. cap. 2. seu §. & hoc quoque.*

Hodie [illegible] ex quo testari possunt, & libertates relinquere antiqua lege [illegible].

Quum enim antiquitas hujusmodi ætati, & pro aliis postulare concessit, cur non etiam sui judicii stabilitas ita eos adjuvare credatur, ut ad libertates dandas servis suis possint pervenire?

SCHOLIA.

a Creditorum. Idem est si in fraudem patroni, idque & Ulpianus & Cajus scribunt.

b Lex Ælia. Ideo nihil agit, quod lex Ælia Sentia impedit libertatem. His autem verbis significatur vanam, futilem, & ipso jure nullam esse manumissionem.

c Licet autem. Licitum est id, quod lege permissum est, illicitum vero, quod est contra leges, ab hisque diversa sunt, honestum & inhonestum. Licet igitur domino, [illegible] non est, unum ex servis cum libertate heredem instituere: sed qua lege? neque enim id licet nisi lex permittat, [illegible] per legem Æliam Sentiam.

d Solus. [illegible], cum mox subjungat, *si modo* [illegible] id est, sive ab alio servo, sive [illegible] coheredibus [illegible] debet.

e Extiterit. Etiam eum, qui minor sit xxx. annis vel qui in ea causa, ut dedititius fieri debeat, cujus rei testis est Ulpianus in Fragmentis: & hic est ille casus ex jure antiquo, cujus in tit. de libertinis mentionem [illegible].

f Ne: quandam subit ignominiæ notam is, cujus nomine bona ex edicto veneunt, *§. sui autem, inst. de hered. qual. & diff. l. paterfamilias de privil. credit.* [illegible] *gradu, quæ in fraud. cred. l. curat. l. cujus bonis, de* [illegible] *fur. l. servus, Cod. Theod. de inoffic. testam. Plin. l. 2.* [illegible] *ad Calvinam.*

g Apud consilium. Sine consilio, sine decreto manumitti [illegible] potest. Consilium vero Romæ quidem ex [illegible] constabat, & quinque equitibus [illegible], in provinciis autem ex xx. recuperatoribus civibus [illegible], & hoc Ulpianus tradit.

h Naturales. [illegible] vox tam ad patrem, matrem, filium filiamve refertur, quam ad fratres sororesve: naturales autem dicuntur, propterea quod servilis cognatio natura tantum cognita, jure vero civili incognita.

i Servum. Servus negotiis domini præponi, eaque administrare potest, sive pubes sive impubes sit: at in jure vel judicio consistere non potest: igitur manumittendus est, ut litiget pro domino. Ad id vero necessaria est ætas x. & VII. annorum: neque enim ante id tempus cuiquam in publicum prodire permissum est. Quod autem interpres scribit, ex *l. minor. de procur. l. exigendi, C. eod.* non nos moveat, ibi enim non de procuratore, sed de defensore est quæstio: quinimo nec defensor omnino vetatur esse is, qui minor est xxv. annis.

K Quod non est ferendum. Nihil hoc loco sincerius videtur: sic tamen restituendus est cum ex quinque vetustissimis Institutionum Codicibus, quibus in his notis frequenter utor, tum ex Theophili antecessoris græca interpretatione. *Quod non erat ferendum, si is, cui totorum bonorum dispositio in testamento data erat, uni servo dare libertatem non permittebatur: quare nos similiter ei, quemadmodum alias res, ita & servos suos in ultima voluntate disponere, quemadmodum voluerit, permittimus, ut libertatem eis possit præstare*. Hic autem est sensus, non esse illud ferendum, hoc videlicet casu, si is, qui universis bonis suis quam vult legem dicat, unum servum testamento liberare non permittatur. Quamobrem velle se, ut minores xx. annis tam de servis, quam de aliis rebus libere testentur: ait autem in ultima voluntate: nam inter vivos lex Ælia etiamnum viget.

l Octavum decimum. Mutavit postea consilium Justinianus, & XIV. vel XII. annorum ætatem sufficere arbitratus est, a qua ætate cives Romani testamenta facere possunt, *§. 1. Nov. ut spons. larg. cap. 16. obs. 22.*

CAP. VII. *a De lege Fusia Caninia sublata.*

Lege Fusia Caninia *b* certus modus constitutus erat in servis testamento manumittendis, quam quasi libertates impedientem, & quodammodo invidam, tollendam esse censuimus: quum satis fuerat inhumanum, vivos quidem licentiam habere, totam suam familiam libertate donare, nisi alia causa impediat libertatem: morientibus autem hujusmodi licentiam adimere.

SCHOLIA.

a De lege Fusia. Hic titulus pertinet ad superiorem titulum *Qui & quibus ex causis manumittere non possunt*, quemadmodum tit. de patria potestate ad proximum titulum de iis, qui sui, vel alieni juris sunt: ut [illegible] reat ex duobus titulis quatuor fecisse Justinianum, [illegible] dentem ut opinor, rerum perspicuitati, & [illegible]. Sed jam de lege Fusia Caninia nonnihil disseramus. [illegible] gimus apud Ulpianum, Cajum, & Paulum, per legem [illegible] siam, ei, qui duos servos habet, licere ambos manumittere; sed ex tribus, non plures eum, quam duos manumittere posse, & usque ad x. non plus quam [illegible] partem, & a x. usque ad xxx. tertiam partem. [illegible] ut non minus quam quinque manumittat, & a [illegible] que ad c. quartam partem, sic tamen ut [illegible] ciores manumittat x. servis. Et a c. usque [illegible] tam partem, quod tamen & ita oportet observari, [illegible] lo pacto ex priori numero minus quam xxv. [illegible] Ultra centum manumittere non licet. Circa [illegible] multa quæruntur. Illud in primis, quid fiat, [illegible] tutum numerum servos dominus in suo testamento [illegible] mittat. Et traditum est, eos liberari, [illegible] manumissi sunt usque ad legitimum numerum, [illegible] & ipsum lex Ælia cavit, in eo, [illegible] do esset, duos pluresve servos in testamento [illegible] & heredes esse jussit, *l. qui solvendo*, [illegible] *stit.* idemque servatur in SC. [illegible] Sentiam D. Hadriani temporibus [illegible] *lex, §. 1. eod. tit.* quid vero [illegible] non apparent, verbi gratia, si permiste & quasi per Satyram, vel in orbe tereti servorum nomina inscripserit: & constat nulli competere libertatem, quod etiam in lege Ælia Sentia servatur, *l. qui solvendo, & l. sequenti, de her. inst.* De his autem, qui in codicillis testamento confirmatis manumittuntur, quæsitum est, quem ordinem, locumque teneant. Et Paulus *lib. 4. sent.* eis dat novissimum locum, nihilque interesse putat, sive ante tabulas testament. sive postea facti sint codicilli, & hoc puto verius dici. Idem eodem in libro tractat, an fugitivi in numerum servorum adscribantur, & putat adscribendos, quia inquit, a domino possidentur: qua de re in *l. si is qui, §. si servus, de usucap.* & apud eundem *l. 2. sent. tit. de furtis*. Id quoque habet dubitationem, an cum per legem Fusiam Caniniam totam familiam inter vivos liberare liceat, non etiam in testamento possit quis jacens, moribundusque, prætermisso testamento, servos suos per epistolam, vel alio modo liberare, & recte Cajus *lib. 1. Instit.* hoc tanquam in fraudem legis excogitatum respuit, ac perinde esse putat, atque si in testamento a moriente manumissi fuissent. Eadem ratione Paulus *lib. sing. ad legem Fusiam Caniniam*, non compelli legatarium scribit servum manumittere, quem ipse testator propter legem Fusiam Caniniam manumittere non poterat, licet ita ei legatum relictum sit, ut manumitteret, quod in hac specie procedit; si quis habens Stichum, Damam, & Pamphilum servos, Stichum quidem & Damam, sicuti lex Fusia permittit, liberos esse jubeat: Pamphilum autem, ita amico leget, ut eum manumittat, *l. si quis cum, de cond. & dem.* sed de legato sic relicto, ut manumitteret, quid dicemus? & verius est non valere, legatarium tamen, qui penes se habet rem legatam, etiamsi nolit manumittere, a legato non esse repellendum, & sic intelligenda est *l. si quis quos conjuncta, l. codicillis in princ. de leg. 2.* Hæc sunt de lege Fusia, quæ nos ex antiquitate didicimus.

b Certus modus. Hæc verba non ad numerum tantum, sed etiam ad omnem rationem servorum manumittendorum, quæ in lege Fusia Caninia continetur, equidem puto pertinere, ut *sup. in 1. prox.* Cum ergo *certus modus*, si [illegible] quæratis, quid præter numerum servorum manumittendorum, in lege Fusia Caninia contineatur: Hoc vero continetur, ut servi in testamento nominatim manumittantur, sed tamen & numerum Just. circumscripsit, & nominatim per omnia libertas servis hodie relinquenda non est.

CAP. VIII. *De iis, qui sui, vel alieni juris sunt.*

Sequitur de jure personarum alia divisio. Nam quædam personæ sui juris sunt, quædam alieno juri subjectæ: rursus earum, quæ alieno juri subjectæ sunt, aliæ in potestate parentum, aliæ in potestate dominorum sunt. Videamus itaque de iis, quæ alieno juri subjectæ sunt: nam si cognoverimus, quæ istæ personæ sunt, simul intelligemus, quæ sui juris sunt: ac prius dispiciamus de iis, quæ in potestate dominorum sunt.

§. 1. In potestate itaque dominorum sunt servi, quæ quidem potestas *a* juris gentium est: nam apud omnes peræque gentes animadvertere possumus, dominis in servos vitæ necisque potestatem fuisse: & quodcumque per servum *b* adquiritur, *c* id domino *d* adquiritur. Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio nostro sunt, licet *e* sine causa legibus cognita, in servos suos supra modum sævire: nam ex Constitutione divi Pii Antonini, qui sine causa servum suum occiderit, non minus puniri jubetur, quam qui alienum servum occiderit. Sed & major asperitas dominorum, ejusdem principis Constitutione coercetur: nam consultus a quibusdam præsidibus provinciarum de iis servis, qui ad ædem sacram, vel ad statuas principum confugiunt: præcepit, ut si intolerabilis videatur sævitia dominorum, cogantur servos suos *f* bonis conditionibus vendere, ut pretium dominis daretur: Et recte: expedit enim reipublicæ, ne sua re quis male utatur. Cujus rescripti ad *g* Ælium Marcianum emissi, verba sunt hæc: Dominorum quidem potestatem in servos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum jus suum detrahi: sed dominorum interest, ne auxilium contra sævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis, qui juste deprecantur. Ideoque *h* cognosce de querelis eorum, qui ex familia Julii Sabini ad statuam confugerunt: & si vel durius habitos, quam æquum est, vel *i* infami injuria affectos cognoveris, veniri jube, ita ut in potestatem domini non revertantur: qui si meæ Constitutioni fraudem fecerit, sciet me admissum severius executurum.

SCHOLIA.

a Juris gentium est. Omnes gentes hanc potestatem in servos suos habent, & hoc jure in servos suos utuntur, ut mox sequitur, *nam apud omnes peræque gentes.*

b Adquiritur. Id solum acquirere dicimur, quod juste acquirimus.

c Id domino. Vel ei, qui dominus esse intelligitur.

d Adquiritur. Idque confestim acquiri omnibus placet, aliquando tamen, vel cum dominium in pendenti est, vel cum incertum est, ex cujus peculio fructuariive, an proprietarii servus rem sibi comparaverit, acquisitio etiam in pendendi est, *l. sed & si quis, §. 1. ff. de usufr. l. servus, §. ult. de acqui. rer. dom.*

e Sine causa. Leges non sunt privatæ, sed communes, itaque ex ea tantum causa licebit domino servum occidere, ex qua id omnibus jure communi permissum est. Extra hanc causam, ut si capitale crimen servus commiserit, a domino occidi non potest, sed vel modice coercendus, vel magistratibus tradendus est, ut scribit Caius *lib. 1. instit. & Ulp. in l. eleganter, §. ult. ff. de pign. act. l. si filius, C. de patr. potest.*

f Bonis conditionibus. Conditio autem est pactio certam in se legem continens: duris ergo pactionibus servi in venditione onerandi non sunt, veluti ne unquam manumittantur, aut ut semper habeantur in vinculis, *l. statulibero 2. de statulib.*

g Ælium Marcianum. Hunc Ulpianus proconsulem Uticæ, Theophilus autem præsidem provinciæ vocat, & utitur hic generali vocabulo, ille speciali, *l. 1. de off. præs.*

h Cognosce. Necessaria est ergo causæ cognitio, nam incidere possunt circumstantiæ, ut hoc, quod maxime justum videbatur, injustum fiat. Quid enim si falsæ sint delationes servorum, si eo confugiant ad invidiam & infamiam dominorum, *l. in eum, de extr. cri.* Quid si prius dominos ipsi gravi injuria affecissent, *l. 3. Cod. de his qui a [illegible] conf.* aut si non verecunde & leviter expostulent, sed audacter & cum detestatione nimia accusent dominos, *l. 1. §. quod cum eo, de off. præs.* Magna sunt profecto momenta circumstantiarum, multumque interest, dum illud utrum hoc, aut illo modo, vel ob hanc, aut ob illam causam suscipiatur, agatur. Juris enim definitiones perinde, ut circumstantiæ occurrunt, ita ipsis circumstantiis, aut probandæ sunt, aut improbandæ. Quare in hac specie, ut primo loco diximus, recte dicitur cognitionem necessariam esse, & hanc cognitionem proconsul tantum habet in sua provincia, in urbe vero præfectus urbi, *l. 1. §. de off. præf. ur.*

i Infami injuria. Ut si eos ad impudicitiam, turpemque violationem compulerit, sicut & Ulpian. ait in *l. 2. eod.* Quod si prostituerit, dominium amittit, & servi libertatem consequuntur, quemadmodum & creditor pignus ob eam causam amittit, & pater patriam potestatem, & pretium ejus, qui captum redemit ab hostibus, & venditor [illegible], id est, jus abducendi ancillam venditam ea lege, ne prostitueretur. De creditore Ulp. in *l. eleganter, §.* [illegible] *de pign. act.* De eo, qui redemit ab hostibus [illegible] et. & Maxim. in *l. fædissima, C. de postlim. reve.* De venditore Ulpian. in *l. sed si hac lege, §. 1. de in jus voc.* De patre, ac domino Theo-

Theodosius in *l. ult. Cod. de spect. lib.* 11. que contili tutio quoniam de episcopis mentionem faciebat, est etiam reperta in *l. si lenones*, *Cod. de episc. audi.* fed concisa & mutila.

CAP. IX. *De patria potestate.*

IN potestate noftra funt liberi noftri, quos ex juftis nuptiis procreavimus. Nuptiæ autem five matrimonium, eft vir & mulieris conjunctio, *a* individuam vitæ *b* confuetudinem continens. Jus autem poteftatis, quod in liberos habemus, proprium eft civium Romanorum: nulli enim alii funt homines, *c* qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus. Qui igitur ex te & uxore tua naficitur, in tua poteftate eft. Item qui ex filio tuo & uxore ejus naficitur, id eft, nepos tuus & neptis, *d* eque in tua funt poteftate & pronepos & proneptis, & deinceps cæteri. Qui tamen ex filia tua naficitur, in tua poteftate non eft, fed in patris ejus.

SCHOLIA.

a Individuam. Hoc uxor a concubina differt, item mulier jam in dignitate interefti, *l. item legato ab. parui, de leg. 2.* Individuam focietatem facrorum liberorum, fortunarum, que omnium, quod conformis omnis vitæ, divinique & humani juris communicationem Modeftinus appellat *lib. 3. Regul.*

b Confuetudinem. In quibus enim eadem ftudia funt, eadem voluntates, idem facrorum ufus, communes liberi, una domus, una familia, ftrmaque commodorum & incommodorum focietas, in his ut quod vincit & quodam devinctæ & confociati inter fe, individuam vitæ confuetudinem habeant, & ideo conformium omnis vitæ.

c Qui talem. Alii quidem habent poteftatem in liberos, filiosfamilias enim natos, aut communis, facit, fed non tales, qualem Romani. Illis enim poteftas recepta eft utrique civili, quare non poteft ab omnes pertinere. In hunc modum conftiliari facile poteft *l. 1. de adopt. cum l. patre in princ. De his, qui funt fui.*

CAP. X. *De Nuptiis.*

JUftas autem nuptias inter fe cives a Romani contrahunt, qui legitimum præcepta legum conunt: mas fcili quidem *a* puberis, fœmina *e* nubilis aut viripotentes, five *e* paterfamilias fint, five filiifamilias: dum tamen fi filiifamilias fint *f* confenfum habeant parentum, quorum in *g* poteftate funt: hoc enim fieri debere, & civile, & naturalis ratio fuadet in tantum ut juftum parentis confenfum requiri debeat. Unde quæritum eft, an furiosi filiæ nubere, eo fanante, poffint? Et placuit, eas nuptias fieri non poffe, quia furiofus nullum habet intellectum, quem admodum nec furiofi poteft decifio, qua permittat id *h* matrimonium filiæ furiofi, filium quoque furiofi poffe & a filiafamilias intervenire matrimonium fibi copulare, fecundum datum ex noftra Conftitutione modum.

§. 1. Eque non omnes nobis uxores ducere licet: nam quarundam nuptiis abftinendum eft, inter eas enim perfonas, que parentum liberorumve loco inter fe obtinent, contracti nuptiæ non poffunt: veluti inter parentes & filium, vel avum & neptem; vel matrem & filium, vel aviam & nepotem, & ufque ad infinitum. Et fi tales perfonæ inter fe folerint *i* nefarias atque *m* inceftas nuptias contrahere dicuntur, & hæc adeo ita funt, ut *n* nuptiis per adoptionem patrum liberorumve loco, quos *o* peperint, non poffint inter fe matrimonio jungi, non modo ut etiam diffolutis adoptione, idem juris manebit, quod ante fuam, que tibi per adoptionem filia vel neptis loco non poterit uxorem ducere, quamvis eam

§. 2. Inter eas quoque perfonas, que ex tranfverfo gradu cognationis jungantur, eft quædam fimilis obfervatio, fed non tanta. Sane enim inter fratrem fororemque nuptiæ prohibitæ funt: five ab eodem patre eodemque matre nati fuerint, five ex alterutro corum. Sed fi qua per adoptionem foror tibi effe cœperit, quamdiu quidem conftat adoptio, fane interte & eam nuptias conftitore non poffunt: quam vero per emancipationem adoptio fit diffoluta, poteris eam uxorem ducere. Sed etfi tu emancipatus fueris, nihil eft impedimento nuptiis: fi non fueris, fi quasgentem adoptivum velis, debere eum ante filiam uxorem ducere, quam ipfe emancipare.

§. 3. Fratris vero vel fororis filiam uxorem ducere non licet, fed nec neptem fratris vel fororis quis uxorem ducere poteft, quamvis quarto gradu fint. Quas enim fibi nuptias interdicit ipfe natus, eafdem eius neptem permittitur. Eius vero mulieris, quam pater tuus adoptavit, filiam non videris impedire uxorem ducere: quia neque naturali, neque civili jure tibi conjungitur.

§. 4. Duorum autem fratrum vel fororum liberi, vel fratris & fororis jungi poffunt.

§. 5. Item amitam, licet adoptivam, ducere uxorem non licet, item nec materteram: quia parentum loco habentur. Qua ratione verum eft, magnum quoque amitam, & materteram magnum prohiberi uxorem ducere.

§. 6. *n* Affinitatis quoque veneratione, quarundam nuptiis abftinendum eft: ut ecce privignam aut novam uxorem ducere non licet: quia utrique filiæ loco funt. Quod ita fcilicet accipi debet, fi fuit eorum aut privigna tua: nam fi adhuc nurus tua eft, id eft, fi adhuc nupta eft filio tuo: alia ratione uxorem cam ducere non poffis, quia eadem duobus non poteft. Item fi filium adhuc privignus tus eft, id eft, fi materi ejus ibi nupta eft, idem eam uxorem ducere non poteris, quia duas uxores eadem tempore habere non licet.

§. 7. Socrum quoque & novercam prohibitum eft uxorem ducere, quia matris loco funt, quod & ipfum *o* diffolura demum matrimonio intelligitur. Alioquin & noboverca eft, id eft, fi adhuc patri tuo nupta eft, communi jure impeditur tibi nubere, quæ eadem dextrifi nupta eft tibi non poteft. Item fi adhuc non poteft, id eft, fi adhuc filio ejus tibi nupta eft, ideo impedimur nuptiis, quia duas uxores habere non poffis.

§. 8 Mariti autem & uxoris, & uxoris fi- lia ex alio marito, vel contra, matrimonium refte contrahitur, licet habeant fratrem fororemve ex matrimonio poftea contracto natos.

§. 9. Ex uxor tua poft divortium ex alio filios procreavit, hæc non eft quidem *p* privigna tua. Sed filius tuus inuoffum fibi uxorem ducere debet. Item contra. Et nec *q* fponfum fibi uxorem ducere poteft, nec vercam effe: reftius tamen & *q* jure fcitores eos, qui hujufmodi nuptias contrahunt.

§. 10. *r* Illud certum eft, ferviles quoque cognationes impedimento nuptiis effe: ut forte patre & filia, aut frater & foror communibus fervis.

§. 11. Sunt & aliæ perfonæ, que *s* propter diverfas rationes, nuptias contrahere prohibentur, quas in libris Digeftorum feu Pandectarum ex veteri jure collectarum enumerari non permittimus.

nihil opus sit ab agnatis consanguineos separare: Parvi A item refert, utrum consanguinei, vel agnati natura, an adoptione quæsiti sint: sed in adoptivis prætereunda non est divisio prodita ab Justiniano, quam nos superius exposuimus. Legitimi itaque sunt agnati utriusque sexus, sive natura, sive adoptione quæsiti sint: cognati vero honorarii sunt, non legitimi: legitimi etiam sunt parentes, qui emancipatos filios manumiserunt: tunc vero ipsi parentes manumissores existunt, cum in emancipatione fiduciam contrahunt, id est, cum ea lege emancipant filium emptori, ut is eum rursus sibi emancipet: quod si talis contractus non intervenerit, legitimi sunt ii, qui filium emunt, & manumittunt: cum igitur propter capitis deminutionem filius emancipatus nullos agnatos habeat, solus ei pater naturalis, qui contracta fiducia manumiserit, excluso patre fiduciario, le- B gitimus heres est, vel si contracta non sit fiducia, emptor imaginarius, id est, extraneus manumissor. Legitimi etiam sunt patroni, patronæve, id est, qui, quæve ex justa servitute manumiserunt, quorum exemplo superiores legitimi sunt. Sed tamen ut patronorum liberi legitimi sunt heredes paterno liberto, non ita eorum liberi, qui in emancipatione manumittunt pro legitimis habentur, quod ego me demonstrasse memini, & alia quædam ad hanc rem pertinentia in *tit. de legit. patr. tut.* De jure autem patronorum in *tit. de success. liber.* latius disseremus. Sequitur, ut de iis videamus, quos inter legitimos vocant: in Senatusconsf. Tertylliano inter legitimos vocatur mater, defuncto filio, filiave, mater, inquam, ingenua tribus, aut libertina quatuor liberis honorata, quanquam cognata sit mater, non C agnata. Si tamen ei filio neque suus heres sit, quive suorum loco est, neque pater, ad quem lege hereditas fiducia contracta, vel bonorum possessio unde decem personæ, non contracta fiducia pertineat, neque frater consanguineus: quod si sola soror consanguinea sit, inter eam & matrem hereditas communicatur, filia autem defuncta liberi ex ea nati non excludunt matrem, id est, aviam suam, quia neque sui sunt, neque suorum loco: pugnat igitur hoc casu Senatusc. Tertyllianum cum Senatusc. Orphitiano, & illi in hoc succumbere, ac cedere videtur. Sed constitutiones Alexandri, aliorumque principum, & SC. Orphicianum, filiam anteponunt matri, *l. 1. l. quoties, C. de Senatusc. Orfit. l. si matre, C. de suis & leg. lib.* Igitur filius & filia, quamvis matri agnati D non sint, SC. Orficiano, vel oratione D. Marci & Commodi ad ejus hereditatem vocantur, atque ita, ut nemo eis sit anteferendus, cum tamen matri plerique anteferantur: Et hi quidem sunt, quos SC. legitimorum, vel agnatorum loco vocant, de quibus suis locis fusius disseremus. Nunc de illis quæramus, quos legitimorum loco constitutiones vocant. Ex Constitutione Valent. & Theodo. & Arcad. nepotes, neptesve succedunt inter legitimos aviæ paternæ, vel maternæ, cum deminutione tertiæ partis, si cum liberis, vel quartæ, si cum [illegible] aviæ concurrant, licet ex placito Justiniani nulla [illegible] deminutio: eodem jure pronepotes proneptesve succedunt proaviæ paternæ, vel maternæ: at si defuncta matrem habeat & nepotem, neptemve ex filio filiave, & mater nitatur Tertylliano, nepos neptisve Constitutionibus, proavia paterna, vel materna, pronepotes pro- E neptesve superiores erunt, *l. pen. C. de suis & legit. lib.* Ultra nepotem, & neptem matri præferri, non reperio eos, qui ex feminis descendunt. Ex Constitutione Anastasii fratres sororesque emancipati, vel emancipatæ, vocantur ad successionem fratris legitimorum loco, sive is frater in familia sit, sive emancipatus, itemque fratres integri juris emancipato succedunt, præferunturque omnibus agnatis. Sed cum fratribus in familia retentis, cum deminutione tertiæ partis vocantur, puta si unus sit frater integri juris, alter emancipatus, fratri integri juris datur bes, fratri emancipato triens: si duo sint emancipati, unus integri juris, singulis emancipatis datur quadrans, integri status fratri datur semis:

A quod si duo integri, unus deminutus, deminuto sextans & duella & duellæ quinta pars, integris dodrans & duella & duellæ reliquæ quatuor partes: Nam in proposito duella una in quinque partes scindenda est, quarum unam deminutus auferat, reliquas integri inter se ex æquo partiuntur: Justiniano autem placet nullam deminutionem fieri, *l. fin. C. de leg. hered.* Ceterum de hac Anastasii constitutione vide quæ scripsimus sub *tit. de leg. agn. tut.* Ex Justiniani constitutione inter legitimos vocantur fratrum emancipatorum filii tantummodo & filiæ, non ulteriores. Ex eadem constitutione inter legitimos, fratres sororesque uterini vocantur, vel soli, vel cum germanis fratribus, *d. l. fin.* quod tamen in *Nov.* CXVIII. sic immutavit, ut fratres sororesque ex eodem patre eademque matre præferat fratri- B bus ex uno parente: fratres autem ex uno parente simul vocet, sive consanguinei sint, sive uterini, videlicet in bonis quæsitis a fratre: nam in maternis uterini, in paternis consanguinei præferuntur, ut recte Accursius tradit in *Nov. ut fratr. fi.* Item ex Constitutione Justiniani inter legitimos vocantur sororis consanguineæ, vel uterinæ filii tantummodo & filiæ, non ulteriores, vel soli, vel una cum consobrinis, quibus ipsi sunt amitini, *l. pen. l. fin. C. de leg. hered.* videlicet si nulli extent defuncto fratres sororesve consanguinei, aut uterini, quod tamen in *Nov.* CXVIII. prorsus immutavit: nam mortui fratris, mortuæve sororis utrinque conjuncti, conjunctæve filios, ad hereditatem patrui, & avunculi, amitæ, & materteræ vocat in stirpem cum patruis, & avunculis, amitis, & materteris, qui, quæve C itidem defuncto utrinque conjuncti, vel conjunctæ sint: fratri ex uno parente anteponit filios fratris utrinque conjuncti, & e contrario. Deficiente fratre utrinque conjuncto, fratrisque utrinque conjuncti filiis, fratres ex uno parente vocat cum filiis fratris ex uno parente, quod si soli supersint filii fratrum, filios fratris utrinque conjuncti reliquis anteponit, vel si omnes ex fratribus sint, ex uno tantum parente conjunctis, nihil interesse dicit, utrum per patrem solum, an per matrem conjuncti sint, quibus addenda sunt ea, quæ scripsimus ad *§. cum igitur, sup. tit. prox.* Sed pergamus. Ex Constitutione Constantini, aliorumque principum, mater quæ liberis honorata non est, cum agnatis filio filiæve pro triente succedit, quæ autem liberis honorata est trientem cedere debet fratri emancipato (nam fra- D ter agnatus ei præferetur) sive is quoque filius, sive privignus sit, vel patruo, ejusque filio, vel nepoti, licet agnati esse desierint, non ulterioribus, *l. 1. l. 2. l. sicut, C. Theod. de legit. hered.* Contra Justinian. in *l. fin. C. ad Tertyll.* matrem in solidum ad hereditatem filii vocat, nisi concurrant sorores, quibus ex antiquo jure partem dimidiam cedere debet, vel nisi concurrant fratres aut soli aut cum sororibus, cum quibus pro capitibus hereditatem partitur, nec interest agnati fuerint fratres sororesque, an capite deminuti, vel uterini: nihil etiam interest sive jus liberorum mater habeat, sive non habeat, ex *l. fin. C. de jur. lib.* Quod si concurrat etiam pater, moriente filio emancipato, pater excludit matrem ex S.C. Tertylliano, ipse autem excluditur a filiis suis emancipatis, fratribusque defuncti: sed tamen Justinia- E nus pietate motus, hoc casu patri, matrique dedit ususfructus totius successionis bessem, quod si moriatur filiusfamilias, fratribus emancipatis, sororibusque, & matri secundum prædictam distributionem proprietas, patri ususfructus, quo & superstite filio usus est, conservatur, & hoc tradit *l. fin. C. ad Tertyl.* sed si fratres concurrant, qui sint in potestate patris, sive defunctus emancipatus sit, sive integrum jus habeat, hodie bona fraterna ex constitutione *l. cum oportet C. de bon. quæ lib. & l. de emancipatis, C. de suis & legit. lib.* quæ *l. ult. C. ad Tertyl.* sequuta est, patri acquirentur quantum ad usumfructum, æquum igitur erit concurrente matre virilem aut dimidiam portionem proprietatis dari, argument. *d. l. ult.* quod si mater non concur-

rat, fratres uterini bona materna præcipiunt, ceterorum proprietas omnibus communiter acquiritur. Credo me his de rebus quædam scripsisse in *titul. per quas pers. nob. acq.* Sed hæc omnia in *Novel.* CXVIII. mirum in modum perturbantur. Pater non excludit matrem, parentes pa- pater & mater ex æquo filio succedunt: parentes paterni & materni cujuscumque sexus, ita liberis succe- dunt, ut paterni semissem, materni alterum semissem auferant. Cum parentibus in capita succedunt fratres sororesque utrinque conjuncti, ita ut ne usumfructum quidem suæ portionis concurrentibus parentibus acqui- rant, ut ne mater concurrens cum sororibus plus virili portione ferat, quod & traditur in *Novel.* XXII. Ad hæc fratrum filii ex *Novel.* CXXVII. cum parentibus in stir- pem succedunt, fratris filius patrem repræsentat, & ideo patruum excludit. Præterea ex Nov. Justiniani, omnes cognati sunt legitimorum loco, & sublata est agnationis cognationisque differentia: sunt & alii com- plures, qui ex Constitutionibus inter legitimos vocan- tur, de quibus inferius differemus.

b Constitutiones. Sui heredes ex lege duodecim Tabu- lar. aut naturales sunt, aut non naturales: naturales aut ex justo matrimonio sunt, aut ex concubinatu. Non naturales, puta filius adoptivus, & uxor, quæ in ma- num convenit, vel nurus, quæ convenit in manum fi- liifamilias suorum loco, qui vel honorarii sunt, vel principales, id est, ex Constitutionibus.

c Placebat autem. In his heredibus, qui ex lege duo- decim Tabularum vocantur, successio non est, velut in suis heredibus, *l. 1. §. sciendum, de suis & legit. he- red.* Id est filio, cui delata est hereditas, abstinente se, nepos non admittitur ipso jure quasi suus, sed neque in legitimis heredibus est successio, quia ex lege tota successio, vel hereditas ei tantum defertur, qui mor- tis tempore proximior fuerit, & non aliis: eo igitur sublato, qui erat mortis tempore proximior, omnis le- gitima successio tollitur: *Quia*, inquit Paulus, *omnis legitima successio proximiori defertur*, *lib. 4. Sentent.* Sic enim legendum est, *non omissa successio*, alioquin ratio cum assertione pugnabit. Hoc autem jus est ex duode- cim Tabul. quid autem sit jure prætorio videamus. In- venio Prætorem dedisse successionem inter cognatos, hoc est, ut primis non petentibus intra præstituta tem- pora, sequentibus deferatur bonorum possessio: exem- pli gratia, non petente avunculo magno, succedit pro- pior sobrinus, etiamsi non ex eo avunculo susceptus fue- rit: & hæc est species *leg. 2. C. de success. edit.* In suos & legitimos successionem non dedit, neque vero po- tuit dare, sed filio non admittente bonorum possess. Unde liberi, nepotem vocat ex parte unde legitimi, non ex illa unde liberi, *l. 1. §. sed videndum, ff. de suc- cess. edict.* Agnato proximiore admittente bonorum pos- sessionem unde legitimi, sequenti defert bonorum pos- sessionem unde cognati: quicumque igitur ex successo- rio edicto vocantur, a solo Prætore vocantur: succes- sorium edictum ex eo dicitur, quod det successionem inter bonorum possessores, quanquam & eam quoque clausulam contineat, quæ definit tempora petendæ bo- norum possess. Ceterum ex illa potissimum parte appel- lationem sumit, qua in locum eorum, qui intra tem- pora petitionis bonorum poss. non admiserunt, sequen- tes vocantur, & ideo passim venire dicuntur ex succes- sorio edicto, ex successoria parte, ex beneficio succes- sorii edicti, ex successorio capite, *l. ult. l. 1. §. sed viden- dum, ff. de suc. edic. l. ult. C. eo. l. 1. §. pen. ff. de jur. & fact. ignor.* Novissime autem Just. inter legitimos successio- nem dedit in *Græca Const. de jure patron.* ut dici jam il- lud possit, proximiore repudiante, aut mortuo antequam adeat, sequentes inter legitimos vocari ex Const. Just.

d Ad legitimam. Inter legitimos etiam vocantur ex Constitut. Justiniani parentes, qui non contracta fiducia emancipaverunt: olim non contracta fiducia lex voca- bat extraneum manumissorem: Prætor vero ei decem personas anteponebat, id est, patrem, matrem, avum, aviam tam paternos, quam maternos, filium, filiam, nepotem, neptem tam ex filio, quam ex filia, fratrem, sororem, sive consanguineos, sive uterinos. Unde si pa- ter manumiserit, vocat eum Prætor ex parte unde le- gitimi, si non manumiserit ex parte unde x. personæ, *l. si ut patrem, ff. de suis & leg. §. sunt autem, inf. de bon. poss.* Sed cum ex Constit. Just. omnis emancipatio, con- tracta fiducia fieri videatur, liquido constat parentem, qui filium emancipaverit, non contracta fiducia, inter legitimos vocari, nec ullum posthac manumissorem ex- traneum intelligi, quin potius emptorem filii pro par- te fiduciaria semper haberi: atque ideo supervacuam & inanem esse bonorum possessionem unde decem per- sonæ, *§. qua autem, de bon. poss.* cujus quidem nescio cur Ulp. in *Fragm.* mentionem non fecerit in *tit. de poss. dan.* in quo ceteras omnes memorat, forsitan qui jussu Ala- rici Gothorum Regis Ulpiani corpus ita dilaceravit, ideo unde x. personæ bon. poss. prætermisit, quod jam suo tem- pore ea in usu esse desiisset. His maxime velim te addere ea, quæ ad *tit. de legiti. par. tut.* in libro primo annotavimus.

CAP. III. *De Senatusconsulto Tertylliano.*

LEx duodecim tabularum ita stricto jure utebatur, & proponebat masculorum progeniem, & eos, qui per feminini sexus necessitudinem sibi junguntur, adeo expellebat, ut ne quidem inter matrem & filium filiamve ultro citroque hereditatis capiendæ jus daret: nisi quod prætores ex proximitate cognatorum eas personas ad successionem, bonorum possessione unde cognati accommodata, vocabant.

§. 1. Sed hæ juris angustiæ postea emendatæ sunt. Et primus quidem divus Claudius, matri ad solatium liberorum amissorum, legitimam eorum detulit hereditatem.

§. 2. Postea autem Senatusconsulto Tertylliano, quod divi Hadriani temporibus factum est, plenissime de tristi successione matri, non etiam aviæ deferenda cautum est: ut mater ingenua trium liberorum jus habens, libertina quatuor, ad bona filiorum admittatur intestato mortuorum, licet in potestate parentis est: ut scilicet quum alieno juri subjecta est, jussu ejus adeat hereditatem, cujus juri subjecta est.

§. 3. Præferuntur autem matri liberi defuncti, qui sui sunt, quive suorum loco sunt, sive primi gradus, sive ulterioris. Sed & filiæ suæ mortuæ filius, vel filia opponitur ex Constitutionibus matri defunctæ, id est, aviæ suæ. Pater quoque utriusque, non etiam avus, vel proavus matri anteponitur, scilicet quum inter eos solos de hereditate agitur. Frater autem consanguineus tam filii, quam filiæ excludebat matrem: soror autem consanguinea pariter cum matre admittebatur. Sed si fuerat frater & soror consanguinei, & mater liberis honorata: frater quidem matrem excludebat, communis autem erat hereditas ex æquis partibus fratris & sororis.

§. 4. Sed nos Constitutione, quam in Codice nostro nomine decorato posuimus, matri subveniendum esse existimavimus: respicientes ad naturam & puerperium, & periculum, & sæpe mortem ex hoc casu matribus illatam. Ideoque impium esse credidimus casum fortuitum in ejus admitti detrimentum; si enim ingenua ter, vel libertina quater non peperit, immerito defraudabatur successione suorum liberorum: quid enim peccavit, si non plures, sed paucos peperit? Et dedimus jus legitimum plenum matribus, sive ingenuis, sive libertinis, & si non ter enixæ fuerint, vel quater, sed eum tantum, vel eam, qui, quæve morte intercepti sunt, ut & sic vocentur in liberorum suorum legitimam successionem.

§. 5. Sed quum antea Constitutiones jura legitimæ successionis perscrutantes, partim matrem adjuvabant, partim eam prægravabant, & non in solidum eam vocabant, sed in quibusdam casibus tertiam ei partem abstrahentes, certis legitimis dabant personis, in aliis autem contrarium faciebant: nobis visum est recta & simplici via matrem omnibus personis legitimis anteponi: & sine ulla deminutione filiorum suorum successionem accipere: excepta fratris, & sororis persona, sive consanguinei sint, sive sola cognationis jura habentes: ut quemadmodum eam toti alii ordini legitimo præposuimus, ita omnes fratres, & sorores, sive legitimi sunt, sive non, ad capiendas hereditates simul vocemus: ita tamen ut si quidem solæ sorores agnatæ, vel cognatæ, & mater defuncti, vel defunctæ supersint: dimidiam quidem mater, alteram vero dimidiam partem omnes sorores habeant. Si vero matre superstite, & fratre vel fratribus solis, vel etiam cum sororibus, sive legitima, sive sola cognationis jura habentibus, intestatus quis vel intestata moriatur, in capita distribuatur ejus hereditas.

Ex Authent. de hered. ab intest. col. 9. tit. 1. Nov. 118. pas. & Auth. ut fratrum filii, col. 9. tit. 10. Nov. 127. pas.

Defunctq, vel defunctæ sine liberis, parentes si soli sunt succedunt, salva gradus prærogativa. Si pari gradu, pariter vocantur, paternis quidem dimidia, maternis quoque dimidia delata, licet dispar sit eorum numerus. Cum patre & matre fratres sororesve utrinque conjuncti defuncto, vel defunctæ, vel filii fratris præmortui, vel sororis præmortuæ utrinque adjuncti defuncto, vel defunctæ vocantur, ut viriles fiant portiones, filiis fratris, vel sororis vocatis in stirpem, exclusa prorsus omni differentia sexus, & patriæ potestatis, ubi nulla secundarum nuptiarum fit mentio. Si primi gradus parentes non essent, qui vocantur cum eis, excluderent inferiores.

Post parentes, & fratres & sorores ex utroque parente, & filios eorum, admittuntur ex uno latere fratres, sororesve, cum quibus & filii eorum, si qui ex eis jam decesserint. Ex transverso nulli liberi in locum defuncti parentis succedunt, nisi filii fratris, vel sororis præmortuæ.

§. 6. Sed quemadmodum nos matribus prospeximus, ita eas oportet suæ soboli consulere: scituris eis, quod si tutores liberis non petierint, vel in locum remoti, vel excusati intra annum petere neglexerint: ab eorum impuberum morientium successione merito repellentur.

§. 7. Licet autem vulgo quæsitus sit filius filiave: potest tamen ad bona ejus mater ex Tertylliano Senatusconsulto admitti.

S C H O L I A.

a Non etiam aviæ. Equidem ante Novellam Justiniani nusquam legi aviæ inter legitimos jus succedendi datum.

b Qui sui sunt. Hæc Divus Pius constituit de filiabus, sed non video cur dici in filiis idem non possit, *l. 2. §. sed si quis decess. ff. ad Tert.* similis casus est in *dict. l. 2. §. sed si sit consanguinea:* pater legitimus excludit matrem, sive contracta, sive non contracta fiducia filium emancipaverit: pater cognatus non excludit matrem: pater cognatus est is, quem avus emancipavit, cujusque filius ab avo manumissus est, vel qui se alteri arrogandum dedit. Huic vero patri simul cum matre defertur bon. poss. unde cognati, quam si ipse non admittat, succedit ei mater ex S. C. Tertyl. atque ex edicto unde cognati succedit edictum unde legitimi, nam matri, quæ ex S. C. vocatur, unde legitimi bonor. poss. competit.

c Quum inter eos solos. Bene inter eos solos, id est, inter matrem & avum, inter matrem & proavum: nam si & mater sit, & avus manumissor, & pater, matri obstat pater quo minus ex Tertylliano succedat, utque ambo quasi cognati admittantur, rursus utrisque obstat avus, atque ita excellit avus, & superat matrem, planeque ita cum matre agere potest, si vinco vincentem, eo vinco eodem modo & te, si nemo sit, qui te vincat, utputa si pater non sit, quem ego superaturus sum, vincente superiorque discedere non possum. Sic in *l. 2. §. si sit agnatus, D. ad Tertyll.* mater, quæ agnatum vincit, cui manus dat pater cognatus, & ipsum patrem vincit: at si nullus sit agnatus, simul cum patre vocatur. His simile exemplum notavi in *l. creditor, D. de rebus cred.*

d Et dedimus. Quid opus fuit hoc lege caveri ab Justiniano, cum jam Honorius & Theodosius in *l. 1. C. de jur. delib.* & ut ipse refert in Novell. 78. Constantinus magnus jus liberorum, quod antea a singulis separatim petebatur, omnibus concessissent? Isidor. *lib. 5. Etymol.* ita definit jus liberorum: *Jus*, inquit, *liberorum est conjugum sine liberis invicem pro loco pignorum hereditatis alterna conscriptio*, quam definitionem confirmat Nov. Valent. de testamentis, *l. valeat, Cod. Theod. de infir. iis, quæ sub tyr.* & id, quod Ulpianus scribit in *tit. de solidi capacitate*, liberam inter se conjuges testamenti factionem habere, si jus liberorum a principe impetraverint, alioquin conjugibus obstare legem Juliam & Papiam. Et hoc quidem jus liberorum Honorius & Theodosius omnibus dant, *dict. l. 1.* non dicunt se jus trium, aut quatuor liberorum dare, sed jus liberorum, id nempe, quod superius exposuimus, & hanc interpretationem confirmat *l. fin. prioris tit.* quæ conjungi debet cum *dict. l. 1.* ut colligi ex inscriptionibus, & subscriptionibus potest. Tum adjicit Justinianus in *l. 2. de jur. delib.* matrem Tertulliani commodum habere, etiamsi ingenua tres, vel libertina quatuor liberos non habeat: quod ante Justinianum nullus adhuc Imperator constituerat. Cetera beneficia, quæ liberos habentibus dantur, præsertim circa munerum vacationem, ineptus plane fuerit quisquis non habentibus, communicata esse crediderit, ineptior qui existimaverit, non satis fuisse Theodosium liberos habere, nisi & jus liberorum a principe impetratum esset, cujus sententiæ Duarenus princeps est: pro ea citat *l. fin. C. de iis, qui num. lib.* qua belle scilicet confirmat sententiam suam, nondum quicquam in Duareno stultius legi.

CAP. IV. *De Senatusconsulto Orphitiano.*

PEr contrarium autem, ut liberi ad bona matrum intestatarum admittantur, Senatusconsulto Orphitiano, Orphito & Ruso consulibus, effectum est, quod latum est divi Marci temporibus: & data est tam filio, quam filiæ legitima hereditas, etiamsi alieno juri subjecti sunt: & præferuntur consanguineis, & adgnatis defunctæ matris.

§. 1. Sed quum ex hoc Senatusconsulto nepotes ad aviæ successionem legitimo jure non vocabantur: postea hoc Constitutionibus principalibus emendatum est, ut ad similitudinem filiorum, filiarumque, & nepotes, & neptes vocentur.

§. 2. Sciendum autem est hujusmodi successiones, quæ a Tertylliano, & Orphitiano deferuntur, capitis deminutione non perimi, propter illam regulam, qua novæ hereditates legitimæ capitis deminutione non pereunt, sed illæ solæ, quæ ex lege duodecim tabularum deferuntur.

§. 3. Novissime sciendum est etiam illos liberos, qui *a* vulgo quæsiti sunt, ad matris hereditatem ex hoc Senatusconsulto admitti.

§. 4. Si ex pluribus legitimis heredibus quidam omiserint hereditatem, vel morte, vel alia causa impediti fuerint, quo minus adeant: reliquis, qui adierint, adcrescit illorum portio: & licet *b* ante decesserint, qui adierint, ad heredes tamen eorum pertinet.

S C H O L I A.

a Vulgo quæsiti. Ut vulgo quæsitis mater succedit ex Tertylliano, ita ex Orphitiano vulgo quæsiti succedunt matri: excipit Justinianus matrem illustrem, cui spurii nullo modo succedunt extantibus legitimis, *l. pen. C. eod. tit.* Id vero Justinianus non negat matrem illustrem spurio succedere, neque ego ausim negare.

b Ante

b Ante decessorius. Vel, *quam adscriptores*, ut in *l. fi. ex pluribus*. Quæ lex etiam illud adjicit, diversum esse suorum heredi infanti, & coheredis subfituti: nam jus subfitutionis heredem non fequitur, quamvis ad eum inftitutionis portio pervenerit, idemque Paulus notat *lib. 4. Sent. tit. de inoff. test.*

CAP. V. *De a fuccefſione cognatorum.*

POſt ſuos heredes, eoſque, quos inter ſuos heredes pretor, & Conſtitutiones vocant, & poſt legitimos quorum numerus fuit adgnati, & his, quos in locum adgnatorum, tam ſupradicta Senatuſconſultus, quam noſtra erexit Conſtitutio) proximos cognatos pretor vocat.

§. 1. Qua parte naturalis æquitatis ſpectatur.

Ex Assis. de hered. ab intest. venient. coll. 9. tit. 1. Nov. 118. c. 4.

Sed hodie æqualiter ſuccedunt adgnati & cognati, omni ceſſante differentia.

Nam adgnati capite deminuti, quique ex his progeniti ſunt, ex lege duodecim tabularum inter legitimos non habentur, fed a pretore tertio ordine vocantur: exceptis ſolis tantummodo fratre & ſorore emancipatis, non etiam liberis eorum, quos lex Anaſtaſiana cum fratribus pariter junctis conſtituit, vocat quidem ad legitimam fratris hereditatem, ſive ſororis: non æquis tamen portibus, ſed cum portione deminutione, quam facile eſt ex ipſius Conſtitutionis verbis colligere. Alias vero adgnatis inferioris gradus, licet caſu deminutionem paſſi non ſunt, tamen eos antecipit & præcluſdubio cognatis.

§. 2. Hos etiam, qui per ſeminii ſexus perſonas ex trasverſo cognatione junguntur, tertio gradu proximitatis nomine pretor ad ſucceſſionem vocat.

§. 3. Liberi quoque, qui in adoptiva familia ſunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu vocantur.

§. 4. Vulgo quæſitos nullum habere adgnatum manifeſtum eſt: quum adgnatio a patre cognatio a matre ſit: hi autem nullum parentem habere intelligunture. Eadem ratione ne inter ſe quidem poſſunt videri conſanguinei eſſe: quia conſanguinitas ſine adgnatione eſt adgnatio. Tantum igitur cognati ſunt ſibi, ſicut ex matre cognati. Itaque omnibus iſtis ex parte competit bonorum poſſeſſio, quia proximitatis nomine cognati vocantur.

§. 5. Hoc loco & illud neceſſario admonendi ſumus, agnationis quidem jure admitti aliquem ad hereditatem, eſſe decimo gradu ſit, ſive de lege duodecim tabularum quæramus, ſive de edicto, quo pretor legitimis hereditibus ſtatuem ſe bonorum poſſeſſionem pollicetur. Proximitatis vero nomine ita ſolis pretor promittit bonorum poſſeſſionem, qui uſque ad ſextum gradum cognationis ſunt, & ex ſeptimo a fobrino, fobrinaque nato natave.

SCHOLIA.

a Succeſſione cognatorum. Legitimis ſuccedit decem cognatorum gradus, cognatorum ſucceſſio, quæ nudam pretoris indulgentiam, cognatorum ſex gradus complectitur, ex ſeptimo fobrino, fobrinave nato, natamve: & ideo Ulp. in *tit. de ſolidi capacitate*, inter conjuges ſolidi capacitatem eſſe ſcribit, ſi cognati inter ſe conjunx, uſque ad ſextum gradum: nam a ſexto gradu cognatio nulla eſt. Item. Papinianus in *l. adhuc, ſi unde cognati*, octavi gradus agnato deferri bonorum poſſeſſionem unde legitimi, etiam ſi lege heres non exiteris, ut pura ſi hereditatem non adieriſ, vel ſi pro herede ſe non geſſeris. Eidem autem agnato, ut proximo cognato unde deferri bonorum poſſeſſionem unde cognati, nunquam poſ heredi geſſerit nam ultra ſextum gradum [illegible] quidem ipſis, qui etiam heredes exteterint, [illegible] bonorum poſſeſſio deferri poteſt: a hanc Papiniani ſententiam Acc. intellexit. Proximitatis autem nomine cognationem ideo intelligimus, qua in cognatorum ordine ſola proximitas ſpectatur. In ſuorum, vel agnatorum ordine ius ſui & agnatio ſpectatur, vincitque agnatio proximitatem *b. expetitis*, *§. fin. inf. tit. prox.*

CAP. VI. *De gradibus cognationis.*

HOc loco neceſſarium eſt exponere, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Quorum principiis admonendi ſumus, cognationem aliam ſuprannumerari, aliam infra, aliam ex trasverſo, quæ etiam a latere dicitur. Superior cognatio eſt parentum, inferior liberorum, ex trasverſo fratrum, ſororumve, ſoro rumque, qui quave ex his progenerantur, & conveniente patrui, amitæ, avunculi, matertereæ. Et ſuperior quidem & inferior cognatio a primo gradu incipit: at ex, qui ex trasverſo numeratur a ſecundo.

§. 1. Primo gradu eſt ſuperi patris, matrisve filius, filia.

§. 2. Secundo ſupra avus, avia: infra nepos, neptis: ex trasverſo frater, ſoror.

§. 3. Tertio ſupra proavus, proavia, infra pronepos, proneptis: ex trasverſo fratris, ſororiſque filius, filia: & convenienter patruus, amita, avunculus, matertera. Item ex eſt frater patris, qui frater avi, avæ vocatur. Avunculus eſt frater matris, qui apud Græcos propric *θειος*, & promiſcue *θειοι* dicitur. Amita eſt patris ſoror. Adverſtera vero matris ſoror: utroque *διος*, vel apud quoſdam *τιτθη* appellatur.

§. 4. Quarto gradu ſupra abavus, abavia: infra abnepos, abneptis, ex trasverſo patruus, amita, avunculus, neptis: & convenienter patruus magnus, amita magna, id eſt, avi fratter & ſoror conſobrinus, conſobrina, id eſt, qui, quave ex fratribus, aut ſororibus progenerantur. Sed quidam recte conſobrinos eos proprie dicunt, qui ex duobus fororibus progenerantur, quaſi conſororinos: eos vero, qui ex duobus fratribus progenerantur, proprie fratres patruelis vocant. Si autem ex duobus fratribus filia naſcuntur, ſorores patruelis appellari. At eos, qui ex fratre & ſorore propagantur, amitinos proprie dici. *a* Amitæ nam filii conſobrinos, & appellari, ex illos amitinos.

§. 5. Quinto ſupra atavus, atavia: infra abnepos, abneptis ex trasverſo fratris, ſororiſque pronepos, proneptis: & convenienter proprius proximitis, id eſt, propatri frater & ſoror: proavunculus, promatertera, id eſt, proavie frater & ſoror. Item fratris patruelis, ſororis patruelis, conſobrini conſobrinæ, amitini amitinæ, filius, filia propior fobrino, propius fobrina: hi ſunt patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, matertera magna, filiaſtiæ.

§. 6. Sexto gradu ſupra tritavus, tritavia: infra trinepos, trineptis: ex trasverſo fratris, ſororiſque abnepos, abneptis, & conveniuter abpatruus, abamita, id eſt, abavi frater & ſoror: abamitinus, abamitertera, id eſt, abaviæ frater & ſoror. Item fobrini, fobrinæque, id eſt, qui, quave ex fratribus, vel ſororibus patruelibus vel conſobrinis, vel amitinis progenerantur.

§. 7. Hactenus oſtendiſſe ſufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his poterit unuſquiſque facile animadvertere, quotus quiſque gradus numerare debeamus: quippe ſemper generatis quæ que perſona gradum adjiciat, ut longe facilius ſit reperire, quotus quiſque gradus ſit, quam proprie cognationis appellationem quemquam denotare.

§. 8. Adgnationis quoque gradus eadem modo numerantur.

§. 9. Sed quum manis veritas oculata fide, quam persures animis hominum inſigitur: ideo neceſſarium eſt, ut nimus poſt narrationem gradum, ſex noſtræ Inſtitutionis libro inſcribi, quatenus poſſint & auribus & oculis fratrum inſpectione adoleſcentes perfectiſſimam de doctrinam adipiſci. Illud certum eſt, ad ſeptimum

gnationes illam partem eſſeſi, qua proximitatis nomi- a etiam mihi fobrino eſſe, quod neque Antonio Auguſtino, neque mihi probatur ullo modo: nam *dicta b. amitæ, ſed*, aperte ſeparatur illius conſobrini a propius fobrino, & in fraudo, conſobrinorum nepotes, aut proneptes dicuntur, non propius fobrinum filii aut nepotes.

b Conſtitutiones. Poſt verbum *judices* in Not. adde. Cæterum ipſi inter ſe filii naturales invicem quaſi ex conſanguinitatis ex eadem conſtitutione ſuccedunt. Undeſi ſit liberis, itemque frater collibertis defuncti patronum ad ſuccedunt, vel ſi etiam frater ingenuus a cognatione fratris libertini patronum accret, quæ omnia ſumme notanda ſunt.

CAP VII. *a De ſucceſſione liberorum.*

NUnc de libertorum bonis videamus. Olim itaque licebat liberto patronum ſuum impune retentamen contemnere, quia ex decem tes dandem tabularum ad hereditatem liberti vocabat patronum, ſi inteſtatus decerniet: eſſe libertis, nullo ſuo heredes relicto, ſuadente natura, quoniam mortuo libero, ſi is bonum hereditas deferretur, patrono etiam in bonis ejus iuris erat. Et quidem ex naturalibus rationibus ejusmodi heredem relinquebat, quem nulla voluntate ſua adoptivus filius ſuiſſet, aperte imquum eſt, illum patronum ſuperiorem.

§. 1. Qui de duas pedes permodo dando non fuit iniquitas emendata eſt, ſuccenſum faciebat. reſtituentum libertus, habitator ſit terræ, ut patronus patrem dimittat. Sed hoc Conſtitutione reformatum eſt, & ſi aut ubi aut animus parte dimidia relinquerat, dabatur patrono contra tabulas inſtituendi parte dimidiæ bonorum poſſeſſio; five interſtatus moriebatur, ſio heredi relicto filio adoptivo: dabatur quæ patrono contra bona ſuum heredem, parte dimidiæ bonorum poſſeſſio. Prodeſſe autem ſuberto ſolebant ex excludendum patronum nascuntes libri, non ſolum quos in potestate moriis tempore habebat; ſed etiam emancipatos & in adoptionem dati: ſi modo ex aliqua parte ſcripti heredes erant, aut præterii contra tabulas bonorum poſſeſſionem ex edicto petebant: nam extraneis nihil prodeſſe debebant patronum.

§. 2. [illegible] ſunt, patronorum liberi, & ſi [illegible] ſunt, & ſi [illegible] ſunt, & ſi [illegible] ſunt

non posſint argui inofficioſa eorum teſtamenta : cunc
ex noſtra conſtitutione per bonorum poſſeſſionem con-
tra tabulas non dimidiam (ut antea) ſed tertiam par-
tem bonorum liberti conſequantur : vel quod deſtruis
ex Conſtitutione noſtra à repletur, ſi quando minus ter-
tia pars bonorum liberum libertus, vel liberta eis re-
ſcripſerit : ita ſine onere, ut nec liberis liberti ſervire
ex ea parte tegata, vel fideicommiſſa præſtentur, ſed
ad coheredes hoc onus redundaret : quibus alio caſibus
a nobis in præfata Conſtitutione congregatis, quos ne-
ceſſarios eſſe ad hujuſmodi juris diſpoſitionem perſpe-
ximus, ut tam patroni patronorumve liberi eorum,
quam qui ex tranſverſo latere veniunt, uſque ad
quintum gradum ad ſucceſſionem libertorum vocentur:
ſicut ex ea Conſtitutione intelligere poteſt, ſi eam ſtu-
dem patroni, vel patronæ, vel duorum duarumve plu-
rimve liberi ſint, qui proximior eſt, ad liberti, ſeu
liberæ vocetur ſucceſſionem, & in caſibus, quos in ſu-
pra dividitur ſucceſſio : eodem modo & in iis, qui ex
tranſverſo latere veniunt, ſervando. Pene enim conſi-
gnanda jura negotiantis, & libertinarii in ſucceſſionem
bus ſecerunt. Sed hæc de iis libertinis hodie dicenda
ſunt, qui in civitatem Romanam pervenerunt : quum
omnes ſunt alii libertini fimul, & Dediticii, & Latini
Juniani, quum Latinorum legitimæ ſucceſſiones nullis
penitus erant, qui licet ut liberi vitam ſuam peragebant,
attamen ipſo ultimo ſpiritu ſimul cum anima, atque liber-
tatem amittebant, & quafi feruminis ita bona eorum, jure
quodammodo peculii, ex lege Junia manumiſſores deti-
nebant. Poſtea vero Senatuſconſultio Largianæ cautum
fuerat, ut liberi manumiſſorum non nominatim exhere-
dati facti, extraneis heredibus eorum in bonis Latinorum
præponerentur. Quibus ſuperveniri etiam Junia Treboni
edictum, quod eandem hominem, ſi vivere, vel inge-
nuitate patrono ad civitatem venire ex beneficio principis
ſeſtinaret, facilitat quidem vivum ei rem Romanam,
Latinum Junianum ingenuitate. Sed nulla Conſtitutione pro-
pter hujuſmodi conjecturas dubias, & alias difficultates,
quum ipſis Latinis, etiam poſt ſtatutum Senatuſconſul-
tum Largianum, & edictum Trebonianum, ſuæ hæredi-
tatis ceſſionibus, ut omnes liberi civitate Romana
fruantur : mirabili modo quibuſdam adiectionibus ipſius
vias, quæ in latinitatem ducebant, ad civitatem Roma-
nam capiendam tranſpoſuimus.

SCHOLIA.

a De ſucceſſione libertorum. Servo manumiſſo, miſſi ſunt
a patre, vel matre cognati, & libro Digeſtorum patronus
inſcribto heres exiſtit deſcriptibus ſuis heredibus, id
eſt, liberis naturalibus, aut adoptivis ſuſceptis post li-
bertatem, aut uxore, quæ in manu eſt : nam ſi heredes
patronus excludatur ex lege 12. Tab. patronus autem ſi
liberos instituerit heredes, nullis retentis ſuis hered-
bus naturalibus, aut legitimis, præter dot. bonor. poſſ.
unde liberi naturales, aut legitimi ſecundum patronum
utriuſque ſexus. Deſcriptos autem dicit patronum pro
liberis, agnatis patris naturalibus, & legitimum pa-
trem familias.

b Replentur. Conditione ex lege, non ex facto, per
bon. poſſ. cont. tab.

CAP. VII. *De adoptionibus libertorum.*

IN summa, quod ſuum bonorum admoneri ſe-
nos, cenſuiſſe oportuit, ut ſi nemo eorum, qui
nullos agnatos, aut eiuſdem gradus ſunt, æquiliter bono-
rum pertineant, etiam liceat parenti, uni ex li-
beris adoptivis libertum, qui mortem ſuus ſolus is
habeatur, cui adoptatus eſt, & ceteri liberi,
quoque ad eadem bona nulla adoptatione in-
ter ceteros liberos adoptivos, nihil juris in is bo-
ſuum ſuis liberis naturalibus, & legitimis
ſi ſint, ſuccedere, ſimiliter liberis relictis,
ſuccedere, etiam illegitimis, & bona ad-

A tum filio, nepotive, ſed etiam filiæ, neptive adſignare
permittitur. Datur autem hæc adſignandi facultas ei,
qui duos pluresve liberos in poteſtate habebit, ut eis,
quos in poteſtate habet, adſignare ei liberum libertum-
ve licet. Unde quæreburtur, ſi cum, cui adſignavit
poſtea emancipaverit, num evanefcat adſignatio ? Sed
placuit evanefcere, quod & Juliano, & aliis placuiſſe
videm eſt. Nec intereſt teſtamento quis adſignet, an ſe-
ne teſtamento : fed etiam quibuſcumque verbis patronus
hoc permittitur facere ex lipo Senatuſconſulto, quod
Claudius temporibus Gallum eſt, Suillo Rufo, & Ofto-
rio Scapula conſulibus.

SCHOLIA.

B *a Adſignatione libertorum.* De adſignandis liberis, ita
ſimiliter & de illis : jus autem omne hoc eſt, ut liberi patro-
ni ſimili omnes vocentur ad bona liberti ; *f. alimentorum, ff. cod. tit.* Verba autem S. C. ita concepta ſunt, ut liberi,
qui ſunt in poteſtate adſignationem habeantur. Quid ergo
ſi non nequeunt ſunt liberi, aut ſi poſt adſignationem
emancipati ſuerint, & ipſo quidem jure, ut in hoc loco
Juſtin. ait, non valet adſignatio, ceterum, rutione prætu-
ris valet, ut conſtat ex *l. 7. §. emancipatus, D. cod. tit.* Se-
cundum quam accipiendi eſt lex *utrum, cod. tit.* Lex ait,
Si modo non, &c. quoniam ſi filius emancipatus adſignatum
poteſt, fruſtra ea de re quæritur, niſi in poteſtate ape
pacciores ſint quam duo.

CAP. IX. *De bonorum poſſeſſionibus.*

C Us bonorum poſſeſſionis introductum eſt a prætore emendandi veteris juris gratia : nec ſolum in inte-
ſtatorum hereditatibus vetus jus ſuo modo prator emen-
davit, ſicut ſupra dictum eſt, ſed in eorum quoque, qui
teſtamento facto deceſſerunt. Nam ſi alienus poſtumus
heres fuerit inſtitutus : quinvis hereditatem jure civi-
li adire non poterat, quum inſtitutio non valeat : ha-
norario tamen jure bonorum poſſeſſio efficiebat, ut ſcri-
ptus heres ex prætore adeundæ hereditatis gratia.
Sed & ſi a noſtra Conſtitutione hodie reſte heres inſtitutus, quaſi & ire civili
ſtitutione hodie reſte heres inſtitutus, quaſi & ire civili
non incognitus. Aliquando tamen neque emendandi,
neque impugnandi veteris juris, ſed magis confirman-
di gratia introducitur bonorum poſſeſſionem. Namillis quo-
que, qui recte facto teſtamento heredes inſtituti fue-
dat ſecundum tabulas bonorum poſſeſſionem : item ab
inteſtato ſuis heredes, & adgnatos ad bonorum poſſe-
ſionem vocat. Sed & remota quoque bonorum poſſe-
ſione, ad eos pertinere hereditatem jure civili.

D §. 1. Quum autem prætor ſolus vocat ad hereditates
heredes quidem ipſo jure non ſunt : nam præter ho-
dem facere non poteſt : per legem enim nemini
mitem ſolos Conditionem heredes ſunt : vel
Senatuſconſulta, & Conſtitutiones principales.
quem eis præter dictum bonorum poſſeſſionem, quo he-
redum, quibus ſolum bonorum poſſeſſionem dedit, ſed & ſimpliciter heredes ſcribere gradus præ-
ſcripſit. Adhuc autem ſimpliciter heredes ſcribere gradus præ-
ſcripſit. Adhuc autem ſimpliciter heredes ſcribere gradus præ-
ſcripſit in bonorum poſſeſſionibus. Nam adgnatos, qui
ne quis ſcribere, ſed & ſuos heredes, & ſine in
nabus continentur per ſolam duodecim tabularum ho-
poſſeſſionem hereditatum, præter ex bonis
E dijuratorum.

§. 2. Sunt autem bonorum poſſeſſiones ex teſtamento
quidem hæ. Prima, quæ datur ſecundum tabulas
rorque Cauſa, tabulis ſcripti heredes ſunt, ſi
ſcripti heredibus præter pollicitur
ſcripti heredibus præter pollicitur
ſcripti heredibus præter pollicitur

cipere, De unjuge. cum emancip. lib. 8. aliud in l. ex duobus, 6. filius, D. de bon. poſſeſſ. cont. tab. & in l. ſi infans, 5. fin. C. de jur. delib. l. Bonorum. C. qui admitti. l. contra, D. de inoff. testam. Bonorum poſſeſſio ſitis agnoſcendæ gratia decretalis eſt, ut me dixiſſe credo in tit. *de oneſt. poſſ. l. Eorum.* Vulgo hic locus ita corruptus eſt ut nihil ſit inquinatius.

A fum continetur. Verbs reſcripti ita ſe habent: Si Virginio Valenti, qui teſtamento ſuo libertatem quibuſdam adſcripſit, nemine ſuccedente ab inteſtato exiſtente, in ea cauſa bona eius eſſe cœperunt, ut venire debeant, is cujus de ea re notio eſt, adhuc rationem defferri tui hæbebit, ut libertatum tam earum, quæ dirpto, quam earum, quæ per ſpecies fideicommiſſi relictæ ſunt, tuendarum gratia adjudicatur tibi: ſi idoneo creditori hoc caveris de ſolido, quod cuique debetur, ſolvendo. Et ſi quidem, quibus directa libertas data eſt, perinde liberi erunt, ac ſi hereditas adita eſſet. Si autem ex fideicommiſſo manumittendi ſint, ea libertatem conſequentur: ita ut ſi non alia conditione vel bona tibi adſcti, quam ut etiam qui directo libertatem acceperunt, tui liberti fiant. Quod huic etiam volumini tuæ, ſi ſit, quorum de ſtatu agitur, confentiant, ſuadentem noſtrum accommodatum. Et ne hujus reſcripti tua ſimplicitas deceptionem aliquam patiatur, ſtatuit, ſi ſtlicus à bona agnoſcere voluerit, & ii, qui rebus noſtris attendunt, ſcirent commodo pecuniario præferendum libertatis favorem, ſunt cogenda ut libertas iis ſalva ſit, qui eam adipiſci poterunt, ſi hereditas ex teſtamento adita eſſet.

§. 2. Hoc reſcripto ſuſtinentur & libertatibus, & defunctis, ne bona eorum a creditoribus poſſideantur, & venant. Certe ſi fuerint hæc de cauſa bona adſcta, cefſat bonorum venditio: exiſtit enim defuncti defenſor, & quidem idoneus, qui de ſolido creditoribus caret.

§. 3. In primis hoc reſcripturn totiens locum habet, quotiens libertates directæ ſunt. Quid ergo ſi quis inteſtatus decedens, codicillis libertates dederit, neque adita ſibi ab inteſtato hereditas? favor Conſtitutionis debebit hoc locum habere. Certe ſi teſtator decedat, & codicillis dederit libertatem: competere eam nemini dubium eſt.

§. 4. Tum etiam Conſtitutioni locum eſſe verſa oſtendunt, quam nemo ſucceſſor ab inteſtato exſtat: ergo quamdiu incertum eſt, utrum exſtat, an non, cefſabit Conſtitutio. Si certum eſt exſtare, neminem exſtare, tunc erit Conſtitutioni locus.

§. 5. Si is, qui in integrum reſtitui poteſt, abſtinet ſe ab hereditate, non habere, certo in libertate reſtituit, poteſt admitti Conſtitutio, & bonorum adſcitio fieri. Quid ergo ſi poſt adſcitionem libertatum conſervandarum, res ipſas, in quibus ſervitus ſit conſtituta? Utique non erit dicendum revocari libertates, quia ſecuti competerunt.

§. 6. Tum Conſtitutio libertatum tuendarum cauſa introducta eſt, ergo ſi libertates nullæ ſunt datæ, ceſſat Conſtitutio. Quid ergo ſi vivus decreſſit libertates, vel mortis cauſa, & ne de hoc quærere attinet: in fraudem creditorum, an non factum ſit, idcirco veluti ſibi addici bona: ab inteſtati ſunt? Et magis eſt ut audiri debeant, qui dicunt, ſervis Conſtitutionem ſe tueri.

§. 7. Sed quum multas diviſiones cujuſmodi Conſtitutionis deceſſe perſpexiſſet, iure eſt a nobis plenißime Conſtitutio, & quæ multis ambagibus antea tradita fuerant, hujuſmodi ſuccinctionis planißimum eſt effectum: ut ex ipſa lectione Conſtitutionis poteſt quis cognoſcere.

SCHOLIA.

a De eo tit. Prætoris officium his tribus verbis continguntur, ait, *Cujus de bonis*, inquit, *libertatis*, dixit tum, *Addicii rem*, quæ creditur in jure, addicit bona libertatum conſervandarum cauſa: nam hoc additio decreti Prætoris fit, *l. 1. pr. §. ſuſpendere. l. 2. §. 1. l. 3. §. 1.* quaſi bonorum poſſeſſor eſſe dicitur, in eos bona addicta ſua, *d. l. reg. 5. ſi autem cui bona addicta ſint, ſed ab alio.* Tab. Cerialis *lib. 7. reg.* Et ſi bona addicta ſint, non habendi legibus, quas in Elacea Senatu legi, ſed tamen Hiſpani liberti Auguſti, & Dolabellæ, de libertibus agentium nonnulli. Per hanc autem ita ſcriptum reperi. *Ejus de ea re ſententia & addictio eſto*, quo nimirum quasi ſuo-

B

C

D

E

In Inſtit. Domin. Juſtiniani. Lib. III. 1046

ſuperiorem verborum interpretatio.

b Bona agnoſcere. Conſtitutioni locus eſt etiamſi ſiſcus agnoſcat bona: hoc eſt libertates conſervantur, videlicet ſi ſcum bona venum itura eſſent, extaneeque nonnulli, qui bon. addictionem a Prætore poſtularent, ſiſcus ipſe bona agnoſcere voluerit, aliquin vacantibus bonis ſiſco vindicatis conſtitutio ceſſat, *l. quod Divo, D. de manum. teſt.* & hoc idem ſignificare voluit Ulpian. in *l. reg. 5. ſed conſtitutio.* Sed locus quoque in medium deperavatus eſt: in eodem enim ſunt vitio Florentini libri, & Norici, quo & ceteri. Florentini ſic habent. *Quare & ſi cuſtodiæ bona libertatis ſint: ſolum erit prudendum.* Norici: *Quare & ſi qua duntz:* manuſcripti quidem, *Quare & ſi cadueis legiones:* quidam, *quare & ſi cadiuei legiones:* ſed ſententiam ſuam ſubſtituit cum emendari poſſe in hunc modum. Quare & ſi caducatis legibus bona defata ſint: eam quæ defuit lacunam, legibus defata ut ſint neceſſe eſt, ſupplet. Igitur ſiſco ſitis ſuſtinentibus caducatis, legę Julia & Papia, ſiſcus, ſic jul. in *l. quidam, 5. ſenatus. D. de jure fiſci.* *Quidam ſine liberis bona non capiunt ad fiſcum pertinent*, ſic Ulpianus in Fragmentis: *Populo*, inquit, *bona deferuntur ex lege Julia caducaria.* De lege autem Papia caducaria mentio eſt in *Tit. de cad. tol.* errorem inde manaſſe puto, quod compendio fortaſſe ita ſcriptum eſſet *Cad. leg.*

CAP. XII. *De ſucceſſionibus ſublatis, quæ ſolebant per bonorum venditionem fieri ex Senatuſconſulto Claudiano.*

ERAT ante præditum Senatuſconſultum aliis & aliis per univerſorum ſucceſſiones: qualis fuerat bonorum emptio, quæ de bonis debitoris vendendis per multas ambages fieri coepit introducta, & nunc temporibus Juſtiniani in dubia ordinaria in uſu fuerunt: ſed quam extraordinaria ſit judicis poteſtas uſi eſt *ideo* cum ipſis ordinariis judicibus etiam bonorum venditionem exercuerat, & tantummodo creditoribus datur officio judicis bona poſſidere: & prout utile eis viſum fuerit, ea diſponere, quod ex Senatuſconſulto Claudiano ſublatum apparebit. Erat & ex Senatuſconſulto Claudiano miſerabilis per univerſitatem abſolutio: quam liberi mulier ſervili animo hactenus ſuſtinebant, ut ſe bonis exponerent. Unde populus, ſi ea fuerit ſuſtoritate non debitum per errorem dantem eſt, non repetebat. Sed hæc ſpecies obligationis non quum multa dantem. Sed hæc ſpecies obligationis non videtur ex contractu conſiſtere: quum is, qui ſolvendi animo dat, nullum ſibi contrahere intendat negotium, quo contrahere. Item is, cui res aliqua utenda datur, id eſt commodatur, re obligatur, & tenetur commodati actione. Sed & ex ea re obligatio non exoritur, longe diſtat namque non ita res datur, ut ejus fiat: & ob id de ea re ipſa reſtituenda tenetur. Et ejus quidem, qui mutuum accepit, & qui mutuo res datur, ſed ea ſola amittere, quæ accepit, veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronum hoſtiumve incurſu: nihilominus obligatus permanet. At is, qui utendum accepit, licet quidlibet eorum diligentiam cuſtodiendæ rei præſtare debeat: nec ſufficit ei tantum diligentiam adhibuiſſe, quantam in ſuis rebus adhibere ſolitus eſt: ſi modo aliam diligentiam poſſe ſuis rebus cuſtodire: ſed propter maiorem vim manifeſtæ cauſæ non ſuſtinet. Unde ſi modo agros ſuos occupaſſe is cafus intervenerit: aliquo ſi id, quod tibi commodatum eſt, peregre tecum ferre maluerit, & vel inſtrumenta fabrilia prædonumve, vel naufragio amiſerit: dubium non eſt, quin de reſtituenda ea re teneatis. Commodatum autem res tunc propriæ intelligitur, ſi nulla mercede accepta, vel conſiſtura res tibi utenda data eſt: aliqui mercede interveniente, locatus tibi uſus res videtur. Gratuitum enim debet eſſe commodatum. Præterea & is, quod quem res aliqua deponitur, re obligatur, & actione depoſiti: quia & ipſe de ea re, quam accepit, reſtituenda tenetur. Sed & in ea re ſolo tenetur, ſi quod dolo commiſerit: ut culpæ autem nomi-

CAP. XI. *a De eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur.*

A Ceſſit novus caſus ſucceſſionis ex Conſtitutione divi Marci. Nam ſi is, qui libertatem accepturus donatus in teſtamento, ex quo non adiit hereditas, velint bona ſibi adſci libertatum conſervandarum cauſa, audiuntur.

§. 1. In his divi Marci reſcripti ad Pompeium Ru-

CAP. XIII. *De obligationibus.*

NUnc tranſeamus ad obligationes. Obligatio eſt juris vinculum, quo neceſſitate adſtringimur alicujus ſolvendæ rei, ſecundum noſtræ civitatis jura. Omnium autem obligationum ſummа diviſio in duo dirimitur: namque aut civiles ſunt, aut prætoriæ. Civiles ſunt, quæ aut legibus conſtitutæ, aut certe jure civili comprobatæ ſunt. Prætoriæ ſunt quas prætor ex ſua jurisdictione conſtituit, quas etiam honorarias vocantur. Sequens diviſio in quatuor ſpecies deducitur. Aut enim ex contractu ſunt, aut quaſi ex contractu, aut ex maleficio, aut quaſi ex maleficio. Prius eſt ut de iis, quæ ex contractu ſunt, diſputemus. Harum quoque quatuor ſunt ſpecies. Aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut conſenſu, de quibus ſingulis diſpiciamus.

CAP. XIV. *Quibus modis re contrahitur obligatio.*

Vel in hoſtium. Captivus in rebus peculiaribus uſucapere poteſt, *l. ait prætor §. bi plane, ff. ex quibus cau. maior.* nam & in eis rebus furioſi atque ignorantes uſucapere poſſunt, *l. 4. furioſus, l. ſi furoſo §. de uſucap. l. 2. ff. pro ſuoto* . Interpretes male interpretantur §. *furioſus*, mihi ſententiam hanc habere videtur, furioſum quod ante furorem capit poſſidere uſucapit: ita vero demum poſſunt furentes uſucapere poteſt, ſi per furorem, aut filium poſſident ex cauſa peculiari: nam ex cauſa ſuæ furioſitatis, qui ignorantium loco funt, uſucapio procedit.

y Invita omnia. Annum cum dicimus fere utilem accipimus, de quo multa ſcripſi *in l. ſi ſervus, ff. ad ſenat. cons. ex Quibuſdam.* Ita, qui funt in ſervitute, in vinculis, & adverſis eos, abſentibus adverſis præſentes, & generaliter ii, qui nihil cauſæ exiſtit contra uſucapionem *Accommodat.* Accommodari dicuntur que inſtituuntur.

z Item ſi quis. Hanc actionem Accurſius & Theophilus Paulianam appellant ex *l. videamus, §. in Fabianum, ff. de uſur.* quoniam primum a Paulo pretore in edicto proponita eſt: quæcumque actiones nomen a prætoris edicto ſumunt, in factum actiones funt, ut Publiciana in fubjecto eſt actio, & hæc ipſa Paulina eſt: Fabiana item, five Calviſiana in eſſum eſt actio, & ut paucis abſolvam, in factum funt omnes actiones, quæ vulgare & legitimum nomen non habent: ideoque in factum ſunt in *ſolutum*, quod ſimplicem fuiſti narrationem complectitur. Ceterum actione Pauliana, id eſt, ex edicto perpetuo ad exemplum Paulianæ edicti proponenda, ea quem alienata in fraudem creditorum. Fabiana five Calviſiana, hoc eſt ex edicto perpetuo ex exemplum Fabiani edicti, & item Calviſiani edicti, recuperantur, in illo *bonis poſſeſſoribus* data in fraudem patroni: uſus fum revocandi verbo, quia reſciſſoria ſunt revocatoriæ & reſtitutoriæ actiones.

a Poſſeſſio. Addatur tertium illud, quod ſolet nonnulli dubitor quodam retinuit in bonis, *d. l. pen. l. ait prætor §. 1. ff. eod.* nam ſi omnia bona alienaverit, fatis eſt, ſi creditores jubentur bona debitoris poſſidere ea quidem retinuerit, ea in primis diſtrahere neceſſe eſt: cui rei cum curator bonorum præficiatur, eam ob rem pretor in edicto curatori bonorum alienatorum actionem dat. *l. 1. §. eodem* . Ceterum intra annum ex actiones infolidum danfur, poſt annum certum dantur, quatenus ex fraude locupletior factus eſt, *l. ait prætor, §. 1. ff. eod. l. pen. ff. de interd.* Et in hoc quidem diſtat Pauliana a Fabiana five Calviſiana actione: nam Fabiana actio eſt perpetua, *l. 3. §. hæ actiones, ff. ſi quid in fraud. patr.* quæ non omnino refcidat a libero jure fuſtas traditiones, *l. 1. §. ſi quis in fraudem, ff. eod. tit.*

b Reſciſſo traditione. Traditionis nomen comprehendit omnem rationem acquirendi dominii, ut & ſtipulationis nomen in libris noſtris comprehendit omnem rationem acquirendæ obligationis: ſic & in libertatibus datis in fraudem his actionib. non utimur, quoniam libertates nullæ funt ipſo jure, id eſt, ex lege Ælia ſentia, *l. Fervum ſilii, §. ſanè ſervus, ff. de lege Æ. Sent. l. Cum ſervum, in princip. qui & quib. ex cau. manum. non poſſunt* , non tantum ſi in fraudem creditorum, ſed etſi in fraudem patroni dare fint, quemadmodum Ulp. ſcribit in *l. Imperium, §. Julianus, ff. de Cajus lib. 1. Inſt. tit. 1.* Ceterarum rerum alienationes nulla lege prohibentur, & ideo reſciſſoriis actionib. opus eſt. De Falc. Vid. Calvif. ſit mentio in *l. Falcidia, ff. de lib. & poſth.* & in *l. quod ſi dicam, §. idem ſcribit, ff. de pecu. leved. l. quæres, §. 1. ff. de folut. l. 2. §. Quod ſi in fraud. l. ſi liber cum mater, ff. de tut. patron. l. 2. §. ſi quis a patre fac. man.* De Paul. jure Cicero ſenſit in 1. ad Articum, dum ait, Cæcilius avunculus tuus a P. Vario cum magna pecunia fraudaretur, agere coepit cum eo ut ſtatre Caninio Satyro de iis rebus, quas cum dolo malo mancipio accepiſſe de Vario dicerent, ita aperiunt ceteri creditores. Scientium eſt non tantum Paulo de his re actionem propoſitam eſſe, ſed etiam interdictum, quod fraudatorium dicitur, *l. ſi poſſederet, ff. ad Trebell. l. papil. ff. de folut. l. 1. C. Theod. de in integ. reſtit.*

conjuncta *l. 1. C. de mag. conjun.* Edictum, ex quo Pauliana danar, proponitur in *l. 1. ff. que in fraud. credit.* interdictum Fraudatorium in *l. ait prætor, eod. tit.* ita ut hæc poſſit inter Paulianam, & in factum actionem conſtitui differentia, ut hæc ſit ex interdicto, illa ex edicto, quamquam & illa in factum ſit actio, ut ſupra dictum eſt. Simili autem modo de rebus coloni pro pruſione pignori obligati, non tantum Serviana actio competit, ſed etiam hæc Salvinnum interdictum, *ſi colonus quoque, de interd. l. 2. §. adipiſcendæ, ff. eodem tit.* in Serviana actione de proprietate, in Salvinno interdicto de poſſeſſione ſuperiori, in Salvinno interdicto poſſeſſor vincit, in Serviana is vincit, qui non poſſidet, *l. 2. ff. de Salv. interd.* nam etſi hæc dicat, cum inter creditores pignoris, quibus æquales res inſolidum obligata eſt Serviana agitur, melioremve eſſe poſſidentis conditionem, *l. ſi debitor, ff. de pignor.* id tamen ſic que exceptionis, non ipſo jure, id denique fit per exceptionem, *l. ſi fundus, §. ſi duo, ff. eod. tit.* Porro interdictum Salvianum hoc ait tantummodo adversus debitorem dari, *l. 1. C. de pign. & Salv. interd.* quod utique verum eſt directo non utiliter, *l. 1. ff. eod. tit.* Ut autem exemplo Serviana comparata eſt quali Serviana actio, idem & de interdicto Salviano tentari poteſt ex *d. l.* quæ de quovis debitore loquitur. Sed ut ad rem propoſitam redeamus, tam Paulianæ actio, quam in factum ex cauſa interdicti fraudatorii idem nomen finitur, ſcilicet quæ contra jus civile, id eſt, contra jure factas alienationes. Annus in utraque actione ex die venditionis bonorum computatur, *l. ait prætor, §. fin. l. ait prætor, §. annus, ff. quæ in fraud. cred.* id eſt, a quo die creditores bona creditoris poſſederunt, & diſtraxerunt, *d. l. 1.* in illo loco, *bonis ejus poſſeſſis, §. fin.* in illo *bonis poſſeſſis, & diſtractis, C. de revoc. his, quæ in fraud. credit.*

c Item Serviana. Serviana actio eſt; qua perſequuntur ea, quæ in prædium ruſticum ſolent inferri, aut invehi, videlicet ſi ita, convenerit, ut invecta atque illata pignori eſſent, *l. ea res, ff. in quib. cauſ. pig. vel hypot. l. 3. ea res, §. 1. C. eod. tit.* Salvinno interdicto, *ſi colonus, de interd.* Et hoc quidem diſtat coloni ab inquilinis, nam que in urbana prædia introducta & illata, funt tacite pignori obligata, etiamſi nihil de ea re conveneric, *l. item quia, ff. de pofl. l. 3. l. 4. l. ſicet, ff. in quibus cauſ. pign. l. ſolutam, ff. de pign. act. l. uls. C. eod. tit.* quæ diſtinctio ſublata eſt, *l. ult. C. de tacit. hypoth.* Ceterum de locatoris exiginum, *d. l. certi.* Curautem tacita hypotheca in urbanis prædiis introducta eſt, non etiam in rufticis? Diverſa ratio eſt, quoniam urbani prædii fructus invecta, illata, inducta, importata, tacite pignori eſſe non credantur, cum ibi nata tacite obligata ſint, *l. in prædiis, ff. de pignor. act. l. 1. C. eod. tit. l. 1. §. 1. ff. de ſervit.* Ita proterea quod morio olim fuit colonum fructus, inquilinum invecta & illata pro penſione pignori obligari, *l. 7. ſi pro colono, ff. de pignor. act.* Sed hæc in libertatibus, quibus ſimilem ex ufu rerum introducta eſt tacita hypotheca in fructibus prædiorum rufticorum, & in eis, que in prædia urbana illata atque invecta eſſent, & ea probare videtur *l. eo jure, ff. in quibus cauſ.* Hæc de Serviana actione. Quali Serviana omnibus hypothecariis actionibus competit, five rapertum, five non, quæ ebecam habeant, cui nomen eſt ex eo quod in eadem exemplo Serviana, *l. 1. C. de pign. & Sal. interd.* ut & Salvinno Servianæ dicitur, *l. 2. §. ſi ſervus, ff. de pignor. l. 2. §. quibus mod. pig. & utiliſ actio, l. 1. debitor, ff. de pignor.* & Serviana actio paſſim in Digeſtis, *ſub titulo de pignor. & tit. quibus mod. pig. vel hyp. l. acceptum, C. de obſer. l. fin. C. de obſig. & action.* intelligitur autem utilis Serviana, & nonnumquam pignoratitia actio, ut oſtendi in *tit. C. de pig. act.* plerumque autem hypothecaria actio vocatur. Roges me utra actio detur de inquil. rebus? dicam quid Servianam dari? nam de colono dumtaxat rebus Servius actionem, ut Salvinno interdicit. pollicitus eſt, quemad. & hoc §. perpici poſſe ex *tit. Sal. interd.* Itaque de rebus inquilini certe

rorum omnium debitorem, tam quod Serviana, quam A id eſt, propalam & in prompru: Unde in *l. ſi quis id quod, ff. de furtiſeſt.* Si quis id, quod in albo, vel in charta, vel in alia materia propoſitum erat, id eſt, ſi quis id quod palam, vel in charta, vel in alia materia: & apud Livium lib. 9. Cæſus Flavius Falto circa forum in albo propoſitur, ut quando lege aqi poſſet, ſcirerur, id eſt, in aperto & in expedito. Nam ridiculi funt qui album tabulam dicunt eſſe, aut parietem dealbatum. Theophilus edictum eſſe ait *τὸ ἐπιτεθὲν ἐν τοῖς ἀγορανομίοις γραμμάτιον*, id eſt, charta literis, ut in *l. ſed eſt populus, §. profectiores, D. de mil. eſt.* unde exiſtimo conſtanter dici poſſe, ſcirer nondum ea lege, quæ in charta eſſet, aut in alia materia ſic ab ſcheda, in *l. remotiſſ. C. de fide inſtrum.* ita album eſſe quodquid puret, nitide, neque ex ordine conſcriptum, ut in *l. 1. §. ſi quis ſervum, ff. de edendo* & ſchedis indicrefte, confuſe, & extra ordinem, & hoc ſenſu album decurionum dicimus, id eſt mandum decurionum, in *l. 3. §. 1. ff. de decur.* Ulp. in *l. 1. §. de edicto. Eum quoque, inquit, edere, Labeo ait, qui producat adverſarium ſuum ad album, & demonſtret ea quo edicto* (ſic enim jubendum legendum eſſe animadverti) *aſſervet ſibi, vel id dicendi, quo ait edici*, quorum verborum ſenſus ſic eſt. Rem aliquam, vel rationem, qui rem, cujus eſt album, eſſe, ad mandum decurionum, in quo edicta claris literis deſcripta ſunt, & quidto demonſtret ex quo edicto album eſt, vel ſi id edictum plicat, quo ſibi ſervetur. *Et in eum, qui patronum.* Eſt alia actio in factum ponenda, ſi quis in eum venerit parentem, aut patronum, ceteraque quæ ad hanc rem pertinent, ſuo loco comprehendatur. in jus vocaverit: nam in eum duntaxat quinquaginta aureorum actio, quæ pœna actori infertur, *l. ſi libertus, §. penult. l. 1. ad. l. Jul. de vi, priv.*

De rebus edictis. Quum enim Fabiana non omnino reſcindat traditiones, *d. l. 3. §. quia in fraudem* , non ram in rem patronus, quam in perſonam, cum poſſeſſione quæ cum debitore ageret vidtur, *l. quod ſi in eorum, §. idem ſcribit, de pec. leved.* Verumtamen ut in actionibus in rem, ita in hac adhuc in litem iuratur, *Interea, ff. ſi quid in frau. patr.* quæ res Azonem movit ut diceret, hanc actionem eſſe perſonalem in rem ſcriptam, & quaſi miſtam actionem. Ita certum eſt, creditores pro ſequanimi, in actione Paulinæ de fraude eaque quæritur, qui ſuccefſionem ſperant: nam parentis Fabianæ de fola liberti fraude dignoratur, *d. ſi quis in fraudem, l. vel ſervo, §. hæc actiones, §. multi modo, ff. quæ in fraud. credit.* Ita ſi quis ſervum, qui ſub conditione ſit manumiſſus, ita denierit excuſſis & diſtractis, tunc creditores ex edicto ſervum non poſſunt. Fabianæ bona eſt quotpondo ſolidi, *l. 1. §. ſi quis ſervum, ff. de edendo* & ſchedis indicrefte, confuſe, & extra ordinem, & hoc ſenſu album decurionum dicimus, id eſt mandum decurionum, in quo edicta clarius deſcripta ſunt, & quidto demonſtret ex quo edicto album eſt, vel ſi id edictum plicat, quo ſibi ſervetur. *Et in eum, qui patronum.* Eſt alia actio in factum ponenda, ſi quis in eum venerit parentem, aut patronum, ceteraque quæ ad hanc rem pertinent, ſuo loco comprehendatur. in jus vocaverit: nam in eum duntaxat quinquaginta aureorum actio, quæ pœna actori infertur, *l. ſi libertus, §. penult. l. 1. ad. l. Jul. de vi, priv.*

De rebus edictis ſunt. Si quis in eius vocatum per fe aut per alium ſe exeantit, in eum datur actio in factum, non ad id quod intereſt, ſed quanti ea res eſt, adeo actionem a temporando in litem.

Item ſervum. Si ſervus ex noxæ edictio ad prætorem manducere, ita vero ſi ſe ut in judicium, id eſt, ad prætorium judicem vocatus ſi exiſtimatus, non ſiſtendo bona ejus, *l. 1. §. ſi ſervum, ff. de noxal. act.* Ita ſi quis ad id quod intereſt ramaverit, quam res competit adhuc ex edicto de eo, perquem factum erit, quo minus quis in judicium ſiſtat, aut

Poſſeſſionis. Prædicitur propoſitæ actionis bona funt, adhuc tamen verbo continentur, *l. ſervum, §. de edict. d. Adrian. l. 1. §. ſi ſervum, ff. de noxal. act.* Ita ſi quis in eum edictum ſit, quo ſervum in jus vocaverit: cur autem propoſitæ actiones non fint videamus. Actiones in rem, ut verbi gratia, ſi reperas, quæ ſervum tuum eſſe debeat, ut rem, de qua agitur a L. Titio poſſideri neque relinqui, tum L. Titius damnetur: in propoſitæ actione non adjicitur poſſeſſoria clauſula, ut tamen L. Titius damnetur: nam præjudicia ex ſola intentione condunt, quemadmodum refte Theophilus animadvertit, *ἐν τῇ ἐπιτάσει τὸ κρίνεσθαι*, in intentione eſſe, ſiſtantibus eſſe. Sane indicio ſic recte non agas, ſi pares Primum Secundo eorum debere: tum proponitur Primus Secundo eorum eſſe debere: ut poſſeſſio ita refte agas, ſi apparet Titium liberum eſſe, tum propinquitatem Titius liberum eſſe, judex pronuntiat liberum eſſe, ſi non eſſe, ſi non eſſe, aut ſtipulatione, E vel non eſſe. quemadmodum & in aliis præjudicialibus cauſis, *l. cum ſatur, C. d. proc. C. de ord. judic. l. Divi, §. reſtit. l. ſi quis ſervum, ff. de rei vind.* nam ante Divi cum conditionis eatus in *l. pretio, C. de pact.* pronuntiatur, ſi certum dominium, propinquitatem ipſo pronuntiante eſſe, ſi non eſſe, ſi non eſſe, ſi non

lante redduntur, præjudicia alterutra parte postulante redduntur, *d. l. fin.* & ideo non tantum eo postulante, qui se dominum, aut patronum, aut parentem dicit, vel qui se parentem negat, sed illo etiam, qui se liberum aut libertum, aut filium esse, vel non esse dicit. Itaque præjudiciorum species hæ sunt, si quis alium in servitutem petat, si quis in libertatem se vindicet, si quis se patronum dicat, si quis ingenuum se dicat, aut se L. Titii libertum esse neget, *d. l. fin. l. si quis a liberis, §. solent, D. de agnosc. vel alend. lib. l. quoties, D. de probat. l. adoptivum, §. 1. D. de in jus voc.* Si quis se parentem esse dicat, ut in *l. 1. §. per hanc, ff. de rei vindic.* si quis se parentem esse neget, si quis se filiumfamilias esse neget; ut in *l. si filius, ff. de probat.* Si quis L. Titium parentem suum esse dicat, vel si uxor edito partu, constante matrimonio maritum parentem esse dicat: & hoc est, quod de partu agnoscendo præjudicium dicitur, vel etiam si nurus nato postumo, de nepote agnoscendo cum socero agat, in cujus potestatem recasurus est, *l. 3. §. 1. ff. de lib. agnos.* nullum vero tale præjudicium est si quæratur an uxor sit: nam quod ait *d. l. 3.* locum esse præjudicio, si disceptetur an uxor fuerit, eo pertinet, ut in quæstione an filius sit, illa disceptetur an uxor fuerit: plane de liberis agnoscendis præjudicio agitur, qui modo in familia sint, *d. l. 3. §. illud, & §. fin.* de agnoscendo fratre, consobrino, uxore non agitur. Sunt igitur eæ præjudiciorum species, quæ a me superius explicatæ sunt. Dixi præjudicio agi de partu edito constante matrimonio, id quod S.C. inductum est temporibus D. Hadriani: illud notandum est de partu edito post divortium, illud S.C. factum est, quod Plancianum dicitur in *l. 1. & l. 3. ff. de agnos. vel alen. lib.* cujus & illud caput extat in *l. beneficio, ff. ad leg. Falcid.* a quibusdam Plautianum dicitur, sed pandectæ Florentinæ habent Plancianum. Verum si maritus ea prætermiserit, quæ S. C. Planciano continentur, non præjudicio, sed extra ordinem partum agnoscere cogitur, quoad ipse prior præjudicio obtinuerit se parentem non esse: quod si ea maritus non prætermiserit, non nisi præjudicio partum agnoscere cogetur. Præterea decretum alimentorum, etiamsi in eo summatim a prætore quæratur an parens, aut filius, aut libertus sit, sustinetur quoad præjudicio actum sit, *l. si quis a liberis, §. meminisse, §. solent, ff. de agnosc. vel alend. lib. l. pen. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur.* Omnes autem supradictæ præjudiciorum quæstiones si definiantur, non possunt non multis aliis quæstionibus & causis magnum præjudicium afferre, & hoc scilicet, ut aliis quæstionibus præjudicium faciunt, ideo receptum est, quia majores sunt causæ, utpote de statu & condicione personarum. Regula autem juris est, majorem causam minori facere præjudicium, minorem majori non facere præjudicium. Eum, qui de minori re prætorem adierit, hac exceptione repelli, quod præjudicium rei majoris pecuniæ non fiat, videlicet si jam de re majori apud Prætorem mota controversia sit: nam si apud Prætorem de re majori mota controversia non sit, non obstabit exceptio præjudicialis ei, qui prius de minori re judicium a Prætore postulaverit, *l. fundum cum duabus proximis, l. rei majoris, ff. de except. l. fin. C. de petit. hered. l. per minorem, ff. de judic.* denique si jam de re majori lis contestata, & judex acceptus sit, de re minori cognitionem postulanti, hujusmodi exceptio opponi non potest: futuri enim judicii non constituti, & jam accepti judicii nomine præjudiciales exceptiones comparatæ sunt, ut ait *l. si post litem, ff. de except.* Illud tenendum est, non omnes quæstiones, quæ aliis præjudicium faciunt, præjudiciorum, aut præjudicialium actionum nomine censeri: ut ecce vindicatio fundi præjudicium facit vindicationi servitutis ei fundo debitæ, non tamen præjudicialis est actio, quia similem pro[illegible] conclusionem non habet, quia ab alterutra parte [illegible] non potest, quia per se sola præjudicialis [illegible]. Præjudiciales actiones, quibus [illegible], ut majoris rei quæstiones rei minoris quæstionibus præ-

ferantur, præjudicia appellantur in *tit. de except. præscriptionibus, & præjudiciis.* Latius ergo patet præjudicii, quam præjudicialis actionis nomen: nam præjudicii nomine tam actio præjudicialis, quam exceptio illa, quod præjudicium non fiat, significatur: exceptio autem & præscriptio generalia sunt nomina. In exceptionibus quæri solet, quis actoris partibus fungatur, *l. in exceptionibus, ff. de probat.* In præjudicialibus exceptionibus id pro regula traditum est, eum actoris partibus fungi, & probationis onera subire, qui habet intentionem secundum id quod intendit, *l. generaliter, ff. de except.* id est, cui ei quod intendit proximi & affinis actio superest.

o Fere. Dixit *fere*, quoniam si quis ex servitute in libertatem se vindicet, in eo præjudicio non nisi in modum contradictionis dominii quæstio inducitur, & quia jure civili contraria actio non datur, nisi cum de servitutibus realibus est quæstio. Ceterum tunc de dominio principaliter quæritur, cum quis alium ex libertate in servitutem petit, & tunc præjudicium vere civile est. Theophilus hanc particulam omisit, miror cur non dixerit superesse, ut fecit in *§. is vero, sup. de rer. divis.* in quo tamen ideo *fere* additum est, quia si colonus maturis fructibus nondum tamen perceptis, decesserit, eos heres coloni perceptione suos facit, quod in fructuario non observatur.

p Ex quibus. Præjudicium, in quo quæritur utrum servus sit, an liber, civile est, quia in eo de dominio mancipii quæritur. Dominii autem vindicatio civilis est, in ceteris præjudiciis de jure patronatus, & de patria potestate quæritur, quæ velut quasi dominia sunt, & ideo non sunt a jure civili.

q Sic itaque discretis. An dominus rem suam condicere possit, de eo scripsi satis copiose in *lib. 4. C. tit. de condict. indeb. & de condict. furt.* De variis actionum in rem atque in personam appellationibus in eodem libro scripsi, *tit. de condict. ex lege.* Illud addendum est, hoc in loco actiones in rem, aut res ipsas, quæ vindicantur in XII. Tabul. vindicias appellari, ut cum lex dicit vindicias dari secundum libertatem, *l. 2. §. initium, ff. de orig. jur.* vindicias eos testibus præsentibus sumere, inter quos controversia est, quod Sext. Pompejus scribit in dictione *superstites*. Æmarus Ranconetus vir summus & excellens, *tit. de judiciis* a Triboniano depravatum fuisse existimat, quippe cum in edicto perpetuo ita inscriptus esset de vindiciis: nam sub eo generali titulo, omnes vindicationum species proponuntur. Proponitur in primis querela inofficiosi testamenti, quam vindicationem esse constat, sive petitionem hereditatis, *l. Pap. §. quoniam, l. qui repudiantis, l. mater, §. 1. l. eum qui, §. fin. l. si instituta, l. qui de inofficioso, ff. de inoff. testam. l. si quis filium, C. eod.* deinde proponitur petitio hereditatis, quæ multum profecto distat a querela inofficiosi, aut petitione hereditatis de inofficioso: nam hæc datur adversus eum, qui juste possidet hereditatem, ut puta adversus heredem scriptum, etiam coheredem, *d. l. Papin. §. unde*, & fideicommissarium, *d. l. Papin. §. meminisse*, & præteritum, *l. filii* [illegible] *poss. cont. tab.* illa adversus eum datur, qui nullo jure possidet, *l. regulariter, ff. de petit. hered.* Sed tamen, ut recte Paulus scribit *lib. 4. Sentent.* qui inofficiosum dicere potest, hereditatem petere non prohibetur, ab eo scilic. qui heres scriptus est, & qui ideo jure [illegible], nam etsi petitio hereditatis in eum non detur, qui justo titulo possidet, æquum tamen est eam dari, [illegible] agit, paratus est inofficiosum testamentum dicere, [illegible] *C. de inoffic. testam.* Proponitur etiam possessoria & fideicommissaria hereditatis petitio, & hæ quidem [illegible] vindicationes de universitate. Sequitur vindicationes rerum singularum Publiciana actio, vectigalis [illegible], vindicatio servitutum personalium & realium, [illegible] rerum continuatio facit, ut ille existimet [illegible] titulum fuisse de vindiciis, ut condictionum [illegible] titulus est de rebus creditis. Non sunt [illegible]

has denuntiationes referunt, id quod scriptum est in *l. 1, C. de evicn.* & in *l. debitores, C. de pignor.* nam ea denunciationum genera etiamnum manent, multo minus ferendi sunt, qui solemnem denunciationem vindicationibus, & condictionibus communem faciunt.

r Sequens. Justinianus superius dixit actiones in rem esse, aut in personam, in rem aut civiles esse, aut honorarias, in personam quoque non eas tantum aut civiles esse, aut honorarias, quæ rei persecutionem continent, sed etiam pœnales, ex quo intelligi potest in rem actionem nullam non esse rei persecutoriam, multas esse in personam pœnales, quod tamen instituta hoc in loco alia divisione inculcat Justinianus, dicam supervacuo: quamvis autem, tam in rem actiones, quam illæ in personam actiones, quæ rei persecutionem continent crescant jurejurando in litem, & habita ratione ejus, quod interest, *l. 1. D. de in lit. jur. l. 1. D. de act. empt.* quod utique fit pœnæ causa, *l. cum pater, §. fin. D. ad leg. Falc.* id tamen non actionibus continetur, sed officio judicis, nec est cur eo minus rei persecutionem continere dicantur.

s Fere omnes. Ideo ait fere, quoniam ut ipse mox ostendit actio depositi ex incendii, ruinæ, tumultus, naufragii causa, adversus negantem in duplum datur, & ideo mista est actio, *l. 1. §. 1. & §. merito, D. depos. §. sed furti, inf. h. t.* Addit Accursius actionem ex stipulatu, qua & si quemadmodum stipulati sumus nostra nihil interest alteri dari, pœnam persequimur stipulatione comprehensa, *§. alteri, sup. de inutil. stip.*

t Rei persequendæ. In hoc proposito res accipitur, pro eo, quod nostrum est, vel quod nobis ex contractu, vel quasi contractu debetur: illa pœna ex stipulatione debetur, ergo qui illam persequitur, rem persequitur. At in actione depositi ex fortuitis causis, simplum debetur ex contractu, alterum tantum contractui accedit ex maleficio, ex inficiatione. Quidquid autem ex maleficio, aut quasi maleficio debetur, pœna est: quidquid ex contractu, vel quasi contractu, res est: addit etiam Accursius actionem redhibitoriam, qua in duplum nonnunquam agitur, *l. redhibitoria, D. de adil. edic.* Ulpian. in *l. cum autem, §. si servus, D. eod. tit.* ex contractu hanc actionem venire dicit, & pœnalem esse videri, non esse tamen: nam meo quidem judicio etsi nonnunquam in duplum reddatur, hoc tamen fit ideo, quia in iis contractibus dupla repromitti solet vitiorum morborumque nomine: non male forsitan Accursius addidisset actionem ex testamento de legatis, & [illegible], quæ sacris aut piis locis relicta sunt, [illegible] actio est quasi ex contractu, *§. heres, sup. de obl. quæ qua. ex contr.* & mista nihilominus, *§. item mista, §. sed furti, inf.* ejusdem generis erat olim actio legatorum damnationis, verum hoc a Justiniano sublatum est, *§. ult. sup. de oblig. quæ quasi ex contr. nasc.*

u Aut cum herede. Cum herede de dolo defuncti simpli est actio, de dolo ipsius, dupli, *l. 1. §. 1. l. de eo quod, D. depositi*, de dolo defuncti non tenetur dupli, & hunc casum, de quo Justinianus sensit in *§. non autem, inf. de perp. & temp.* [illegible] in quo dicit aliquando actionem ex contractu non dari in heredem, cum testator dolo fecit, & nihil ad heredem pervenit: nam hæc actio dupli, quæ venit ex contractu, in heredem non datur, sed in eo §. particula *veluti* delenda est auctoribus omnibus veteribus libris, alioquin Justinianus regulam facit pugnantem cum regula *l. ad* [illegible] *D. de reg.* [illegible] quæ & in multis aliis locis proponitur.

x Ex dolo. Illud notatione dignum est quod [illegible] in hoc §. hanc actionem de dolo dari, quæ verba desunt in *§. sed furti, inf.* in quo ita legendum est, *ex lege Aquilia, §. de dolo, interdum depositi* [illegible] quod & Accursius notavit. Sed illud non [illegible] in [illegible] §. legi *damni injuria* [illegible] *in* [illegible] *leg. Aquil. sup.* & [illegible] *hoc tit.* [illegible] *de perp. & temp.* [illegible] *§. satis autem, inf. de noxal. act.* [illegible] *servus, in prin. D. ad leg. Aquil.* & in multis aliis

locis: nam ut veteres libri testantur, ita actio legis Aquiliæ nuncupatur *Damni injuria*, videlicet dati: Cicero quoque in oratione pro Roscio Comœdo, *Lite*, inquit, *contestata judicio damni injuria constituto*, sic & in *l. impuberem, ff. de furt. l. quemadmodum, §. idemque Labeo, l. si servus servum, §. si furnum, & §. Proculus, §. si calcem, ff. ad leg. Aquil.* quanquam fere aliis omnibus in locis Pandectæ Florentinæ habeant injuriæ, sed vide quæ de hac re annotavi *in princip. tract. de subst.*

y Pœnam tantum. Furti manifesti actio est in quadruplum, nec manifesti in duplum: illa est perpetua, hæc annalis, *§. 1. inf. de perp. & temp. actio.* gravior est pœna furti manifesti, quam nec manifesti, quoniam manifesti fures deploratiores, omnibus rebus inquinatores sunt. Ceterum utraque actio est prætoria, sive dupli, sive quadrupli, furti quidem manifesti, aut nec manifesti actio, est civilis .i. ex XII. tab. *§. sunt autem, inf. de nox. act.* at furti dupli, vel quadrupli prætoria est actio, civiles furti actiones obsoletæ sunt, prætoriæ in usu versantur.

z Vi autem bonorum. Gravior esse videtur furis manifesti, quam raptoris pœna: nam furis manifesti pœna est quadrupli, raptus tripli.

a De damno injuriæ. Dato abest a veteribus libris, quod placet, ut in *l. 1. ff. ad legem Aquil.* Omnibus, inquit, legibus, quæ ante de damno injuria locutæ sunt, at simili forma actionem damni injuria appellari superius ostendimus.

b Qui in eo anno. Hoc amplius veter. C. *plurimi & magni pretii fuerit.*

c Secundum jam traditam. Divisionem pro distinctionem dixit, est autem in lege Aquilia distinctio talis. Primum caput est de occisis servis, & animalibus, quæ gregatim pascuntur, ex quo agitur quanti plurimi eo in anno, id quod occisum est, fuerit. Secundum caput est de vulneratis, corruptis, atque etiam de occisis animalib. quæ gregatim non pascuntur, ex quo agitur quanti ea res XXX. dieb. proximis plurimi fuerit, directa actio damni injuria domino datur, utilis non domino, ut puta creditori bonæ fidei, fructuario, usuario, directa competit si corpus corpori damnum dederit, utilis est, si causam damni corpus, non damnum dederit: hæc actio utilis in factum plerumque appellatur, est autem in factum civilis, verum alia est actio in factum prætoria accommodata legi Aquiliæ, quæ tunc competit, cum neque corpus læsum, neque a corpore damnum datum est, alio tamen modo alteri nocitum est.

d Vel aliis venerabilibus locis. Venerabilia loca hæc sunt, [illegible], Orphanotrophiis, Orphanotrophus præponitur. Primus is fuit Constantinopoli Zoticus, ut est proditum in *l. omnia, C. de episc. & cler. ad curam*, inquit, Niconis, vulgo corrupte *Oeconomi*, pro *Niconis, viri religiosissimi Presbyteri, & orphanotrophi, vel ad eos, qui post eum loco ejus successerint pertinentib. ad similitudinem Zotici*, &c. In eadem lege, quo in loco scriptum est, *Orphanotrophiis*, legendum, *Orphanotrophio*: intelligit .n. de Orphanotrophio Constantinopolitano, cujus Zoticus primus fuit Orphanotrophus, ac non multo post Nicon. De Xenodochio Constantinopolitano Procopius scribit in lib. de ædific. Justiniani.

e Dari debuisse. Ergo non tantum ex inficiatione, sed etiam ex mora [illegible] legati, & fideicommissa duplicantur, *§. sed furti.*

f [illegible] *judicium.* In judicium vocare in hoc loco est in jus vocare .i. ad magistratum vocare.

g [illegible] *causa.* Hoc est [illegible] dicimus [illegible] bonorum pro bonis, [illegible] dotis pro dote: [illegible] igitur actiones mistæ [illegible] in rem, quam in personam, hoc est, [illegible] actiones sunt, quibus [illegible] nostram rem esse, & adversarium intendimus dare aut facere oportere. Hujusmodi sunt familiæ erciscundæ, communi dividundo, finium regundorum.

h Com-

h Communi dividundo, *§. item si inter aliquos, sup. de oblig. quæ quasi ex contract.*

i Finium regundorum. *L. 1. D. fin. regund.* finium, inquit, regundorum actio in personam est, licet pro vindicatione rei est. Sensus est, finium regundorum actionem, personales actiones habere, licet rem vindicet.

k Adjudicare. Adjudicatione dominia rerum adquiri Ulpianus scribit in *Fragment. tit. de domin.* & Justinianus infra in *fin. de off. judic.* neque vero est alius casus, in quo judicis sententia dominium adquiratur.

l Item servi corrupti. Hæc actio mista est, *l. ut tamen*, *§. in hac*, *D. de ser. cor.* ut damni injuria, vi bonorum raptorum, depositi, legatorum ex superioribus causis.

m Libello conventionis. Nam Justiniani tempore per libellum in jus vocabantur adversarii, qua de re in *Nov. de exhib. reis.*

n Viatores. Hi sunt, qui in jus vocant, qui judicata exigunt, qui & intercessores, & executores negotiorum, & apparitores dicuntur,

o Sportularum nomine. Sportularum nomen generale est, ei subjiciuntur quæ ordini decurionum distribuuntur ab iis, qui (ut Plinius scribit in epistolis ad Trajanum de divisione sportularum) virilem togam sumunt, vel nuptias faciunt, vel ineunt magistratum, vel opus publicum dedicant, *l. spurii*, *§. 1. D. de decurion. l. si sponsus*, *§. fin. de don. int. vir. & uxor.* *Nov. de consul.* & de hoc fortitan sportularum genere Ulpianus loquitur in *l. nihil proponi*, *D. de leg.* 1. quæ hoc nomine extorquentur fœneratoribus, *l. eos*, *C. de usur.* & in hoc loco ea, quæ viatoribus dantur. Constituit autem Justinianus, ut viatoribus dentur sportulæ pro modo quantitatis in libello comprehensæ, & tripli actionem pollicetur, si quis, ut sportulas augeret, viatoribus plus debita quantitate in libello complexus fuerit. Si clerici, aut sacerdotes conveniantur, huic actioni locus non est, quoniam sportulæ ab eis non dantur pro modo petitæ quantitatis, sed viatoribus quidem minorum judiciorum a clericis provincialibus semis datur, viatoribus præfecti prætorio, si ex provinciis duo solidi: si ex Constantinopoli clerici provinciales evocantur, unus solidus datur, *l. omnes*, *§. executoribus*, *C. de episc. & cleric.* At eis clericis, qui sunt Constantinopoli duo solidi dantur, *l. cum clericis*, *C. eod. tit.* Sed hæc definitio sportularum a Justiniano mutata est in *Nov. de sanctis. episcop.* nam qui in provinciis, aut Constantinopoli conveniuntur, ex ea quatuor siliquas præstant, quis ex provinciis evocatur, unum solidum, Episcopus nihil præstat, in duplum tenentur viatores, qui ab hac Justiniani definitione discesserint. Est & alia sportularum definitio in certis personis, de quibus in *l. in sacris*, *C. de prox. sac. scrin. & l. ult. C. de priv. agent. in rebus*, *lib. 12.* Ceterum in Codice sub titulo de sportulis, duæ Græcæ Justiniani constitutiones desiderantur, quibus reliqua omnis sportularum ratio explanata fuit: neque habemus unde damnum istud sarcire possimus.

p Bona fidei. Bona fides est sincera fides, sic appellatur in *l. 2. C. si prop. pub. pens.* [illegible] nomine demonstratur. Stricta judicia sunt, in quib. neque bonæ fidei additur, neque arbitrii clausula, sed præcise id continetur, quod sibi deberi actor intendit: strictis adduntur judices, bonæ fidei arbitri, ut ego exposui in *§. omnium*, *sup.* in his usuræ veniunt, in illis non item, in his omnimodo fructus veniunt, in illis non semper. Actio bonæ fidei non desiderat clausulam arbitrii, eis actionibus [illegible] clausula arbitrii, quæ alioquin stricta sunt, *l. in bonæ fidei*, *D. de eo quod certo loco*: actio bonæ fidei concurrit cum condictione ob turpem causam, actio [illegible] non item, *l. ult. D. de condict. ob turp. caus.* actio bonæ fidei nulla est, si dolus initium dederit contra[illegible] secus est in actione stricta, *l.* [illegible], *D.* [illegible] bonæ fidei dolus vindicatur, [illegible] etiam [illegible], *l.* [illegible] *§. non solum*, in bonæ fidei [illegible] quæ nullo intermedio intervallo subdita sunt, [illegible]

dubitatur, eo tamen fere decursum est, ut etiam in eis pacta insint, *l. jurisgentium*, *§. quinimo*, *D. de pact. l. lecta*, *D. si cert. pet.* In bonæ fidei judiciis in litem juratur, omnimodo in strictis non semper, *l. in actionibus*, *D. de in lit. jur.* Fuit olim inter hæc judicia, quod attinet ad jus compensationis magna differentia, *§. in bonæ fidei*, *inf.* tractatur alia differentia in *l. 3. §. in hac*, *ff. commod.* Laxiores itaque & uberiores sunt bonæ fidei, quam stricti juris actiones.

q Negotiorum gestorum. Stultum est quærere, an contrariæ actiones sint bonæ fidei: nam certo constat omnes istas actiones esse bonæ fidei, sive utrinque directæ sint, sive ab uno latere directæ, ab altero contrariæ.

r Communi dividundo. Finium regundorum non est bonæ fidei, præscriptis verbis, quæ ex do ut facias, vel facio ut facias, vel ex aliis negotiis, quæ civilibus proxima sint, dantur, non sunt bonæ fidei.

s Ex permutatione. Ex do ut des, *l. naturalis*, *§. 1. ff. de præscript. verb.*

t Fuerat. Magna est differentia inter actionem ex stipulatu dotis nomine, & actionem rei uxoriæ: in actione rei uxoriæ locus est edicto de alterutro, in actione ex stipulatu, edictum de alterutro cessat, *§. primum*, *C. de rei uxor. act. l. ult. Cod. Theod. de testam.* illa post divortium defuncta muliere, non aliter heredi datur, quam si moram in dote mulieri reddenda maritus fecerit, hæc in heredem transmittitur, testes sunt Ulpian. in *Fragm. tit. de dotib. & Instit. in supradicto titulo*, *§. manent*: mortua autem in matrimonio muliere, in judicio rei uxoriæ dos penes maritum remanet, actio ex stipulatu ad heredem transit, *§. illo proculdubio*, *eod. tit.* In illa retentiones fiunt ex dote, hoc non item, *§. taceat*, *C. de rei uxor. act.* in judicio rei uxoriæ, dos, quæ pondere, numero, vel mensura constat, redditur annua, bima, trima die: in actione ex stipulatu statim redditur, *§. cum autem*, *eod. tit.* hæc datur in solidum, illa quatenus maritus facere potest: in stipulatione debita dos, si mulier a marito heres instituatur, in ineunda ratione legis Falcidiæ, ut æs alienum deducitur: secus est, si nulla stipulatio intervenerit, *§. igitur*, *eod. tit.* Soli filiæ datur actio rei uxoriæ, sive emancipata, sive exheredata, sive inter alios heres scripta fuerit, ex stipulatu non item, *§. videamus*, *eod. tit.* In rei uxoriæ judicio dos confertur, & querelam excludit, secus est in judicio ex stipulatu, *§. quo a nobis*, *eod. tit.* Si extraneus dotem dederit, neque stipulatus sit eam sibi reddi, mulieri datur rei uxoriæ actio, non etiam ex stipulatu. Rei uxoriæ agit pater, adjuncta persona filiæ, ex stipulatu agit solus, hæc stricta, hæc bonæ fidei est. Attuli juris antiqui XII. differentias. Justinianus sustulit actionem rei uxoriæ, idque generaliter constituit, ut dotibus inessent tacitæ hypothecæ, quæ ceteris omnibus anteponerentur, quod olim neutrum judicium continebat. In I. II. III. IV. VII. differentia sequitur propriam naturam actionis ex stipulatu, in quinta neutrius naturam spectat, sed id suo marte constituit, ut res mobiles, moventes, incorporales intra annum reddantur, reliquæ dotes præsenti die. Quod autem ad alias differentias pertinet, quæ sunt rei uxoriæ propriæ, actioni ex stipulatu tribuit, & hæ quidem sunt divisiones, sive distinctiones, quarum meminit in hoc §. Justinianus.

u Præferri autem. Hoc dicit præferri hanc actionem ceteris omnibus, præferri mulierem omnibus creditoribus prioribus: creditoribus, inquam, non tantum chirographariis, sed etiam hypothecariis, *l. ult. C. qui pot. in pign. hab. §. aliud quoque*, *Nov. de* [illegible] hypothecariis, non eis tantum, qui, ut [illegible], sed & illis, qui expressam hypothecam habent, [illegible] probat *§. quia vero* [illegible] *hujusmodi*, *Nov. de* [illegible]. In quo Justinianus ab expressis hypothecis [illegible] vult tantummodo, cujus pecunia [illegible] xata est. Idem Martinus confirmat hoc argumento. Si ego ob restitutionem ædificiorum pecuniam [illegible] te, cui prius specialiter res obligata est, [illegible]

sum, ut traditur in Nov. *de æqual. dot.* Me autem mulier, scilicet si antiquior sit, superat, ut traditur in eadem Nov. ergo multo magis adversus te obtinere debet. Huic sententiæ non obstat *l. si pignus*, *D. qui pot. in pig. hab.* nam ex ea lege posset quis dicere mulierem non præferri prioribus tacitis hypothecis, propterea quod eis fiscus non præfertur, *l. un. C. rem alienam ger.* Ampliora igitur jura mulier habet in causa dotis, quam fiscus in suis causis, in ambiguis pro dotibus respondemus, *l. in ambiguis*, *D. de reg. jur.* in ambiguis vix pro fisco respondemus, *l. non dubito*, *D. de jur. fis.*

x Quum ipsa mulier. Adde, vel liberi ejus: extranei heredes non utuntur hoc privilegio, *l. unic. C. de privil. dot. l. ult. §. ult. C. qui pot. in pig. §. 1. Nov. ut exact. Facit l. maritum*, *& l. etiam*, *D. sol. matr.*

y Providentia. Hoc est contemplatione solius dotis, quo verbo excludit donationem propter nuptias, & ita Theoph. interpretatur. Confirmatur hæc interpretatio a *l. ult. §. ult. C. qui pot. in pig. hab.*

z Ceteris similibus. Ut actiones Pauliana, Fabiana, finium regundorum, redhibitoria, rerum amotarum, & in aliis quamplurimis.

a De incerta. Quod plerumque fit in bonæ fidei, & arbitrariis actionibus. Quid autem est si de certa? quo casu non potest non esse certa judicis sententia: nam etiamsi in rem, & generaliter concepta sit, ex intentione actoris interpretationem accepit. Idem est, si aliunde explicari sententia judicis potest, *l. 2. 3. & 4. C. de sent. quæ sine cert. quantit. l. ait prætor*, *§. 1. l. in sententiis*, *D. de re judic.* ut si pronuntiet indemnitatem præstari, ejusque sermonis sumi aliunde possit interpretatio. Si enim incerta sint omnia, & hæc quoque incerta, atque ideo inanis est pronuntiatio. Sed Justinianus ait, ut id curet judex quoad ejus fieri poterit: plerumque enim etiamsi velit, non potest, ut in specie *l. quæ de tota*, *D. de rei vindic.*

b Quam ad eum pertineat. Vet. Codex, *quam ei competebat*, quod placet.

c Rem committebat. Causa, re, lite, actione, formula cadere, latini auctores pro eodem dicunt.

d Si lapsus juventute. Juventus est adolescentia, juvenis, adolescens, *l. quod si minor*, *§. Scævola*, *l. illud*, *§. pen. D. de minor. l. si pecuniam*. *D. si cert. pet.* Si igitur, inquit, lubrico ætatis lapsus fuerit.

e Re, tempore. Paulus ait, summa, loco, tempore, qualitate, *lib. 1. Sent. tit. de plus petendo*.

f Pura intentione. Pura intentio ea est, in qua loci mentio non fit, in *l. fidejussor*, *§. 1. D. de fidejuss.* hæc duo pure, & cum adjectione loci opponuntur inter se.

g Ratio habetur utilitatis. In libris nostris utilitatis nomine significatur id, quod interest.

h Promissoris est electio. In disjunctivis stipulationibus, & in eis quæ generaliter conceptæ sunt, promissoris est electio, nisi aliud convenerit, *l. fidejussorem*, *D. mand. l. per jusjurandum*, *§. si is qui*, *D. de accept. l. plerumque*, *§. ult. D. de jur. dot. l. cum is*, *§. ult. D. de condict. indeb.* Diversum est in legatis: nam legata damnationis sunt in electione debitoris, cetera plerumque sunt in electione creditoris, quæ de re in *l. legato generaliter*, *& l. si is cui*, *D. de leg. 1.*

i Lex Zenoniana. Vide, quæ scripsimus ad *l. exceptionem*, *C. de probat.*

k Si minus. Dixit superius eum, qui plus re petierit, vel loco, vel causa, in triplum condemnari, ejus videlicet damni, quod ob eam rem passus est reus, ut si ampliores ob eam causam reus sportulas viatoribus dedit, triplum earum ab actore præstari. Illud prætermisit, quod continetur in *l. 1. C. de plus petit.* causa cadere eum, cui non fuit satis amplioris rei cautionem dolo malo exigere, nisi & amplioris rei petitionem ad hanc improbitatem addidisset, qua in re damni simplum præstari recte Pileus sentit, & in ea quidem sola specie Justinianus insistit vestigiis XII. Tab. nam ut qui plus petierit, causa cadat, hoc jus est ex XII. Tab. quemadmodum Cicero scribit lib. 1. de Orat. Sed tamen hac pœna actorem Justinianus liberat, si transactionibus, aut secundis confessionibus talis cautio confirmata sit, in eo, qui plus tempore petierit, Zenonis dixit observandam esse constitutionem, quam ego exposui in *l. exceptione*, *C. de probat.* Id nunc ex eadem constitut. addit in §. si quis minus petierit, & judici liquet minus petitum esse, sequi judicem veritatem potius, quam id quod in formula judiciaria continetur, quod in strictis judiciis olim non obtinuit. Constitutio Zenonis Græce scripta fuit, & priore loco posita sub tit. *de plus petit.* in specie sequentis *§. judicis* nullum est arbitrium, nisi actionem prætor emendaverit, vel mutaverit, id quod sine prætore non fit, *l. edita*, *C. de edendo*.

l Si de dote. Quid si alio judicio? Respondeo si natum sit constante matrimonio idem juris esse, *l. non tantum*, *D. de re jud.* Si natum sit a divortio secus esse, *l. si divortio*, *ff. de neg. gest.* nisi accessorium sit, *l. 3. de const. pec.*

m Mulier agat. Quid si creditor mulieris agat, cui maritus delegatus sit? Quibusdam videtur, & in solidum condamnari ex *l. Nesennius*, *ff. de judic.* cui obstat *l. si extraneus*, *ff. de re jud.* Potest defendi non obstare: nam hæc legis verba *si convenisset*, sic accipienda sunt, si uxor convenisset, ut sit sensus ignoscendum esse marito, qui ei pepercit, quem uxor salvo pudore in solidum convenire non poterat, facit *l. Quintus*, *ff. de don. int. vir. & uxor.* Nihil itaque in ea specie inter se pugnat, at in hac quæstione ajo maritum beneficio suo uti, *l. si prior*, *ff. sol. matri.*

n Maritum condemnari. Idem honor uxori tribuitur, *l. ex diverso*, *ff. sol. matrimon.* & patri mariti, *l. rei*, *in fine & l. prox. ff. eod. tit.* Quæstionis est, an & patri uxoris: sed alio jure utimur, *l. sicut*, *ff. de re jud.* & eam distinctionem recipit, quæ proponitur *in l. pen. ff. de jur. dot.* His autem personis, & aliis, quæ numerantur in §. proximo, excepto donatore, post condemnationem hanc exceptionem non dari, ostendi in *l. exceptionem*, *C. de probat.*

o Bonis cessit. Cessio bonorum, de qua igitur in hoc §. in urbe ex lege Julia, in provinciis ex Constitutionibus, ut constat ex *Tit. qui bon. ex leg. Jul. ced. poss. in C. Theod. & l. 4. C. qui bon. ced. pos.*

CAP. VII. *Quod cum eo contractum est, qui in aliena potestate est.*

QUia tamen superius mentionem habuimus de actione, qua in peculium filiorumfamilias, servorumque agitur, opus est, ut de hac actione, & de ceteris, quæ eorumdem nomine in parentes dominosve dari solent, diligentius admoneamus. Et quia, sive cum servis negotium gestum sit, sive cum iis, qui in potestate parentis sunt, his fere eadem jura servantur: ne verbosa fiat disputatio, dirigamus sermonem in personam servi dominique, idem intellecturi de liberis quoque, & parentibus, quorum in potestate sunt. Nam si quid in his proprie observatur, separatim ostendimus. Si igitur jussu domini cum servo negotium gestum erit: in solidum prætor adversus dominum actionem pollicetur: scilicet quia ita contrahit, fidem domini sequi videtur. Eadem ratione prætor duas alias in solidum actiones pollicetur: quarum altera exercitoria, altera institoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, quum quis servum suum magistrum navi præposuerit, & quid cum eo ejus rei gratia, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem exercitoria vocatur, quia exercitor appellatur is, ad quem cottidianus navis quæstus pertinet. Institoria tunc locum habet, quum quis tabernæ forte, aut cuilibet negotiationi servum præposuerit, & quid cum eo ejus rei causa, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem institoria appellatur, quia qui negotiationibus præponuntur, institores vocantur. Istas tamen duas actiones prætor reddit, & si liberum quis hominem, aut alienum servum navi, aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præposuerit, scilicet quia eadem æquitatis ratio etiam

eo casu

eo casu intervenièbat. Introducit & aliam actionem
pretor, quæ tributoria vocatur : Namque fi servus in
peculiari merce, sciente dominо negotiatur, & quid
cum eo rei sui causa constradum erit, ita pretor jus
dicit, ut quidquid in hac mercibus erit, quodque in-
de receptum erit, id inter dominum, si quid ei debe-
tur, & ceteros creditores, pro rata portione distri-
buatur. Et quis ipsi dominо difficilioem permittit,
si quis ex creditoribus queratur, quasi minus ei tribu-
tum sit, quam oportuerit, hanc ei actionem accommo-
dat, quæ tributoria appellatur. Præterea conducta est
actio de peculio, deque eo, quod in rem domini ver-
sum erit : ut quamvis fine voluntate domini negotium
gestum erit, tamen sive quid ex eo negotio factum fuerit,
ad totum præstare debeat : sive quid non fit pin rem
ejus versum, id tamen præstare debeat, quatenus pe-
culium patitur. In rem autem domini versum intelli-
gitur, quidquid accessario in rem ejus imponderit fer-
vus : veluti fi mutuatus pecuniam creditoribus ejus fol-
verit, aut ædificia ruentia fulserit, aut familiæ frumen-
tum emerit, vel etiam fundum, aut quamlibet aliam
rem necessariam necarus erit. Itaque fi ex decem, ut
puta aureis, quos servus tuus a Titio mutuos accepit,
creditori tuo quinque aureos solverit, reliquos vero
quinque quidem modo confumpserit : pro quinque
quidem in solidum damnari debet : ceteris vero
quinque exemtis, quatenus in peculio sit : ex quo fci-
licet apparet, fi toti decem aurei in rem tuam verfu-
rint, totos decem aureos præstare debere. Locet
enim una est actio, qua de peculio, deque eo, quod in
rem domini versum fit, agitur, tamen duas habet con-
demnationes. Itaque judex, qui de ea actione agi-
tur, ante despiciere debet, an in rem domini verfum
fit : nec aliter ad peculii æstimationem tranfit, quam fi
nihil in rem domini verfum fit, aut pauciora, aut
non totum. Quum autem quæritur quantum in pecu-
lio sit : ante deducitur quidquid servus dominо, sive,
qui in potestate ejus est, filio debet, deinde, si in so-
